tur etiam in tertio fen.in.xx.c.de medicinis singularibꝰ
ad coitum inter medullas computat.An.guainerius
in.c.xxiij.de pulueribus ⁊ cōfectionibus aliȷs ab intra
sumendis que adaugēt ad coitū:⁊ ibi ponit lr̄am qꝺ lin
gua auis est semē fraxini.preterea vide Nico.q̄ hʒ p̄di=
ctā descriptionem diasatirion:⁊ ibi hʒ linguā auis:⁊ in
suis synonimis exponit qꝺ est semen fraxini [illegible] sic est ſm
modernos:ſʒ ſm circa instās lingua auis est herba sa=
tis cōis q̄ folia hʒ parua:⁊ acuta siꝛia lingue auis:viri
dis multe est efficacie:⁊ per id credo ꝙ ignoꝛauit eam.

¶ Nasturtiū ſm circa instās qñ repitur nasturtiū sim=
pliciter semen dʒ poni [illegible] ius semen ꝑ quinqȝ annos ser
uaꝛ:hoc apud Dia.carⁿamꝰ vocatur:⁊ spēs sunt due:
scʒ domesticus ⁊ agrestis domesticus vero est il[illegible]
mus q̄ intelligitur.Siluestris vero est senatio siue c[illegible]
nes vt dicit mat.sil.in ca.de carda.infra in dianasturtio
de ipso melius ostendam.

¶ Napus ſm isiꝺ.in.c.de oleribus a siꝛitudine rape vo
catꝰ nisi ꝙ radices:⁊ folia latioꝛa.existimāt quidā quod
Dia.vocat ipsuʒ bunias.i.napitiū:napi vero semē vsui
medicine cōpetit:⁊ sunt semina nauoni domestici.

¶ Sparagus ſm circa instas fructꝰ eius:⁊ semē medi=
cine competunt.Dia.dicit vocatur aspagus aspꝛatalis
quam multi iniacāton aut imon appellant.Saꝛ.in lib.
de cibis:vocatur omnis summitas plāte dū est in teneri
tate sua asparagi.

¶ Fistici.i.pistachia.Dia.c.de pistachiȷs dicit.in syꝛia
nascuntur siꝛia strobilibꝰ.i.seminibꝰ pini sunt:⁊ veniūt
de damasco.circa instās:pistace sunt fructus qui vltra
mare nascūtur:⁊ sunt similes pineis:⁊ interioꝛ substan=
tia ponitur in medicinis.

**Cōfectio de galāga.℞.galāge ligni aloes
añ.ʒ.vj.gariofi.macis cheisin.i.leuistici.añ.
ʒ.ij.zinzi.macropiperis cinamomi piperis
al[illegible] añ.ʒ.j.ʒ.calamēti sicci mēte sicce.añ.ʒ.ʃ.
[illegible].i.cardamomi maioꝛis spice.i.spice nar=
di seminis apiȷ feniculi.carui anisi añ.℥.j.ca=
lami aro.ʒ.j.zuc.taberzet:idest albi.℥.x.mel
lis dispumati quantum sufficit.**

¶ Galāga ſm Sera.ex autoꝛitate isaas eben amara est
vena in grossitudine cassie lignee:⁊ coꝛtex eius est rubeꝰ
et interius eiꝰ est puluerulentus:⁊ defertur ex sim.Aui=
cen.de ipso duo cap.facit vnū de carsurudat ex autoꝛi=
tate mesangue:⁊ inquit quod est galāga:aliud cap.fa=
cit de galanga ſm circa instans galanga per quinqȝ
annos seruatur in multa efficacia.

¶ Hec cōfectio reperiꝛ etiā apud Auic.in.v.cañ.in tra=
ctatu.vj.de ventre inferioꝛe debilitatis stomachi:sed nō
est eadē:ista vero est illa qua nos vtimur.Ioā.angli.in
ca.de passionibus stoma[illegible]:⁊ ponatur manus caꝛa su
per stomachū [illegible] in illud cōfoꝛtat:⁊ calefacit stomachū
caloꝛe natura[illegible]:deinde detur diagalāga.vnde dicit ver=
sificatoꝛ:cōfoꝛtat stomachū dialāga meū ⁊c.ibi descri=
bit suam descriptionem:sed non est similis.

¶ Macropiper.i.piper longum siue darfufel:vt dicunt
arabes:albū vero piper appellatur leucopiper infra in
diatritōpiperon declarabo.

¶ Calamētū siccum.i.vsuale siccū:⁊ nō viride:qꝛ maio=
rem efficaciā hʒ in medicina:vt dicit etiā circa instans.

¶ Apium scilʒ semen apiȷ domestici circa instans inq̄t
cum autē inuenitur in receptis medicine apium simpli
citer semen apponendum est.Macer ait.est apiū dictuʒ
quod apex hoc ferre solebat victoꝛis veterum fieret dū
moꝛe triumphus ⁊c.

¶ Carui.scʒ semen ipsius Dia.dicit careos semen est oi
bus notum:est alia species carui que diciꝛ aggreste:et
istud a modernis coꝛdumenū dicitur. Circa instans:
carui herba est⁊ semen appellatur in transmarinis par
tibus sicilie:⁊ in multa quātitate reperitur per quinqȝ
annos in magna efficacia potest seruari.

**Diarodō descriptiōe [illegible].℞.folioꝛū rosarū
rubearū.ʒ.xxx.troc.diarodō Trociscoꝛū de
spodi[illegible] ligritie añ.ʒ.iiij.gariofiloꝛum gallie
[illegible] añ.ʒ.iiij.spodiȷ croci masticis ligni
aloes añ.ʒ.ij.triū sandaloꝛum añ.ʒ.iiij.assari
spice ide macis cardamomi poꝛtulace lactu
ce scariole seminū cōmuniū maioꝝ frigido=
rū albarū margaritarū alfelē gemisch:idest
seminis ozimi gariofilati rasure eboꝛis dra
gagāti gūmi ara.añ.ʒ.j.cāphoꝛe.ʒ.j.ʒ.mu=
sci.ʒ.vnius sextam confice cum sirupo de ro
sis [illegible] aqua rosa.**

¶ Di[illegible]don dꝛ a rosi[illegible]as recipit magis q̄ȝ de aliȷs
specieb[illegible] Nico.h[illegible] aliā descriptionē que noiaꝛ dia
rodon ab[illegible]mbe apꝺ nos sunt in vsu.infra appa
rebit descript[illegible]ico.descriptio troc.de spodio appare=
bit infra in tra[illegible]tu de troc.

¶ Liqritia est [illegible] radix dulcis sapoꝛis nota omnibus.

¶ Spodiū ſm [illegible]ui.est radix cānarū adustarū:moder=
ni vero pro spo[illegible] vtuntur eboꝛe combusto siue ossibus
elephantis c[illegible]stis.

¶ Triū sandaloꝝ [illegible]bi rube[illegible]⁊ citrini qui sunt noti

¶ Poꝛtulaca.s.semē ip[illegible]tās dicit poꝛtulaca vi

ridis multe est efficacie epicedata vero non tante.

¶ Lactuca .s. semen. Isido. in ca. de oleribus dicit lactuca dicta est ab abundantia lactis exuberantis seu quod lac multiplicat illis que lactant puellas.

¶ Scariola secundum Sera. ex auctoritate Dia. c. de endiuia habet duas species: vna est ex ea domestica: et scariola: secundum vero Simonem ianu. est velut lactuca aggrestis: secundum circa instans endiuia est scariola. moderni vero distinguunt species scariole moderni endiuie: et [illegible] per alia nomina tamen vna pro alia pot poni. in [illegible] dis autem scariola reperitur.

¶ Semina com̄ia maiora frigida sunt quatuor ad numerum: et sunt proprie melonis citruli cucumeris: et cucurbite: confice cum sirupo de rosis .i. quod secundum istam cofectionem dz fieri cum sirupo rosato cuius descriptio est hec. Recipe aq infusionis rosarum ex quo fit sirupus rosa. vt docet me. in distinctione de sirupis: et clarificet zuccarum cum predicta infusione: et aqua rosa. et simul coquatur vsque ad consumptionem aque quasi predictus sirupus fuerit bene coctus secundum artem addatur species: et fiat confectio in morsellis vel in forma liquida: sed in morsellis apud nos fit.

Aromaticum rosatum. R. foliorum rosarum rubearum. ʒ. j. ß. ligni aloes macis gariofilorum: trociscorum diarodon galie muscate ana ʒ. ij. ß. liquiritie munde ʒ. viij. [illegible]namomi subtilis: et electi ʒ. iij. galage. zinziberis nucis musca. ana. ʒ. ij. ß. beil spice ana ʒ. j. sirupi ro. et sirupi corticum citri quantum sufficit.

¶ Aromaticum rosatum secundum istam descriptionem apud apothecarios non fit nec apud medicos est in vsu. Simplicia vo que ipm ingrediunt sunt declarata superius.

Aromaticum rosatum descriptione gabrielis. R. foliorum rosarum .s. rubearum ʒ. xv. liquiritie rase munde ʒ. vij. ligni aloes boni sandalorum mabazari ana ʒ. iij. cinamomi boni subtilis: et electi ʒ. v. macis gariofilorum ana ʒ. ij. ß. gummi ara. dragaganti ana ʒ. ij. et partes duas alterius nucis musca. cardamomi galange ana ʒ. j. spice ℈. ij. musci ℈. j. ambre ℈. ij. sirupi rosa. et siru. cortic[illegible]m citri. q. s.

¶ Istud aromaticum est famosum: et ociosum apud medicos: et sic generaliter secundum istam descriptionem fit: simplicia vero que in ipsum ingrediuntur que non [illegible] rata declarabo.

¶ Sandali m[illegible]bazari secundum modernos sunt sandali citrini: et sic reperitur apud Sal. in suis secretis: in. c. de ictericia cause calide quandam cofectionem: qui sic ait. mahazari .i. sandali citrini: et sic intelligimus nos. partes alterius .s. duas partes alterius dragme: et sunt ℈. j.

¶ Aromaticum rosatum minus secundum istam descriptionem non est in vsu. simplicia vo decla[illegible]a sunt dr aute minus respectu precedentis quia pauciora simplicia ingrediuntur compositionem ipsius.

¶ Aromaticum muscatum nec istud aromaticum apud nos fit. muscatum autem dicitur a musco in bona qua[illegible]tate ingrediente.

Aromaticum gariofi[illegible]. R. gario[illegible] ʒ. vij. macis zedoarie galang[illegible]nd[illegible]habazari .i. citrini trociscorum dia[illegible]n cinamomi ligni aloes spice inde pip[illegible]s longi beil ana ʒ. j. rosarum: scz rubearu[illegible] ʒ. iiij. liquiritie gallie muscate ana ʒ. ij. fo[illegible] cubebe. ana. partes. ij. ʒ. vni⁹ sirupi de [illegible] quantum sufficit ambre ʒ. j. m[illegible] fiat.

¶ Istud aromaticum secundum istam descriptionem apud nos non est multum in vsu. tamen apud apothecarios reperitur: et dicitur aromaticum. a rosis gariofilatum a gariofilis qui ingrediuntur.

¶ Gariofilus siue chariofol⁹. Arabes dicunt harunphel: et sic repitur apud Se. in. c. de gariofolo. et ibi ex autoritate gal. nomen suum in greco est folium nucis et c. Et circa instans gariofolus p sex annos seruat in multa efficacia. Aui. in .ij. canon. dicit quod gariofolus est sicut sambuc⁹ sed est niger: et mascul⁹ est sicut nucle⁹ oliue et longior et vehementis nigredinis et est fruct⁹ arboris in insula indie et gluten ipsius existit in virtute glutinis albotim .i. terebetine. Electio ille quod est melior est sil'is nucleo sicco suauis odoris et acuti: sz moderni opinant quod ille gariofolus qui est in magnitudine nuclei oliue non hz multam efficaciam in medicina et hoc est notum oibus et pdicti gariofoli vocant a multis antophali .i. gariofili magni: illi vero quib⁹ nos vtimur noti sunt oibus et sunt minores satis quam nucleum oliue. Sunt quedam flores in aliquib⁹ partib⁹ italie qui gariofili vocant: eo quod odore gariofilo. spirant quorum alij sunt coloris albi alij vo rubei: et isti apud lombardos reperiunt in multa quatitate et maxime apud nobiles viros de noie suo apud autores non reperi: sed vidi depictum in lib. qui dr mafredus de monte imperiali. et ipse vocat tunici reperitur etiam herba que vocatur filius ante patrem siue oculus xpi siue oculus consulis vt volunt herbatici: forma vero ipsius reperit apud Math. silua. et hec herba apud nos nascitur in pratis.

Aromaticum nardinum. R. spice inde ʒ. ij. rosarum ʒ. iiij. liquiritie ʒ. ij. ß. gallie sebelie cubebe ligni aloes macis gariofilorum cinamo. [illegible]ij indi .i. malabatri anisi corticum citri troc. [illegible]rodon ana ʒ. j. et tertiam alterius pinearum purgatarum: amigdalarum purgatarum a corticibus eius ana ʒ. v. gummi arabici dragaganti ana ʒ. ij. musci ℈. j. conficiantur cum sirupo rosato. q. s.

¶ Istud aromaticum nardinum .i. de spica nardi apud nos non multum in vsu est: simplicia vero que ipsum ingrediuntur: quedam sunt declarata: quedam non.

¶ Galie sebeline siue sebellie est quedam confectio que fit in trociscis quorum descriptionem describit ipse Mesue in distinctione de trociscis: vt infra apparebit.

¶ Pinee purgate .s. a corticibus suis Aui. in .ij. canon. facit ca. de geleum et ibi dicit quod est granum pini maioris et est melioris nutrimenti quam nux: postea vero aliud ca. facit de grano pini: et dicit quod est minus sisticos: et aliud capitulum facit de pino. hoc est satis notam melius tamen ostendam infra in loco de pino si deus voluerit.

¶ Amigdale purgate .s. a corticib⁹ suis Me. hz amigdalarum [illegible]non dicit si sint dulces vel amare. pe. de crescentijs in proprio ca. de amigdalis ait. amigdala est arbor satis nota. et est quedam densitas in eius fructu quam quedam faciunt fruct⁹ dulces quedam amaros. dulces vsui hominum in cibum competunt: amare que sunt calidiores magis competunt vsui [illegible]edicine: et sic est regula quod amigdala dulcis est conuenientior in escis et amara [illegible] edicina.

Diaciminum bonum. R. cimini pridie in aceto infusi et exsiccati ʒ. x. zinziberis cinamomi ana ʒ. iiij. gariofilorum ligni aloes macis ana ʒ. ij. ß. galage piperis longi cardamomi ana ʒ. ij. musci ℈. ß. mellis dispumati. q. s.

¶ Diaciminum dr a cimino quod recipit. hec descriptio reperitur in multis alijs secundum diuersos autores. Mesue habet diaciminum bonum. et inferius habet vna alia de qua infra. et aui. in. v. cano. hz multas descriptiones: sed illa descriptio quam ipse vocat diaciminum Sal. quod facit ad vētositates frigidas est diapolitico sicut infra ostēdā. Nic. in suo antidotario hz vnā aliā descriptionē: sed non est

silis huic. In partib⁹ nostris gñaliter ſm descriptionez Me. fit tamen etiam ſm descriptionem Ni. si facere volueris infra apparebit d riptio sua.

¶ Ciminũ .s. ciminũ vsuale qd notũ est. circa instãs inquit ciminũ semen est herbe in multa q̃titate nascens non sophisticat̃ pter eius copiaz per quinq̃ annos seruatur. Aui. in .ij. cañ. dicit ciminũ aliud est carmenuz ⁊ aliud persicum ⁊ aliud enium ⁊ aliud nabatium carmenum vero est nigri coloris ⁊ persicuz est citrini coloris ⁊ persicum est fortius: nabatiũ vero est aliud qd inuenitur in alijs locis. Serap. cap. de cimino ex autoritate Gal. d̾t q̄ ex eo est domesticũ ⁊ agreste. domesticuz vero est illud qd magis administrat̃: et sic est. infundat̃ ergo ciminũ per diẽ in aceto postea ad solez desiccetur siue ad vmbram ⁊ cum alijs teratur.

¶ Mel ſm Auic. est ros occultus cadẽs super flores: ⁊ super reliqua quod colligũt apes ſm intentionẽ Mes. diaciminũ debet fieri cũ melle: sed hoc hodie in partib⁹ nostris gñal̾r fit cuz zuccaro: ⁊ fit ĩ morcellis seu ĩ bolis.

Dianisum. ℞. anisi. ʒ. xx. liquiritie masticis añ. ʒ. viij. carui macis galãge zinziberis feniculi cinamomi. añ. ʒ. v. triũ piperum calamẽti scilicet vsualis piretri casie añ. ʒ. ij. heil gariofilorum cubebe croci spice. añ. ʒ. j. ʒ. minue. ℥. ij. mellis dispumati. q. s.

¶ Dianisum dicit̃ ab aniso qd ingreditur magis q̃ de alijs speciebus apud nos est multũ in vsu: ⁊ vz mirabiliter contra grossas ventositates.

¶ Anisum est omnib⁹ notũ. Gal. in. vj. de simplicib inquit de aniso id qd vz ex hac planta est semen ei ca instans ait. anisum .i. ciminum dulce semen inte tur in medicina.

¶ piretrũ est radix satis nota. hoc apud Aui. vocatur tarcon: circa instans ait. piretrũ herba est satis cõis cuius radix in medicina ponit̃ cum inuenit̃ in hyeme colligitur radix eius per quinq̃ annos seruat̃: est autẽ eligendum q̄ est acutum solidum ⁊ non perforatũ ⁊ cum frangitur non pulverizatur.

Diãbra. ℞. cinamo. doronici gariofilorũ macis nuc̃ muscate foliȷ̃ galãge. añ. ʒ. iij. spice cardamomi maioꝝ ⁊ minoꝝ. añ. ʒ. j. zinziberis. ʒ. j. ʒ. sandalorũ citrinorũ ligni aloes piperis lõgi. añ. ʒ. ij. ambre aure. j. musci. ʒ. ʒ. confice cum sirupo rosato ⁊ aqua rosata.

¶ Diambra dicit̃ ab ambra ingrediente in bona q̃titate. hec apud medicos est multum in vsu ⁊ maxime ista descriptio Mes. Aui. in. v. cañ. inq̃t electuariũ alchesin dictum electuariũ ambre: ⁊ hoc electuario   fuerunt reges grecie: non fit ſm Auic. sic.

¶ Cardamomũ maius est heil vt dicit Serap. ⁊ gñaliter ponimus loco eius grana paradisi siue melegetam: ⁊ pro cardamomo minori ponimus vsuale.

¶ Ambra ſm Sera. ex ctoritate dia. nascit in mari: ⁊ gñatur in eo sicut gñatur spẽs fungorũ in terra. et q̃n mare turbatur eijcit a fundo ei⁹ lapides magnos eis eijcit frusta ambre ⁊ pl̾z q̄ egredit̃ ex mari in terris zig. Auic. in .ij. cañ. ait. ambra ſm qd existimo est manatio fontis in mari illud vero qd dicitur q̄ est de spuma maris aut stercore animalis maris longinquũ est. Electio melior est grisia fortis aseheliti: deinde varia post eam citrina ⁊ deterior est nigra mala multotiens assumitur ex ventre piscis q̃ eã comedit ⁊ morit̃. circa instans ait. ambra .i. sperma ceti .i. balene. nõ est ergo gummi: vt quidam dicũt nec est spuma: nec est stercus animalis: nec est iecur piscis: vt q̃daz mercatores dicũt. Auerrois in. v. col. ait. ambra est vna de speciebus cãphore q̃ orit̃ in fontib⁹ marinis ⁊ natat super aquã maris. Cõfice cũ sirupo rosato ⁊ aqua rosata vide supra in cõfectiõe diarodon descriptione communi vbi ostensum fuit de hoc.

Confectio de cinamomo. ℞. cinamomi subtilis et electi. ʒ. xv. darseni cimini enule añ. ʒ. iiij. galange. ʒ. vij. gariofilorũ piperis longi cardamomi. s. minoris zinziberis heil macis nucis muscate ligni aloes añ. ʒ. iij. croci. ʒ. j. zuccari taberzet. ℥. v. cõfice cũ melle dispu o et quandoq̃ ponitur in eo duplum ponderis medicinarũ de zuccaro pulverizato sine melle et accipitur sicut suffuf. et alij addunt in eo musci. ʒ. vnius partes. ij. ⁊ pulverizetur cum eo.

¶ Hec cõfectio de cinamomo apd nos non est valde in vsu: tñ simplicia q̃ ipsam ingrediunt̃ declarabo. Aui. i. v. can. hz vnã aliã descriptionẽ: sz nõ est eadez cinamomi subtilis ⁊ electi .i. fini. Sera. in ca. de cinamomo ex autoritate Dya. ponit multas spẽs ſm diuersitatẽ locorum. Aui. dicit cinamomũ notũ est ⁊ eius q̃dẽ spẽs est vna bona ad aliquãtulũ declinans nigredinẽ. Electio melius est illud qd est boni odoris ⁊ acutũ hz saporẽ sine mordicatione ⁊ color ei⁹ est pu s ⁊ nõ cõmixtus: aliud capitulum facit   cherfe cin nomi: ⁊ ibi d̾t q̄ est de cinamomo ⁊ d̾t q̄ alterius gñis: ⁊ iđm quidẽ est duruz sicut cinamomũ: de ipso tñ est quoddã q̄ nõ durescit. Serapi. vero de cherfe loquitur in capitulo. de cinamomo et vult quod si genus cinamomi. quando autem reperitur cinamomuz simpliciter de fino intelligitur. Auer. in quinto col. ait canella vel cinamomũ .i. recapaldereca.

 Darseni .i. cinamomum grossũ dictum scanizũ: non est autẽ folium vt exponunt sinonima nico. vide Serap. in cap. de cinamomo vbi ponit darseni .i. cinamomum. preterea vide apud Auer. in quinto col. vbi inquit. Darseni id est canella subtil̾ dulcis aromatica. In hac oportet videre si darceni sit cinamomũ finum aut non. ſcđm vero Mes. cinamomũ grossum: quia ipse Mesue in ista confectione habet cinamomi subtilis et electi: ⁊ darseni id est cinami vel cinamomi grossi: ⁊ sic credo: quia Aui. in. v. cañ. in predicta cõfectione habet cinamomi: ⁊ loco darseni habet cinami: qd idem est. Preterea apud auẽzoar in suo antidotario in electuario quod confert stomaco ⁊ adiuuat digestionẽ et est delectabile ad comedẽdum qui inquit Darseni et est cinamomum nigrum et odoriferum valde. Sapientes dixerunt quod quando reperitur in cõfectionibus cinamomum intelligitur de fino. ⁊ per darseni de grosso.

 ardamomum maius. sed lumẽ obscurũ seri d am confectionem: et exposuit quod heil est cardamo um minus: quod falsum est: quia ipsemet in aromatico gariof. dicit heil .i. cardamomũ maius: ergo sibijpsi contradicit. Sera. sicut ostẽsum est supra vult q̄ heil sit cardamomũ maius: et sic est secũdum veritatẽ.

Electuarium de granis mirti cõfortans stomachum et epar et cõfe ns solutioni ⁊ lubricitati viscerũ propter malitiam digestionis: et modus eius est vt in confectiones de aromati us adiungatur granorũ mirti tritorũ sicut a obol. ʒ. cent mirobalanoꝝ nigrorũ belleric ũ et   bolicorũ super quos iã ptereat ebu   ona in aqua citor orum ⁊ vino odorifero i. ʒ. vij. carui anisi cimini seminis apij infu ũ in aceto vini die ac nocte ⁊ exiccatorũ a . v. cõfice cũ mina aramatizata ⁊ da cũ s decoctiõis đ citonijs. Cõfectio de granis m   emie mirtilorũ

apud nos non est in vsu: nec apud alios: sim pliciavo q ipsaz ingrediunt declarata sunt.

Diacalametũ descriptione gal. ℞. calamẽti fluuialis et montani sisileos ⁊ petroselini añ. ʒ. vj. zinziberis. ʒ. iij. seminis apij extremitatũ albasce añ. ʒ. ij. cheysim. i. leuistici. ʒ. vi. pipe. s. nigri. ʒ. xij. mellis dispumati. q. s.

¶ Diacalametũ dr̃ a calamẽto ingrediẽte hoc apd̃ nos est multũ in vsu ⁊ maxime ſm istã descriptionẽ. Mesue dicit ꝙ est descriptio Gal. sed Christophorus de honestis dt ꝙ nõ ponitur sicut Gal. sz non vidit bene Galenum: qꝛ est verũ ꝙ Gal. cõposuit ⁊ ipse describit ipm in iiij. de regimine sani. ⁊ vr̃ cõcordare in isto. ⁊ maxime in simplicibus: in põdere vero nõ. Nic. vero in suo antidotario hz vnã descriptionẽ sed nõ fit nec cõcordat cũ ista tñ si facere volueris ſm Nic. infra apparebit descriptio sua. Auic. in. v. cañ. hz electu. diacalamentũ fluuiale: et electũarium de calamento qd̃ est *quasi idem cum isto.*

¶ Calamenti fluuialis *.i. aquatici.* qdã herborarius dicebat ꝙ calamentũ fluuiale est menta aquatica vel mẽta eqstris: ꝙ nõ est: vid̃ Ni. q̃ expõit ꝙ calametũ fluuiale: est mentastrũ ⁊ silr̃ ait [illegible]. de crescentijs sicut ostendam in capit. de calamento montano: [illegible]c volũt sapiẽtes ꝙ calamentũ fluuiale sit verũ ment[illegible]trum.

¶ Calamentũ montanũ. i. nepita siue gataria. qdam dicunt ꝙ est origanũ: alij pulegiũ: qd̃ nõ est: verum est qd̃ qdam ponũt vnũ ꝓ alio: qꝛ in omnibus istis plantis nõ curant arabes ponere in medicinis vnã ꝓ alia: qꝛ ipi iudicant habere eandẽ virtutẽ: sed verũ calamentũ mõ[illegible]num est nepita siue herba quã rustici nostri *gatariam* vel gatam vocãt herbã: ⁊ dr̃ herba gata: qꝛ cati libenter ipsam comedũt. Dia. in cap. de calamẽto hz diacalamẽtum ⁊ loco calamenti mõtani hz nepita. Nic. dt ꝙ calamentum mõtanũ est nepita. Itẽ Macer in cap. de calamento inquit herbã quã nepitã vulgari sepe vocamus: hanc medici greco calamentũ nomine dicũt. Item vidi Pet. de crescentijs in cap. de calamento. vbi sic ait. calamentum aliud est aquaticũ. i. fluuiale ⁊ vocatur mẽtastrum: ⁊ aliud est montanum ⁊ vocatur nepita. ⁊ sic est ſm veritatem.

¶ Sisileos vel siler vel platociminũ est siler montanũ. Pet. de crescentijs dicit siler montanum siue sisileos. Et sic est.

¶ Alahsce siue hasce est timus: extremitates vero ipsi⁹ sunt note quid sint.

Diatritõ pipereõ. ℞. triũ piperũ [illegible] zinziberis anisi hasce. i. thimi añ. au[illegible] ij. spice amomi añ. aur. j. casie seminis apij: sisileos id est sileris mõtani assari enule sicce añ. aur. ʒ. confice cum melle dispumato ⁊ fiat.

¶ Diatritõ pipereõ dici[illegible] rebus generibus piperum que ingrediunt cõpositionẽ ipsius: ⁊ sunt ꝓprie nigrũ albũ et longum: hoc apud nos nõ est valde in vsu. Aui. in. v. canoñ. habet vnã descriptionez que videtur quasi esse eadẽ cum ista. Mes. habet hasce. Auicen. vero non. Auicen. habet xilobalsami. Mesue non: in reliquis concordantur in simplicibus eius.

¶ Piper ſm Serap. ex auc[illegible]tate Dia. est [illegible]ustũ in regionibus indie nascẽs: hz se[illegible] in ortu [illegible] est longũ simile faseolis et elongat in fo[illegible] macropipere. i. piper longũ: ⁊ intra ipm sunt [illegible] parua similia gegueres: q qñ maturant fit pipe[illegible] hoc qꝛ separat ⁊ sicut racemus in quo sunt grana p[illegible]ua primo ⁊ sunt g[illegible] ana piperis: ⁊ qñ colligit perfecte [illegible]aturũ est pip nigrum: sed qñ colligit ante maturati[illegible] est piper albũ nam color eius est albus ⁊ nõ recip[illegible] colore suo nigredinẽ ante maturationẽ. Eliger[illegible]ũt est ex pipere nigro illud qd̃ est noti[illegible] res similis grano furfuris ⁊ plenũ: sed ex pipere albo melius est illu[illegible] qd̃ nõ est rugosum album ⁊ graue: sed ex pipere longo eligendum est illud ꝙ qñ frangitur apparet densum habens grana que sunt intra ipsum [illegible] inuicem iuncta: ⁊ sapor eius est acutus mordicans linguam.

Diaciminũ. ℞. cimini carmeni ꝑ die in aceto infusi et siccati. ʒ. xx. zinziberis albasce añ. ʒ. iij. piperis cinamomi añ. ʒ. ij. ameos. ʒ. ʒ. foliorũ rute siccorũ baurach rubei añ. ʒ. iiij. cõfice cum melle dispumato.

¶ Diaciminũ dicit a cimino: vcz a cimino carmeno qd̃ intrat: sed xpoforus de honestis dicit diaciminũ. i. diacinamomũ qd̃ nõ est. Superius est positũ diaciminũ bonũ. i. diaciminũ qd̃ fit de semine cimini vsualis. h̃ [illegible]o hz diaciminũ. i. de cimino carmeno: qꝛ ipse Mesue non habet aliud ciminũ nisi carmenũ. sed hoc apud nos nõ est in vsu. Ciminũ carmenũ ſm Gal. in suis secretis medicine qd̃ incipit: sic Herodi ad stomachũ exponit qd̃ est sisileos. Serapi. in ca. de simino ex autoritate Rasis dicit ꝙ ciminũ carmenũ est agreste. Aui. dt ꝙ est nigrũ. Mathe. silua. in cap. de cimino. dt ꝙ carmenũ est siseleos: et sic volunt moderni: tñ ego non nego: nec affirmo: verũ vnum pro alio ponitur quandoqz.

¶ Ameos Dias. multi ciminũ ethiopicũ dicunt aut basilicum: sed ameos alterius est nature. est eñ semen penes ethiopicos cimino simile: sed minus ⁊ est albidi⁹ et quodãmodo spissius gustum habẽs similẽ origano. Sera. ex auctoritate Gal. dicit magis iuuatiuũ ꝙ est in eo est semen eius ⁊ in sapore eius est amaritudo pauca et acuitas. hoc est notum.

¶ Ruta. s. domestica. circa instãs dicit rute folia ⁊ semi[illegible] competũt vsui medicine. Cum aũt reperit ruta folia [illegible]cent poni⁹ per annũ seruantur ſm Dias. melior est ruta que nascitur circa cucumeres. Et ſm Auic. est melior que nascitur apud arborem ficij. Inuenitur autem alia species rute que vocatur pigamũ: ⁊ vna alia que vocatur harmel: de cuius forma ostendam in tractatu de pillulis.

¶ Baurach rubeũ. i. sal rubeũ vl̃ armenũ vl̃ afronitrũ. i. spuma nitri: vt dr̃ a Serap. capi. de baurach. Mesue in ca. de baurach dicit aliud est minerale. aliud artificiale minerale aliud armenum aliud affricanum: aliud romanum aliud egyptium ⁊c. Moderni apothecarũ loco baurach sunt qui ponũt sal panis rubeum: et sunt qui ponunt sal nitrum quo vtuntur bombardarij.

Confectio de citonijs bona. Accipe carniũ citoniorũ coctorũ in vino lib. iij. mellis boni dispumati tantũdẽ decoque cũ facilitate: et postꝙ coctũ fuerit proijce super ipsum cinamo. gariof. cardam. galange añ. ʒ. j. darseni. ʒ. iij. zinziberis pipis lõgi macis. añ. ʒ. iiij. et quãdoqz innitat necessitas: ⁊ coquunt citonia in aceto ad causas calidas: ⁊ quãdoqz permiscet eis aceti tertia pars eorũ aut media: [illegible]andoqz permiscet eis succus granatorum acetosorũ in medio ponderis eorũ. Et quãdoqz succus citri in quarta parte ponderis eorum.

¶ Confectio de citonijs bona. i. de carnibus citoniorũ est in vsu: verum sunt ex hominibus qui faciunt eã cũ speciebus: et sine speciebus: et sunt qui faciunt eam cũ zuccaro: et sunt qui faciunt cũ melle: sed cũ zuccaro est magis laudata: qꝛ retinet mirabiliter fluxũ ventris.

¶ Jo. autem anglicus in capi. de passionibus stomachi inquit: sed nota ꝙ diacitonitem paruũ valet in materijs calidis: sed cum piper et zinziber in materijs grossis frigidis valet eius descriptio est hec. ℞. succi citoniorum acetosorum vel aquosorum parum ponticorũ lib. j. vel

de substantia eorum eodem modo mellis ad calefaciendum zuccari infrigidādū lib. aceti fortis ⁊ boni lib.j. ꝑparent super ignē l[illegible]tū ⁊ calide reponant. Quod si vis fortius facere ad calefaciendum ponatur ibi zinziber et piper. vnde apothecarij accipiunt citonia ⁊ scindunt ꝑ mediū ⁊ extrahunt ⁊ grana ⁊ semina et arillos ⁊ medullā eorū coquūt in aqua: ⁊ addunt succū et pistāt simul in modū electuarij: ⁊ tunc vocatur caro: citoniorū vel diacitonitem purū ⁊ cū speciebus calidis sic compositum: de quo dixit versificator in his versibus. Si v[illegible] memitez. Si vis dissoluere litē Da diacitonitē: da mihi frater idem. Nec multū plāgam si iungas diagalāgā.

Confectio de seminibus cui⁹ permixtio est hec. ℞. cimini se. feniculi carui anisi dauci ameos se. apij amomi infusorum die ac nocte in aceto ⁊ exiccatorū añ. ʒ. vj. cinamomi ʒ. v. cherfin. ʒ. iij. cardamomi spice gariofili añ. ʒ. iiij. zinziberis macropiperis siseleos galange añ. ʒ. v. mellis dispumati sufficit: ⁊ qñq̃ ponit in eo zuccari duplū pōderis oīm: ⁊ fac sicut sufficit: et est sanū ⁊ expertū: ⁊ quandoq̃ fit sine specieb⁹ ⁊ quādoq̃ cū specieb⁹ predictis: ⁊ qñq̃ cū puluere isto accipe spodij berberis se. acetose triū sandalorū rosarum rubearū ꝑtes equales: et quādoq̃ ponunt alia scōm intentionē phiscorū ⁊ qñq[illegible] cū zuccaro ⁊ qñq̃ cum melle.

¶ Confectio de seminibus. i. diaspermatō ꝑm Mathe. siluati. in litera diaspermaton dicit ipse q̄ est ex seminibus herbarū. Nic. floren. in lib. v. in tractatu quarto in cap. de cōplexione stomachi nō pura in generali inquit diaspermaton. i. electuariū de seminib⁹: qd̄ describitur in antidotario Mesue: et sic est: sed non est in vsu. infra apparebit vna alia descriptio que est ex auctoritate Rasis. Nicolaus habet diaspermaton: sꝫ non est in vsu.

¶ Cōfectio de citonijs facta cū succo citoniorū excitās appetitum mortuū. ℞. succi citoniorū ⁊ mellis añ. lib. ij. ita q̄ sit mel dispumatū. aceti boni puri lib. ij. deinde coquant cū facilitate ⁊ cōtinue auferat spuma eius et sepe cum mellis spissitudinē habuerit puluerizent sup ipsum piperis longi zinziberis cinamomi añ. ʒ. j. gariofilorū ligni aloes añ. ʒ. ß. musci. ʒ. vnius tertiā: ⁊ qñq̃ fit sine speciebus ⁊ quādoq̃ cū specieb⁹ alijs sicut necessitas cōducit et quandoq̃ fit cum zuccaro ⁊ quan[illegible] variatur alijs modis.

¶ Ista cōfectio de citonijs facta ex succo citoniorū papie nō fit nec est in vsu: sed apothecarij Mediolanēses faciunt ipsam et illi medici vtuntur ea.

¶ Acetum apud grecos dr̄ oxos. Serapi. ex auctoritate Dia. dicit q̄ acetum infrigidat ⁊ stipticat: ⁊ est bonū stomacho et prouocat appetitū. Pet. de cre. docet q̄liter fit acetū ⁊ virtutē [illegible]eti.

Electuariū de pomis bonū. ℞. carniū pomorū dulciū ⁊ redolentiū mūdatorum [illegible]forū per frusta lib. vj. zuccari albi boni libr. v. aque rosarū lib. ij. ligni aloes. ʒ. v. sandali citrini. ʒ. iij. gariofilorū. ʒ. iiij. cinamomi electi. ʒ. iiij. ⁊ sem. ambre. ʒ. ij. musci. ʒ. j. tertiā [illegible] etiā modo fit electuariuꝫ de pomis acetosis. Et electuariū de pomis paruis et aromaticis ⁊ dulcibus.

¶ Electuariū de pomis nō est in vsu: tñ hic volo ostendere quare dicit pomū ex auctoritate Isidori dicētis q̄ poma sunt dicta ab opimo. i. a copia seu vbertate. De-sue habet carniū pomorū dulciū que sunt dicta poma paradisi siue parisiana. ⁊ hoc pomū est magis laudatū q̄ sint alia poma redolentia: et sic a vulgo vocantur.

Electuariū de persicis. Accipe carniū persicorum mediocrium inter maturitatem et acerbitatem et mundatorum a corticibus suis et succi eorū añ. lib. iij. zuccari tabarzet libr. ij. Terantur persica ⁊ fiant sicut medulla: et exerceas in eis decoctionem cum syrupo sicut diximus in confectione decitonijs. Et cum coctum fuerit pulueriꝫetur super ipsuꝫ ligni aloes. ʒ. ij. cinamomi cubebe macis añ. ʒ. iiij. sandali citrini. ʒ. j. sextam: ⁊ quādoq̃ fit sine speciebus et est sanū et expertū.

¶ Electuarium de persicis non est in vsu: persicum autem apud multos inter genera crisomilorum est positū. Isido. in capi. de proprijs nominibus arborum habet. c. de malo persico: et aliud ca. habet de persico solum in capitu. vero de malo persico ait. malum persicum cuius breue est quēadmodū vita cōcessa est: ⁊ tria genera dicuntur. [illegible]uracemum [illegible]mentacum et persicum duracemum n[illegible]cupatur: eo quod pomum eius in gustu acorem referat. in ca. vero de persico dicit persicum vocatū q̄ eā arborē pri⁹ in egypto seuerint perse a quo se oriūdos Ptolomei ferebant.

Electuarium quo vtuntur reges ⁊ prelati. ℞. pinearum mundatarum. ℥. viij. amigda. mundatarum. ℥. vj. zuccari albi lib. iiij. aque rose lib. j. ⁊ ß. olei rosa. amigdale recentis et dulcis añ. ℥. ij. cinamomi electissimi. ʒ. viij. et. ß. gariofi. ʒ. iij. ligni aloes. ʒ. iiij. sandalorū citrinorū. ʒ. iij. ambre bone. ʒ. j. musci. ʒ. j. sextam: et est bonum et expertum ⁊c.

¶ Electuaria quib⁹ vtunt reges et ꝑlati nō sunt i vsu.

¶ Pinus arbor picea ab acumine foliorum vocatur. pinum antiqui acutum nominabant: pinum autē alij pitin vocat greci peucem vocant quam nos piceam dicimus: eo quod desudet p[illegible]cem. nam in specie eius differunt: in germanie autem insulis huius arboris lachrima electrum gignit vt inquit Isid. Sed miror q̄ Isid. di[illegible] quod lachrima huius arboris electrum gignit: qd̄ [illegible]ō [illegible]do: q2 Simō. iañ. dicit electrū succinū ⁊ charhabe vel [illegible]chabre q̄ idē sūt similiter dicit Mat. siluati. quod electrum succinum. ⁊ charabe idem sunt. istud electuarium vocatur apud quosdam. electuarium de pineis.

Electuaria de fructibus magni iuuamenti. Accipe carnium citoniorū ⁊ pirorū ⁊ malorum acidorum qu[illegible]ū singulū elixatū fuerit in aceto vini fortis in quo infusum fuerit sumach die ac nocte ⁊ succi agreste sup cui⁹ trituratione elaborandū est vsq̃ ad cōsumptionem vltimam [illegible]ranorum añ. lib. j. carnium so[illegible]arum im[illegible]aturarum. ℥. v. zuccari li. iiij. coque [illegible] spissitudinem mellis: idē pone sup ipsum su[illegible]i berberis. ℥. ij. spodij seminis acetose añ. [illegible], repone postquā cōfectū est in vase vitrea[illegible]: et da a. ʒ. ij. vsq̃ ad. ʒ. iij. cū aqua frigida ⁊ [illegible]citri aut ribes aut aliquo taliū.

¶ Electuariū de[illegible]ni iuuamēti nō est in vsu.

¶ Pirus vocata quan[illegible]gnis speciē formata: nā hoc

genus pomi ab amplo incipit ⁊ in angustum finit sicut ignis. pirus arbor. fruct⁹ eius pira sunt. Isidorus.

¶ Ponticus. s. sapor. Se. in. c. de diuisione generali. fm sapores in vno ca. de stiptico ⁊ pontico loquitur. ⁊ ibi sic ait. sapor stipticus est sapor ponticus debilis: ⁊ hi duo s. ponticus ⁊ stipticus nō differūt nisi in multa ⁊ pauca stipticitate. ponticum etiam appellatur in quadam insula vbi reperitur reuponticum.

Confectio alia gal. Cuius ꝑmixtio est hec. ℞. xiloaloes cubebe añ. ʒ. iiij. rose coralli rubei margaritarū albarū sādali citrini fausel añ. ʒ. ij. berberis se. cucumeris cucurbiti citrulli añ. ʒ. iiij. spodij karabe gūmi dragagāti añ. ʒ. iij. boliarmeni. ʒ. j. ℈. se. acetose. ʒ. iiij. se portulace buglose ana. ʒ. iij. ℈. cāphore. ʒ. j. cōfice cū rob citri aut rob agreste: dos. ei⁹ est añ. ʒ. ij. vsq₃ ad. ʒ. iiij. cū aq̄ frigida. Cōfectio alia Gal. nō est in vsu: sed illa simplicia que ĩgrediunt̄ ⁊ q̄ declarata nō sunt h̄ dclarabo.

¶ Fausel fm Serap. est auellana indica: ⁊ dr̄ quod est sicut dactilus ⁊ arbor ipsius no[illegible]est in terris arabum Aui. in. ij. canonum de ipsa duo cā. facit vnū de fausel ⁊ ibi dt̄ quod virt⁹ ei⁹ est ꝓpinqua virtuti sandali aliō c. facit de roba. ⁊ ibi dicit ꝙ est auellana indica: qd̄ dñs rab. velle etiā videt̄ in li. ij. asso. in cura fluxus. fausel vo fm Simonem ianueñ. est fructus similis nuci muscate. nisi qr prima pars eius est aliquantulo pacut or ⁊ alia est plana: ita quod possit stare erectus sicut calculus q̄ in ludo dr̄ pedes in citeris intus et extra nuci muscate si[illegible]s est sine odore ⁊ sapore. nascitur inclusus in q̄dā lanugine simili foliculo serici: multotiens defert̄ inter alias species aromaticas ⁊ simplicia maxime cu₃ cinamomo ⁊ equiparatur sandalis in frigiditate.

¶ Bolus armenus siue lutum armenū est quedā terra rubea que defertur ab armenia. Circa instās dicit. bol⁹ est quedam vena terre que precipue in armenia reperit̄ vnde dr̄ bolus armenus. nō sophisticatur propter multam eius copiam: per centum annos potest seruari: et hoc est satis notum.

¶ Acetosa fz Aui. alia ē domestica ⁊ alia siluestris. Dia. vero vocat eam lapatiū: ⁊ illius ponit quatuor genera: vnum qd̄ māducatur ⁊ istud [illegible] illud quo nos vtimur ⁊ est alterum qd̄ dicitur oxila patium. i. acutū lapatiu₃ hoc est satis notum semen intelligitur alia legas ibi.

¶ Rob est succus cuiusdā fructus coct⁹ ad spissitu[illegible]ē vt seruari possit. Rob vero citri descriptio nō repe[illegible] a. Mesue: sed fit sicut rob de berberis: quando aut[illegible] reperitur rob absolute ponitur sapa vel carenum.

Cōfectio de prunis. Accipe carniū prunorū nigrorū oblōgorū ⁊ muzorū accedētiū ad dulcedinē ⁊ elixatorum in aq̄ in q̄ portulaca elixata fuerit li. ij. zuccari albi li. j. aq̄ violarū li. ij. decoq̄ cū facilitate vsq₃ ad spissitudine₃: reconde in vase vitri: ⁊ da aur. iiij. vel sex.

¶ Confectio de prunis nō est in vsu vt infra in antidotario Nicolai apparebit diaprunis vel diamasceon. et fm illam descriptionem fit: et pote[illegible]eri solutiuū: ⁊ nō sicut postea ostendam.

¶ Pruna fm Mesue dant̄ ad alterandū ⁊ ad [illegible]endū ⁊ sunt ex eis alba aut citrina aut rubea. D[illegible]ascena ⁊ armena sunt fortiora oibus alijs. Isido. dic[illegible] coquimella quā latini a colore prunum vocāt alij a [illegible] altitudine cuius fruct⁹ nixā appellāt cui⁹ generis dam[illegible]cena dicta sunt a damasco oppido: vñ pri⁹ asportata [illegible]t cui⁹ solū pomum stomacho mederi probatur.

¶ Muzū ꝓprie dr̄ cuius sapor est co[illegible]tus ex dulce dine et acetoso: et hoc dic[illegible]ibum.

Electuariū de sorbis. s. accipe carnē sorbarū immaturarū ⁊ vicinarū maturitati ⁊ elixarū in aq̄: in q̄ rose pri⁹ decocte fuerint ⁊ corticū ḡnatorū li. iiij. mel. assi zuc. li. ij. ⁊. ℈. coq̄t̄ vsq₃ ad spissitudinē: ⁊ recōde ipm ĩ vase ⁊ da. ℥. j.

¶ Electuariū de sorbis. s. de carnib⁹ ipsi⁹ nō est in vsu.

¶ Sorba fm Sera. ex auctoritate Diasc. est arbor spinosa folia ei⁹ sunt similia nanarico: ⁊ h₃ fructū paruū similē malis paruis ad cōedēdū ē: ⁊ vnūq̄dq₃ pomū ei⁹ h₃ tria ossa ⁊ ideo noiat̄ triconiū: ⁊ ei⁹ expositio est triū granatorū. Sera. allegat de forma sorbe fz Dia. qd̄ apd̄ ipm Dia. in ca. de sorba nō reperit̄ ita: sz vide ca. de mespilla apd̄ Dia. in cap. de sorba apd̄ Sera. videbis ꝙ in oib⁹ idē sunt Aui. in. ij. cañ. in ca. de zarur. vr̄ loq̄ de sorba: quāuis Serapi. vult ꝙ zarur sit sorba vel spēs eius.

Theriaca diatesserō. ℞. gētiane: baccarum lauri mirre aristologie rotūde añ. ꝑtes eq̄les confice cū melle dispumato et fiat confectio.

¶ Theriaca vero fm quosdā dicitur a tyro serpēte: alij dicūt qd̄ nō: quia reperiuntur multe alie: tyriace quas nō ingredit̄ tyr⁹ vt est in tyriaca de terra sigillata: ⁊ ista que fit ex quatuor rebus. Potest bene aliquis dicere qd̄ tyriaca dr̄ a tyrū grece qd̄ est venenū: qr oēs tyriace sūt medicine que valent cōtra venenū vt lapis bezaar. Joā. angli. in ca. de venenis inquit. Si igit̄ illa medicina faciat euadere: ex venenis optima est: ⁊ de illis que faciūt euad. r̄ ex venenis h̄ntiū venena q̄ nō cognoscunt̄ nisi p experimētū est tyriaca que cōponitur ex carne tyri que e[illegible]osa: inde venenū suū est humiditas expulsa p v[illegible]onē eius. vnde versus: allea nux ruta. pura rafan[illegible] tyriaca. hec sunt antidotū cōtra mortale venenum. dr̄ aūt tyriaca diates. id est de quatuor reb⁹ descriptio ipsius reperitur in multis alijs locis. Nico. in suo antidotario h₃ vnā descriptionē: sed in ipsa quidā philosophi postea addiderūt alias res sicut fenu grecū nigella zedoaria diptamū ⁊c. Auic. in. v. cañ. habet vnam descriptionē que eadem est cū ista Mesue. Rasis etiam in. viij. almanso. in cap. de morsibus scorpionū h₃ vnam descriptionē que est eadem cum ista: sed apud nos non est in vsu.

¶ Gentiana fm Serap. est basilica. idem dicit papias: basilica etiā aliquando inuenitur pro serpentaria. Aui. in cap. de gētiana dicit ꝙ nō nominat̄ gentiana: nisi qr primus qui eā agnouit fuit gentinus rex: ⁊ ipsa quide₃ crescit in montibus altis: ⁊ sic credo quia reperitur in multis confectionib⁹ gentiana romana: vt habet Aui. [illegible] predicta tyriaca: illa est ꝓprie gētiana q̄ repta fuit a gētino rege romanorū. radix ipsi⁹ cōpetit vsui medicine.

¶ Bacce lauri siue granū lauri circa instans dicit lauri folia et semina vsui medicine competunt: infra apparebit electuarium de baccis lauri. ⁊ ibi melius ostēdam si deus voluerit.

Tripherā sarracenica magna. ℞. chebulorū: idorū bellicorū ēblicorū ⁊ citrinorū añ. ʒ. v. Cinamomi triū piperū secacul folij spice cardam[illegible] maior. i. heil ⁊ minoris cassie seitaragi indi ciperi apij lingue auis gariofilorū been albi ⁊ rubei zinziberis añ. ʒ. ij. spice nucis muscate macis sisami excorticati añ. ʒ. iij. amigdalarū dulciū ⁊ amararū añ. ʒ. v. ligni aloes reubarbari seminis feniculi masticis ana. ʒ. ij. Alfelegemisch idest seminis ozimi gariofilati mēte sicce origani persici añ. ʒ. j. ℈. fricent̄ mirabolani cū butiro vaccino ⁊ ceter̄ spēs cū oleo amigdali. ⁊ cōfice cū melle. q. s.

Triphera grece est dicta delicata. saracenica: q2 a saracenis inuẽta sũt. Nic. i suo ãtidotario hz vnã descriptionez: ⁊ dr triphera: q2 hoiem iuuenẽ reddit: saracenica vero: quia a saracenis fuit inuẽta. descriptio Ni. nõ cõcordat cum ista Mesue: nec fit ẽm ipsum scilicet. Nicolaum.

¶ Chebuli alio nomine mirobalani chebuli vocantur: Mes. de ipsis loquitur in tribus generib⁹ in vno ca. ⁊ sũt proprie citrini chebuli ⁊ indi et laudat chebulos vt sint grossi ⁊ quanto grossiores tãto meliores ⁊ sint subnigri declinãtes ad rubedinem ⁊ sint graues in pondere cite submersionis in aqua: ⁊ sint habentes spissitudinẽ corticum suorum.

¶ Indi. s. mirobalani dicti nigri vt dicit Sera ca. de mirabolanis. Mesue laudat nigros vt sunt grossi et graues ⁊ carentes ossibus. quanto aũt ab his elõgãtur ꝓprietatib⁹ tãto a bonitate remoti. Auicẽ. dicit nigri indi sunt illi q̃ vltimi sunt in maturitate ⁊ sunt pinguiores.

¶ Bellerici mirobalani sunt ex medicinis benedictis vt dicit Mesue ⁊ meliores sunt grossi et spissi ponderosi et densi cortice.

¶ Emblici mirobalani ẽm Mesue sunt ex medicinis cõfortantibus stomachuz cor epar ⁊ viscera: ⁊ meliores ex eis sunt habẽtes frusta grossa ⁊ densa ⁊ grauia et q̃ minus crescũt in ossib⁹ et plus in carne: rari quoqz nõ habẽt spiritũ. Mesue ibi docet modum faciẽdi seremblac. infunde emblicos in lacte dulci ⁊ mutet super co[...] mane ⁊ sero: ⁊ hoc per triduũ: ⁊ exiccẽtur in vento [...]mbra ⁊ recondant. Serap. in cap. de emblicis in[...]li ci nominãt emblicos siremblicos. ⁊ ideo qd quan[...] infunduntur in lacte in terra in qua nascuntur nominantur sirẽblengi: et ipsi ponuntur in lacte sicut dixi.

¶ Citrinos mirobalanos ẽz Mes. laudauerũt sapiẽtes in colore vt sint citrini multe citrinitatꝫ declinãtes ad viriditatẽ ⁊ sint põdere graues ⁊ densi: ⁊ vt in ꝯfectionib⁹ suis inueniat sicut gũmositas ⁊ vt sint grossi: ⁊ vt cortex eorũ sit spissa densa cõplens ossa parua: silr ait Auicen.

¶ Secacul. idest sigillũ sancte. Marie: et alio nomine a vulgo dicitur zonegeto vt dictum fuit.

¶ Spica nardi siue p̃ciosa. Mesue. habet in ista descriptione spirã: idest nardi ⁊ infra iterũ hz spicã quod ignoro: verũ dixerũt q̃dã sapiẽtes ꝙ ꝑ vnũ spica intelligitur spica nardi. ⁊ ꝑ aliud spica celtica: ⁊ ambe debẽt poni.

¶ Seitaragi aũt indi est genus eruce. Aui. in. ij. canoñ. ait seitaragi ille q̃ est indus est frusta ligna parua subtilia ⁊ cortices sicut gariofili: neqz per id agnouit qui[...] Gale. in septimo simpliciũ nominat lepidũ ⁊ ibi dicit ꝙ est gen⁹ eruce ⁊ sic est. q̃d aũt sit cõiter ignorat. etiã Diasco. vocat lepidũ: ⁊ q̃ mihi nõ credit qd [l]epidũ sit seitaragi indi legat ca. de lepido apd Dias. cũ ca. de seitarago. apud Sera. ⁊ videbit ꝙ idez est. Simon vero Januẽ. in ca. de hiberida cum. h. describit de forma. hiberidos qd est verũ seitaragi. in fine cap. in se inquit. hec videt quã nasturciũ agrest[...]minamus: in cap. vero de iberidos ꝑ. i. seitaragi inquit ex autoritate pauli iberidos herbe vsus quã et lepidũ alij vero agricardamũ [...] nasturtium agreste appellant. in cap. de seitaragi iterũ dicit ex autoritate Pauli qd in cap. de seitatica iberidos inquit quem lepidũ: alij agricardamũ appellant: quidã vocãt ipsum capsiam indã: tu vero vide certitudinem huius plãte quod verũ seitaragi ẽm Paulũ est agricardamuz agreste: et agricardamum agreste est nasturtiũ aquaticum et nasturtium aquaticũ ẽm circa instans est senatiõ. ⁊ senatiõ ẽm Diasco. est illa herba quam lombardi vulgo crisonũ vocant: et sic sine dubio seitaragi est species nasturtij: quia Sera. in suo capi. dicit ex autoritate Galeni virtus eius sapor ⁊ odor sunt similia virtuti sapori ⁊ odori nasturtij. et sic loco seitaragi indi potest poni semen nasturtij quod est species eius. infra in dianasturtio de ipso aliquid ostendam.

¶ Sisamus scilicet semẽ ex quo oleum sisamũ exprimitur tempore antiquo nõ reperiebatur istud semẽ in partibus nostris: sz hodie aliqui detulerũt ad nos: ⁊ hodie reperitur in multa quãtitate ⁊ siculi appellãt illud giorzolenũ. de modo excorticãdi docet liber qui dicitur bulchasim in tractatu secundo: cui⁹ modus est iste. Recipe de sisamo ⁊ illud purga a terra que est in eo et aliis superfluitatibus ⁊ pone in vase fictili cũ aqua frigida ⁊ dimitte per noctem ⁊ in mane cola et dimitte siccari parũ ab humiditate aque: ⁊ pone in pecia lini forti ⁊ liga os ⁊ ꝑcute sisamũ ab omni parte eius donec excorietur totum: ⁊ ꝓijce super ipsum aquam frigidam ⁊ misce bene: nam cum videbis corticem ei⁹ natare sup faciem aque proijce cũ aqua: ⁊ fiat ita quousqz nihil remaneat ex cortice. deinde sicca illud ab aqua ⁊ reseruetur.

¶ Origanum persicũ, non reperitur ab autorib⁹ quare ita appelletur: moderni vero per origanuz accipiunt quãdam herbã quam lombardi vulgo cornabobium vocant. circa instans inquit origanũ. i. golena exsiccatis foliis cum floribus abiectis stipitibus in medicina debet poni per annum seruatur. singulis annis renouetur. Sera. in ca. de origano describit multas species illius: ⁊ ponitur diptamus inter species origani.

Trifera muscata quã fecit alcãzi. ℞. mirobchebulorũ nigro[rũ] i. indoruz emblicorũ bellericorũ [p]iperis macropiperis zinziberis ciperi cassie spice inde añ. ʒ. v. seminis aneti seminis porri. añ. ʒ. ij. seminis baucie rosarũ. s. rubearũ cinamomi nucis muscate gariofilorũ añ. ʒ. j. ʒ. macis heil galãge ligni aloes crudi et non cocti. musci añ. ʒ. j. granoruz nasturtij. ʒ. x. confice cum melle dispumato.

¶ Trifera. i. delicata muscata dicitur: quia recipit muscum: apud nos videlz in papia nõ est in vsu: sed in mediolano vtuntur ipsa multum.

¶ Anetũ ẽm circa instans qñ simplr ponit semen intelligitur: hoc semen est satis notũ: de forma ipsius plante non reperitur ab autoribus: sed folia habet sicut abrotanum vel feniculus hasta similis feniculo et capitellum simile feniculo: semen vero est minus et in hortis reperitur.

¶ Porrum ẽm Serapi. e[st] ex eo domesticum ⁊ est hispanum ⁊ est ex eo nabati: ⁊ est montanũ ⁊ est porrum vinee. Auicen. dicit aliud est scemiũ ⁊ aliud est nabathiũ et aliud est, qd dicitur porrũ siluestre: et est illud quod [e]st [int]er porrum ⁊ allium: quod est melius in medicina qu[am i]n cibo sed nabathiũ magis ingreditur in curationibus. quam scemiũ semen ipsius intelligitur.

¶ Baucie id est pastinace de semine intelligitur vt infra apparebit baucie condite: et ibi ostendam melius. auerrois in quinto colli. vocat ipsum halgazar.

Triphera gal. ℞. oim mirob. añ. ʒ. x. ziziberis masticis cina[m]omi gariofilorũ. añ. ʒ. vij. galãge maratri anisi apij ameos spice assari croci añ. ʒ. iiij. costi pipis nigri ⁊ lõgi cassie ana. ʒ. iij. nucis musc. macis cardamõi maioris ⁊ minoris calami aromatici ligni aloes añ. ʒ. ij. tuderi albi ⁊ rubei alufulfumẽ ciperi ana. ʒ. i[...] ambre. ʒ. vni⁹ partes tres: fricent mirobal[a]ni cũ oleo amigdalarũ dulciuz: et cõfice om[n]ia cũ melle dispumato. ⁊ Gale. quidem qua[n]doqz addit scoriam ferri nutritaz in aceto v[...] scdm mensurã medicinarũ omnium: ⁊ quand[o ...] medietatem earuz.

¶ Hec descriptio istius triphere apud nos non est in vsu: sed simplicia que ipsam ingrediuntur declarabo si deus voluerit.

¶ Maratrũ.i.semẽ feniculi de quo Macer. feniculum medici calidum siccũq; secũdo dicunt esse gradu: maratrum grecus vocat illud. Auerrois in quinto colliget dicit Alrigmeg.id est feniculum.

¶ Ameos est semen notũ oĩbus. Gal.in.vj.simplicium inquit enuchs.i.ameos.magis iuuatiuũ ex hac plãta est semẽ eius.nota ꝙ meo tempore vidi multos herbaticos vendere Ameos apothecarijs indoctis pro opio: et generalr vltra padũ apud ciuitatẽ Papi.vtũtur in cõuiuijs folijs ameos pro folijs apij.qđ erroneum est.

¶ Tuderi fm Auic.ex autoritate Dia.est herba habẽs folia similia prassio ꝛ radicẽ quadratam: ꝛ eius radix mensurã habet medij cubiti: ꝛ hꝫ capita in quibꝰ sunt semina,lõga nigra: ꝛ est hec vsitata.tuderi siluestris vero semẽ est rotũdum. Auic.in.ij.canoñ.declarat formã tuderi ex autoritate Dia.sed nõ reperitur sub illo noĩe: q: a dis.vocatur orminon ꝛ latini emolã vel auri galis siue reicialis.ꝛ reperiũtur ex eis duplices: vnus cũ flore rubeo ꝛ alter cũ flore albo: ambe apud nos nascunt in tectis ac parietibus: ꝛ iuxta orthos abũdãter inuenit.

¶ Alufulfamen siue fulfumen est radix piperis fm Sera.in ca.de radice piperis. Aui.in.ij.cañ.ait. Fulfumen est radix piperis. Idẽ in synonim[...]e que sunt in fine q̃nti cañ.dicit fiumine.i.radix piperis vel lignum [...]ius: ꝛ sic est: ꝛ loco eius administratur piper nigrum.

Triphera minor ex arte fenonis. ℞.mira. chebulorũ idorꝫ bellericorꝫ emblicorꝫ nucis muscate añ.ʒ.v.nasturcij.s.semẽ qđ vocatur cardamũ assari.s.radix ipsius que competit vsui medicine origani psici piperis olibani ameos.zinziberis carmezit spice squinãti.i. palea camelorũ ciperi ana.ʒ.iiij.scorie ferri nutrite in aceto diebꝰ quinq; ꝛ asse.ʒ.xx.mirobalani assentur cũ butiro vaccino: inuoluãtur cetera cũ oleo amigdalarum dulciũ: ꝛ aromatizent cum musci.ʒ.j.et confice cum melle dispumato: et da post sex menses.

¶ Hec descriptio istius cõfectionis apud nostros medicos est multũ in vsu: valet mirabiliter ad corruptionẽ et exuberationẽ menstruorum ꝛ emorroidarum.

¶ Carmezit aũt fm Serap.est fructꝰ tamarisci: nã ipse Serap.in capi.de tamarisco inquit ex autoritate [...]a tamariscus est arbor erecta que nascit in aquis: e[...]abet fructũ q̃ assimilat floribus et est similis in fluxibilitate sua vsnee.et est.in babylonia ꝛ in sceni.

¶ Tamariscus domestica q̃ nominatur carmezit: et sic est. Aui.in.ij.cañ.dicit carmezit est fructus tamarisci: et quidã vocant nucem tamarisci et idem est Auerro.in v.coll ait alcharsar.i.tamariscus.

¶ Ferrũ fm Aui.hꝫ tres species.s.seneburucã et lierenchẽ ꝛ suludet.aliud capi.facit de scoria ꝛ ibi dicit ꝙ fortioris exiccationis est scoria ferri.idẽ ait sarsar.i.ferruꝫ. Isid.in ca.de lignarijs inq̃t.claui aũt dicti quasi calibi q: ex calibe fiunt.i.ferro: calibs eñi ferrum est. Sera. ex autoritate Diasco.dicit tubel ferri est squama ferri seu batitura.nutrit aũt scoria ferri per quinq; dies in aceto fortissimo omni die mutando acetũ post hoc proijciatur sup laminam ferream ignitam et torrefiat: deinde pulverizetur subtiliter ꝛ reseruetur: et vtere [...] oportet.

Triphera minor descriptione co[...]ita. ℞. mirabolanorũ chebulorum indor[...]n bellericorũ ꝛ emblicorũ ana partes equ[...]es: inuoluãtur butiro vaccino ꝛ fricẽt[...] cõficiãtur cũ melle emblico[...]atizẽtur cum musco: ꝛ in descriptione alia ciperi olibani seu apij nasturtij assari ana.sextam partem. ʒ.vnius: ꝛ apud alios scorie ferri nutrite partes tres: ꝛ est bonum et expertum.

¶ Triphera minor descriptione cognita nõ est in vsu simplicia que in ipsa ingrediuntur declarata sunt.

Diacurcuma magna. ℞.croci assari.petroselini.dauci anisi.semĩs apij.añ.ʒ.iiij.raued seni meu: spice: ana.ʒ.vj.costi et mirre cassie squinãti carpobalsami rubee tinctorꝫ succi absinthij succi eupatorij olei balsami añ.ʒ.ij.calami aromatici cinamomi añ.ʒ.j.ʒ.scordeõ.scolopẽdrie succi ligritie ana.ʒ.ij.ʒ.dragaganti.ʒ.j.cõfice cũ melle dispumato ꝛ fiat.

¶ Armoniacū ſiue amoniacū ſm Sera. ex auctoritate Dia. eſt gūmi plāte ſimilis plante galbani in figura ſua naſcitur in terra dicta a rege minoris. et eſt in partibus codi ⁊ dicit᷑ herba eius grece aſios. huius radix vulneratur ⁊ egrediunt᷑ lachrime que colligunt᷑ ⁊ ſeruantur.

¶ Opponax ſecundū Diaſco. ſuccus eſt herbe que panax dicitur. Secundum meſue eſt gummi plante cuiuſdam ſimilis ferule. Apud auerro. in quinto col. appellatur inhauſir.

¶ Polij. ſ. polij montani. circa inſtans dicit. polij montani diuerſa ſunt genera. vnde quādo ſimpliciter ponitur montanum debet poni cum flores producit debent colligi. ⁊ per annuz ſeruatur. Apud Aui in ſecundo canonis poliū eſt ſpecies ſceha. i. ſandonici in qua eſt caliditas ⁊ acuitas pauca. Auerrois. in. v. col. dicit ſedes. i. polium. ſ. polium montanum.

Hiera archigenis d[illegible]ſcri[illegible]tiōe pauli. ℞. praſſij agarici camedreos pulpe colloquintide ſticade. oīm an̄. au. quatuor oppoponaci ſerap[illegible]i p[illegible]troſilini. ariſtologie rotunde piperis albi oīm an̄. aur. v. cinamomi ſpice polij croci an̄. aur. quatuor. Tere ex medicis q̄ ſicce ſunt ⁊ gūmi cōquaſſa ⁊ infunde in melle ⁊ ꝑmiſ. ⁊ fit doſſis aur. q̄tuor cū ſalis triti pondere. ʒ. j. cū aq̄ mellis. H[illegible]era archigenis deſcriptione pauli nō eſt in vſu. Auic. in quinto canone habet vnam deſcriptionē: que eſt eadē cū illa meſue. Hiera diacoloquintidos inuentione ruffi. ℞. ſticados agarici camedreos. an̄. ʒ. x. coloquintide bone et electe. ʒ. xx. ⁊ ī alio loco colog̃ntide trociſcorū alādabal. ʒ. xxv. ſerapini oppoponacis an̄. ʒ. vij. cinamomi croci ſpice mirre polij an̄. ʒ. iiij. mirrā ī vino infunde medicinas tere ⁊ cōfice cū melle diſpumat[illegible]. Hiera diacoloquintidos inuentione raſis non e[illegible] Meſue dicit

quod est ex inuētione rasis: sꝫ ego nūq̄ vidi apud rasim sed in antidotario vniuersali est scripta vna descriptio.

¶ Coloquintida ſm Meſue est quā perſe cucurbitam deserti vocant etiā fel terre appellatur: eo qđ in toto ambitu ortus eius interficit herbas. ⁊ est sicut venenuꝫ eis. Mesue inquit. coloquintide loco coloquintide bone pone trociscos alandahal. Et sic est qđ in omnibus locis vbi ingreditur coloquintida poni debēt trocisci alādahal. Et si queraꝛ si coloquintida debet poni in medicinis grosso modo cōtrita aut subtiliter puluerizata. vide Mesue in suo cap. vbi inquit ex autoritate filij zezar. nō oportet eñ vt multū cōteratur. vltima eñ puluerizatio cui⁹ excoriat vias ⁊ venas ⁊ dixit fili⁹ Serapio. oportet vt perueniatur ad vltimū puluerizatiōis eius aliter eñ vlcerat viscera. Uide Serap. in cap. de coloquintida: quasi in fi. qui dicit: opꝫ, q̇d̄e ꝙ coloq̄ntida teratur multum ne adhereat intestinis vlcerādo ⁊c. Mesue iterum inquit ⁊ mihi videtur qđ in vltimo puluerizata cōfrangitur virtus a permixtione adiutorū eius ⁊ pertrāsit loca viscerū absq̄ impressione nocumentorū in ipsis. ⁊ forsitan in ea in qua nō exquisita sit illi⁹ pars sensata grossa ex ea adherens in vijs ⁊ in volutionibus apostematis. ⁊ vlcerat loca. Trita vero vltima contritione nō operatur illud.

Modus tñ rectificationis eius ſm Mesue est vt incidatur minutissime cū inscisorio et inuoluatur subtili inuolutione cum glutino dragagāti aut bdellij ⁊ exicceꝛ ⁊ ꝯteraꝛ post illud vltima cōtritione ⁊ fiāt trocisci cū pauco mastice resoluto in oleo rosato vel cū laudano: vel cū aqua mellis. hec eñ ars eā facit sine molestia. Et scias ꝙ de decoctione rem cōpletā. Et hoc mō corrigendo colloquintidam rectificātur quatuor nocumēta que vt plurimū reperiunꝛ in ea corrigibilia q̄ sunt: q2 nocet stomacho cordi ⁊ epati: ⁊ est cōturbatiua subuersiua: viscerū faciens operationes difficiles ⁊ aperit orificia venarū aptione sanguinē fluere faciēte: ⁊ operaꝛ illud vehemētius quā aloe ⁊ velocius. Hiera ex inuentione nostra. ℞. aloes boni. ʒ. v. [illegible] cinami: costi añ. ʒ. v. euforbij: croci: spice: camedreos. añ. ʒ. vj. agarici. ʒ. ix. gariofi. ʒ. ij. cabini aromatici: masticis: cassie añ. ʒ. vij. xilobalsami ⁊ in alio xiloaloes. ʒ. iiij. piperis albi ⁊ nigri: gētiane [illegible] amonij. añ. ʒ. j. scamonee cocte in pomo. ʒ. ij. mellis quantū sufficit dosis est ei⁹ est auꝛ. j. Hiera ex inuētiōe nr̄a nō est in vsu. Hiera ꝯstātini descriptione hierani. ℞. alciracost boni ⁊ recētis. ℥. quatuor thamarindorꝫ cheyrō. ℥. vj. medulle cassie. ℥. iiij. zuccari violati. ℥. xvj. succi endiuie: succi apij: succi mallorꝫ dulciū ⁊ acetosorꝫ: ⁊ muzorꝫ. succi acetositatis citri. añ. ℥. iij. dissoluanꝛ alsiracost ⁊ thamarindi ⁊ cassia fist. i liquorib⁹ iā dictis pri⁹ tñ depuratis. deinde cola ⁊ munda [illegible] deinde accipe radicis endiuie apij añ. ℥. iij. foliorū lupulli capillis ve. añ. ʒ. ij. prunorꝫ siccorꝫ nūero cētū viola. ℥. j. ⁊ ʒ. rosarꝫ. ℥. j. spice. ʒ. iij. decoquanꝛ hec oīa in trib⁹ libris aq̄ fontis vsq̄ ad lib. vnā et. ʒ. ⁊ ꝓ͡yce i ea zuccari tar barzet libras tres aceti boni lib. vnā: ⁊ coq̄ ebullitiōe vna. deinde ꝓ͡yce sup illud collaturā priorꝫ ⁊ coq̄ duꝫ mellis habeat spissitudinē. vltimo v̇o ꝓ͡yce in medicamīe sandalorꝫ citrinorꝫ rosarꝫ spodij charabe berberis seminis portulace se. acetose se. cōiū. s. melonis cucumeris cucurbite citruli añ. ʒ. iij. ligni aloes. ʒ. iiij. cubebe. ʒ. v. camphore. ʒ. j. Repone in vase vitri: est enim medicamen nobile. dosis eius est ab. ℥. j. vsq̄ ad. ʒ. ij. cum aqua frigida ⁊ hoc in estate estiuali.

¶ Hiera cōstantini a Constātino cōpositore dicta non est in vsu: simplicia v̇o que sunt declarāda declarabo.

¶ Alsiracost al's xiracost est species mānę: vt ait Auic. in. ij. cañ. ca. de manna. Nā ipse Auic. ait. manna est ros cadēs super lapidē aut arborē ⁊ fit dulcis ⁊ coagulatur sicut mel ⁊ exiccatur sicut gūma quēadmodū terenіabin. ⁊ alsiracost. ⁊ mel asportatum de terra cusura [illegible]stri. nos loco eius ponimus manna vsuale.

¶ Tamarindi ſm Mes. sunt dactili acetosi ⁊ sunt ex fructibus palmarū silnestriū in india; ipsi quoq̄ sunt ex medicinis nobilioribus in quibus nō est excessus.

¶ Cheiron aūt est q̄dā ꝓuincia vbi tamarindi ⁊ dactili abūdant. Matt. silua. in lr̄a heirō ait heiron vel cheiron est regio in qua anthonomasice dactili abūdant. Sera. in ca. de dactilis dicit ex autoritate abonisa. chairon est spēs dactilorꝫ. Ego aūt puto qđ est differētia in lr̄is. Nā heiron est regio ⁊ chayrō scriptū per. a. est q̄dā spēs dactilorꝫ: vt dicit Sera. Mesue laudat nigros nō vere nigredinis cū luciditate ⁊ q̄ sunt teneri, ⁊ mixti cū villis q̄ sunt sicut radices ⁊ sint recētes ⁊ pingues absq̄ desiccatione. ⁊ sint cū dulcedine acetositatis pauce: veri puri et nō permixti ⁊ sunt ex adulteratoribus q̇ eos falsificant cū carne prunorꝫ sed deoccultat fallaciā nigredo sine luciditate in ipsis q2 sunt humorosiores ⁊ q2 i eis est odor et sapor prunorꝫ. Aui. in iiij. cañ. in fen. ꝑma. in. c. regiminis sitis corꝫ supflue dicit almosophat ⁊ sūt tamarindi.

¶ Cassia fistula. s. medulla vel pinguedo ipsius est satis nota. verū reperiꝛ aliq̄ñ cassia fistula q̄ pōt capi ꝓ cassia lignea. Circa instās de vtraq̄ capitulū facit zuccarū violatū siue cōditū violatū est cōditū qđ fit ex tribus partibus zuccari ⁊ vna parte violarū de quo infra in tractatu de conditis ostendam si deus voluerit.

¶ Endiuia nomē latinū est: post grecum intuba arabes etiā post grecū hūbere ſm circa instans endiuia est scariola. Petrus de crescētijs dicit endiuia que alio noīe dr̄ scariola vel lactuca agrestis: verū moderni distinguunt [illegible]oia. nā aliud est endiuia: aliud est scariola: aliđ cicorea: aliud est taraxacō. q̄uis vna ꝓ alia pōt poni: vt infra apparebit in sirupo de cicorea ſm Nico. florētinū. et ibi si de⁹ voluerit ostendā spēs endiuie vel scariole q̄ sunt ad numerū septē. Endiuia vero satis est nota.

¶ Mallū ſm Isido. in ca. de ꝓprijs noībus arborū inq̄t mallū a grecis dictū ꝙ sit fructus ei⁹ pomorꝫ oīm rotūdissimus. vnde ⁊ hec fiunt vera malla: que vehemēter rotūda sunt. Mes. dicit succi malorꝫ. s. pomorū granatorꝫ: vt dicūt quidā sapiētes acetosorū. s. in sapore ⁊ mucorū. id est saporis cōpositi ex dulcedine ⁊ acetoso.

¶ Lupulus ſm Mes. est species volubilis ⁊ est habens folia silia folijs citruli cui⁹ flos est sicut sunt ampule adherētes simul. Petrus de crescētijs ait hūlus. i. loleuertigo. ⁊ sic est qđ nos vulgo vocamus loleuertigo.

¶ Capillꝰ veneris ſm Serap. eſt beſeguaſen ſiue coriādrū putei ſiue capillus algol ꝛ capillꝰ procinus. Auic. in .ij. cano. de beſceguaſ[illegible] ꝛ ſi nace eſt capillus porcinꝰ ꝛ arabice eſt capillꝰ algui. Meſue dicit. capillus veneris dicitur apud quoſdam capillus fontium ꝛ dicitur capillus hominis nemoralis. ꝛ ab alijs dicitur coriandrū putei ꝛc. hec herba eſt ſatis no. Auerrois in .v. coll. dicit cuſta rabber ideſt capillus veneris.

Triphera perſica. ℞. ſucci ſolatri. ſucci endiuie. ſcz vſualis apij. ꝛ ſucci lupulli depuratoꝝ. añ libram .j. et pñjciant̃ ſup eos violarū ſiccarū aut viridiuz. ʒ. iij. foliculoꝝ ſene. ʒ. ij. agarici. ʒ. j. prunorū damaſcenorū pinguiū numero .l. cuſcute. ℥. ſ. mira. citrinoꝝ: chebulorū indorum fricatoruz in oleo violarū aut amigdalarū dulciū ana. ʒ. ij. ſpice aromatice. ʒ. iij. bulliāt ſup prunas cū facilitate vſqꝫ dū remaneāt libre .ij. ꝛ pñjciant̃ ſup illa epithimi boni mūdi. ʒ. xl. et bulliāt ebullitione vna ꝛ deponant̃ ab igne: ꝛ colent̃ ꝛ diſſoluātur in vna parte iſtius colature tamarindoꝝ bonoꝝ recētiū. ℥. iij. mãne. ℥. j. ſ. pulpe caſſie. ℥. iiij. ſuccari violati. ℥. xij. colētur ꝛ mūdentur a granis ꝛ ſcoſis. ꝛ in illa pte aque pñjciātur zuccari tabarzet. i. albi. lib. iij. aceti v[illegible] lib. j. coquātur cū facilitate. deinde pñjciant ſuper illud qđ diſſolutū eſt in ſuccis: ꝛ aggregētur ſimul in vnum ꝛ coquātur vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinē: vltimo vero puluerizent̃ ſup illud raued. boni. i. reubarbari electi. ℥. ij. mira. citrinoꝝ. ℥. j. ſ. cheſulorum maloꝝ añ. ℥. j. bellericorū: emblicorum añ. ʒ. iiij. granorū fumittere troc. diarodō: macis maſticis: cubebe. ſpodij: ſandali citrini añ. ʒ. ij. ſ. quatuor granatorū añ. ʒ. ij. ſ. aniſi. ʒ. iiij. ſpice. ʒ. ij. inuoluātur in oleo violato. ꝛ repone in vaſe vitreo ꝛ da cum aqua frigida aut ſucco endiuie aut ſucco ſolatri.

¶ Triphera dicit̃ delicata. et perſica dicit̃: quia apud perſas inuēta fuit: vel dr̃ perſica qꝛ in illis partibꝰ vtūtur ipa ſicut fit in nr̃is partibꝰ. Nicolaꝰ florētinus in li. v. in. c. de debilitate ſtōi in qt ſic ꝛ medicamen perſarū et pro. i. triphera pſica. eiꝰ deſcriptionez ipſe Nicolaus deſcribit: ſz nō cōcordat c[illegible]ſta Meſue in ſimplicibꝰ nec in reliqs ipſe Nicolaꝰ hz m[illegible]rabolanoꝝ indoꝝ aſſorū cum butiro vaccino: naſturtij ꝛc. ſed iſta domini M[illegible]e eſt nobilior illa.

¶ Solatrū. ſ. ſuccꝰ ipſiꝰ herbe. Dia. De ipſo qtuor cap. facit ſub noīe ſtrignū. ꝛ dr̃ ꝙ pma eſt hortulana. et hec apđ nos dr̃ herba morella vulgo. Alia ſpēs eſt alchekingi dictū cacabū ſiue fiacho a vulgo. Alia dr̃ cabalaris vel a latinis lunaria ꝛ iſta eſt faba inuerſa. et eſt altera dicta manicon aut periſon ꝛc. macer dicit herbā quaz grecu ſtrignū dixere latini Maureolā dicūt vis eius frigida valde ſecūdum Serap. ſolatrū eſt vua vulpis. alij vuam caninam vacant.

¶ Apij. ſ. ſuccꝰ ipſiꝰ Iſid. in. c. de oleribꝰ ait apiū dictū ꝙ ex eo apes. i. caput antiquoꝝ triūphaliū coronabatur. Hercules aūt hanc herbā primus capiti circuntulit ꝛc. Auerroys in. v. col. dicit alcharphas. i. apium.

¶ Viola. ſ. vſualis. Sera. c. de violis dicit ꝙ flos eiꝰ a proprietate q̄ eſt i eo qñ bibit̃ cū aq̄ cōfert ſquinātie ꝛ epilēſie: q̄ accidit pueris: ꝛ eſt illa quaz vulgares nominant matrem puerorum.

¶ Foliculꝰ ſene. Meſue de ipſo loquit̃ in capl'o de ſene dicēs. ſene eſt foliculꝰ plāte. quā pſes halzemer ꝛ eiꝰ hortus eſt ſm ſemitā orobi: ꝛ inuenit̃ ex eo domeſticus ꝛ ſilueſtris. Electio melior pars plāte eius eſt folliculus. deinde folia. ſed tñ in eis eſt virtus debilis valde ꝛ melior foliculꝰ eſt cuiꝰ color tēdit ad viriditatē ꝛ ſubnigredinē ꝛc. Miror ꝙ Auicē. eo vtit̃ in multis caſibꝰ ꝛ nūqꝫ de ipſo ſcripſit ſcđo canonis. Scđm inſtās folia ſola cōpetūt in medicina: ꝛ ponūtur in medicinis abiectis ſtipitibus per decem annos ſeruatur.

¶ Pruna damaſcena apđ oēs autores ſunt magis laudata qꝫ alia pruna. Circa inſtās i ca. đ prunis inqt. pruna alia nigra alia rubea q̄ nigra ſūt. ꝛ aliquātulū dura magna vocāt: ꝛ p̄cipue damaſcena. cū matura ſunt colligunt̃ ꝛ ponunt̃ in ſole per decē dies aſpergunt̃ aceto ꝛ ita ſeruantur in aliquo vaſculo per annum.

¶ Cuſcute. i. podagra lini: eo ꝙ linuz necat. Sera. c. de cuſcute. dicit ꝙ in latino eſt tima: ꝛ eſt herba inuoluēs eas: ſicut fila: ſz in ſummitatibꝰ hz fructū ſubtilē ꝛ ipſa creſcit in arboribus et in vineis. Pet. de creſcentijs dicit cuſcute. i. podagra lini vel gringus et ſic eſt ꝙ cuſcute vulgo dicitur gringus.

¶ Epithimū [illegible] circa inſt[illegible] eſt herba p̄cipue in locis calidis creſcē[illegible] herba aūt iſta cōuertit̃ circa thimū: ſcilz quādā herbā: ꝛ q̄ flos eius eſt epithimū q̄ ſup thimū creſcēs flos aūt in medicinis ponit̃ ꝛ nō herba qñ pducit flores colligitur. Diaſ. aūt dicit epithimū flos eſt thimi ſil'is timbre. i. ſaturegie. Meſ. ait laudat̃ illud qđ eſt ſubruffuz cretēſe acuti odoꝛ. forma vo ipſiꝰ ē ſil'is cuſcute.

¶ Grana fumitterre ſunt ſemina ipſiꝰ fumiterre: ſcđm Me[illegible]e eſt ex medicinis benedictis: ꝛ eſt ex eo alius cuius flos eſt ſubalbidus cinericius ꝛ aliꝰ cuius color eſt pallens violaceus. Electio melior eſt cuiꝰ herba viridis tenera ꝛ cuiꝰ folia ſunt plana ꝛ tenera: ꝛ cuius flos eſt violaceꝰ. Criſpus vo nō eſt bonꝰ. ꝛ melius tēpus collectionis herbe eius et operationis ſucci eius eſt principium veris ꝛ ſeminis eius eſt finis ipſius veris.

¶ Quatuor granatoꝝ aliquando reperit̃ quatuor granorū et ſunt quatuor ſemina cōmunia maiora frigida ꝛ ſunt proprie melonis cucumeris citrulr et cucurbite.

¶ Citrulus autem eſt quedā ſpecies cucumeris ſed eſt lōgior ſatis noſtro. eius ſemen nigrum. ſ. cortex ipſius: ſed ſemina munda ſunt a[illegible]

Cōfectio electuarij alharif ꝛ eſt electuariuz boni ſaporis. ℞. mirabolanoꝝ citrinoruz ꝛ che[illegible]ul[illegible]ū indorum añ. partes equales tere ꝛ cribe[illegible]: accipe olei amigdalarū dul. quantū ſufficit ꝛ infunde ſup ipſos ꝛ frica manibꝰ et hoc facias tribꝰ diebꝰ in ſole ꝛ dū iugiter oleū exſiccat̃ ſemp infunde oleū: deinde quātitatē zuccari albi ſuffi[illegible]ntē in decuplo ipiꝰ aq̄ fontis diſſolue cū aqua p tres dies mixturā p̄dictā cōtinue triduo tere ſemp in ea parū de oleo infundēdo: ꝛ hoc facias vſqꝫ dum mirabolanorū amaritudo ceſſet: deinde fac in vmbrā ſiccari. deinde accipe de hoc toto ʒ. xv. turbith bōi. ℥. vj. aniſi maſticis. añ. ʒ. ij. ſpice. ʒ. j. ꝛ. ſ. vio. ſicce. ʒ. vij. ſe. apij. ʒ. j. ꝛ. ſ. nabothzuccari albi. añ. ʒ. x. ꝯfice cū melle diſpumato ꝛ ſit doſis eius. ʒ. iiij. cum aqua calida.

¶ Cōfectio electuarij alharif. ꝛ eſt electuariū boni ſaporis nō ē i vſu. Simplicia vo q̄ ſūt declarāda declarabūt̃.

¶ Nabeth ſm modernos eſt z[illegible]ū cādidū. Mat. ſilua. in lr̃a nabeth dicit eſt cādi. Preterea vide apđ Leo=

nardum de preda palea in ca. eradicationis vestigiorũ qui inquit. anabeth zuccarũ candidũ. ꝛ sic hodie intelligimus per nabet zuccarũ candidũ: qd satis est notum.

Confectio alia electuarij albarif boni saporis. accipe mirabolanoꝝ chebulorũ ꝛ nigrorũ añ. ptes duas emblicorũ añ. ptẽ. j. ꝛ. s. citrinoꝝ ptes duas tere ꝛ cribela ꝛ iuxta modũ supioris doctrine in eoꝝ rectificatiõe opus est obseruandum. deinde accipe ex hoc toto. ʒ. xiiij. turbith albi ꝛ mundi. ʒ. vij. zinziberis heyl masticis cinamomi boni ligni aloes gariofilorũ piperis cubebe galange macis se. apij. ana. ʒ. j. ꝛ. s. spice. ʒ. vniꝰ partes. ij. pinearũ mũdatarũ zuccari tabarzet ꝛ nabeth. añ. ʒ. xij. cõfice cum melle dispumato ꝛ fit dosis eius. ʒ. iij. cum aqua calida.

¶ Hoc scdm electuariũ alharif silr nõ est in vsu. que sũt declaranda iam sunt declarata in primo.

Cõfectio electuarij [i]ndi maio[r]is. ℞. cinamomi gariofiloꝝ rosarum. s. [s]pi[c]earũ cassie macis ciperi. ana. ʒ. iiij. sandalorũ citrinoꝝ. ʒ. ij. s. ligni aloes nucis muscate ana. ʒ. ij. turbith boni albi ꝛ gũmosi et arũdinei. ʒ. l. zuccari ꝛ penidioꝝ. ana. ʒ. x. galãge heyl. cardamomi assari masticis. añ. ʒ. j. s. scamonee bone ꝛ cocte in pomo. ʒ. xij. oĩa cũ oleo amigdalino fricentur. deinde recipe succi citoniorũ ꝛ granatoꝝ succi apij ꝛ feniculi ana. li. v. dei de pone succos cũ melle dispumato ad spissitudinẽ cõuenientẽ ꝛ cõfice cũ speciebꝰ et fiat.

¶ Istud electuariũ indi maioris apud nos est in vsu: ꝛ maxime ista descriptio: verũ est q Mes. hz maiorẽ ꝛ minorẽ: ꝛ dr minor est aliqñ in intẽtione maioris. tñ qñ medicus ordinat electuar[iũ in]dũ de maiore intelligit. ille vero qui de nouo scrip[sit] intitulatus lumẽ apothecariorũ seu lumẽ fuscum dicit q qñ simplr scriptũ repitur electuariũ indũ: de minori est intelligẽdũ qd nõ credit: sicut est notum apud medicos ꝛ apothecarios p[eri]tos.

¶ Penidij. s. lenis cõfectio. Serap. ca. de zu[ccaro] i[nquit] penidij sunt calidi ꝛ humidi in primo gradu maxime albi. et sunt grossiores zuccaro. Liber q dicit albuchasis in trac. ij. docet modũ faciendi penidios. nã inqt penidij fiunt ex melle ꝛ ex puluere zuccari bono albo ꝛ mundo ꝛ; postea sequit modꝰ ipsius q satis est notus aromatariis. Etiã circa instãs docet modum ipsiꝰ cõpletũ: sicut fiũt apd nos. Idẽ docet [Io]ã. anglicꝰ in li. v. qsi in fine dicẽs. Nicolaꝰ ponit diapenidion de quo infra heil. i. cardamomũ maius sicut dictũ est verũ illud lumẽ male lucẽ sup istũ passuz. dicit heil. i. cardamomũ maiꝰ ꝛ post sequit dicẽs. cardamomũ. s. minꝰ. i. melegeta qd falsuz est. nã ipe in cõfectiõe de cinamomo. dicit heil. i. cardamomũ minꝰ. ꝛ in ista dicit q est maius. q sibijpsi ɔtradicit.

¶ Scamonea bona ꝛ cocta in pomo. s. in citonio ꝛ tunc appellat diagrediũ siue scamonea ꝑparata. Jo. anglicꝰ in. c. de fluxu vẽtris ait. post assumptionẽ pillularũ acutarum cuz diagredio vel esula vel coloquintida. tamen diagredium est magis familiare. ꝛ ideo dicitur in versibus. Si vis subsidium per fluxum ventris habere. Sume diagredium nec oportet plus adhibere. et capiatur in citonio vel in pomo cocto et sic arguitur coloquintida nõ debet multum conteri. Dia. in capi. de scamonea ait. eligenda est sc[amo]nea: que cum lingua tacta est ab ipsa alba efficitur. multi vero succum titimali cõmiscẽt ei: sed intelligitur q linguam exaspat ꝛ exardescit. nascitur autem in india ꝛ in siria diagrediũ sz graue ꝛ spissuz scilicet diagrediũ quod ipsi ɔdulterãt permiscẽt titimalum ꝛ polines herbi. liber qui dicit albucasis docet modum extrahẽdi lac scamonee. ꝛ coquẽdi ꝛ preparãdi cꝰ malitiã auferẽdi. quidam apothecariorum preparãt ipsam cũ vino citoniorum posito in vesica porci circũuoluta ꝛ sepeliũt cum pasta. ꝛ ponũt in furno tãtum q sit cocta pasta. postea extrahũt ꝛ sic vtũtur ea. sed ego dico q melius est coquere in citonio: vt est notum apud nobiles apothecarios.

¶ Granatũ malum fm Isido. in ca. de proprijs noibꝰ arborũ inquit malũ granatum dicitur eo q inter corticis rotũditatẽ granorũ cõtineat multudinẽ. arbor aũt mali granati est gñis feminini. pomũ vero neutri gñis. vñ malus mala creat: sed gestat carbasa malus.

¶ Electuariũ indũ minꝰ habẽs intẽtionem maioris. ℞. turbith. ʒ. vj. zuccari tantundẽ: macis: piperis scz nigri zinziberis. gariofiloruz: cinamomi: heil. nucis muscate. añ. ʒ. vij. scamonee. ʒ. xij. ɔfice cum melle dispumato.

¶ Istud electuariũ dr minus: q paucιora simplicia ingrediunt q in maiori fm intẽtionẽ Mes. minorẽ habẽs intentionẽ maioris. tñ regula est a nobilibus apothecarijs q maius est magis in vsu q minus. Et qñ simpliciter medicus ordinat electuariũ indũ de maiori debemꝰ intelligere: ꝛ sic de electuario hamech: et sic de singulis. simplicia sunt supra declarata.

Cõfectio de dactilis: ꝛ est diafinicõ. Dactiloꝝ hairõ infusoꝝ in aceto tribꝰ diebꝰ ꝛ noctibꝰ. ʒ. l. penidioꝝ sibari. ʒ. xxv. amig. mundarũ. ʒ. xv. turbith. ʒ. xviij. scamonee. ʒ. xj. zinziberis: pipis lõgi: filoꝝ ruthe siccoꝝ: cinamomi macis. ligni aloes. anisi feniculi: dauci. i. seminis pastinace siluestris: galãge añ. ʒ. j. ꝛ gra. xv. ꝛ fiãt de omnibus ɔtritio bona. ꝛ cõfice cum melle dispumato quãtũ sufficit.

¶ Diafinicon aũt dr a dia qd est ɔfectio. ꝛ fenicon vel fenichion grece. i. dactilus inde cõfectio de dactilis. i. diafinicõ vt dicit Mes. idẽ in. c. de turbith. ait inqt Joãnitiꝰ dactiloꝝ infusorũ in aceto die ac nocte partes centũ ꝛc. hoc vr habere silitudinẽ diafiniconis. Aui. in. v. cañ. habet tres descriptiones: sed nõ cõcordant cũ illa Mes. nec fiunt fm ipsum: ista vero Mesue est illa qua vtimur: hoc antidotũ fm intentionẽ Mes. est i medicina securitatis

¶ Dactilus fm Isido. dr a silitudine digitorũ. nam sic nũcupati sunt quorũ etiã eoꝝ noia variant. nã alij appellãtur palmelule siles mirabolanis. alij thebaici qui sunt nicolai. alij muscales quos greci cariatos vocant. Circa instãs dicit opz fenicia. i. fenicon indi vel dactili. Petrus de crescentijs dicit palma est arbor ferẽs dactilos. simlr ait Auicẽ. in ca. de [p]alma ꝛc. satis noti sunt. Pli. in vno loco inquit palma que fert mirabolanũ proba[t]...a in egypto ossa non habet.

¶ Cheiron vel hairon. fm Matt. silua. est regio in qua antonomasice dactili abũdant: et oriũtur in ea meliores et pinguiores. dulciores oibus alijs aliarũ regionum ꝛ sunt mediocris figure nõ longi: neq multũ parui: pingues satis et dulcissimi. ꝛ meliores ex eis sũt citrini ꝛ rubei. Mattheus ibi inquit. istud vocabulum ponitur in antidotario. Mesue in electuario; de dactilis: et etiam in loth de pino ꝛc.

¶ Rotab fm Matt. sil. ꝛ fm Simonẽ ianuen. et Sera. sunt dactili: sed miror q Rasis in. iij. almansoris in. c. de virtutibus fructuũ et pomorũ inquit rotab minus calidi sint q dactili. ergo rotab nõ sunt dactili: sed maiores habent opi. q rotab apud arabes sunt dactili.

¶ Penidij fm Auic. natura calidi sunt ꝛ humidi in pri

mis ꝛ ꝓprie alibi ꝛ sunt humidiores aliis. Mesue inq̃t penidiorū sihari.i.penidii qui fiunt ex zuccaro dissoluto in aqua decoctionis or[illegible].i.vcz in aqua cōi sihari vel sihar apud arabes est ordeū nā vide. Sera.c.de ordeo q̃ dicit sahar.i.ordeū sił̄r dicit nicola⁹ in suis sinominis.

¶ Amigdalarū mūdatarū.s.a corticib⁹ suis. Mesue hʒ amigdalarū: sʒ nō specificat si debēt esse dulces vel amare: fm Pe.de crescentiis debēt esse amare: etiam fm Simonē Januen͂.amigdala dulcis esui conuenit: amara medicine est aptior.

¶ Mesue in hac cōfectione.inquit mellis qr̃ātū sufficit hoc notū est ab aromatariis expertis: ille vero q̃ de nouo scripsit intitulat⁹ lumē apothecariorū inquit mellis colati ꝛ dispumati li.j.ꝛ.℥.j.ʒ.qđ nō est credēdū ꝙ si feceris diafinicon cōpletū vt hʒ Mes.dico ꝙ ingrediuntur ad minus lib.iiij.mellis dispumati ꝛ colati.ideʒ errauit in dosi scamonee.

Electuariū de psilio. ℞. succi buglosse domestice ꝛ siluestris ꝛ succi endiuie.ꝛ succi apii coctorū ꝛ dispumatorū an͂.li.ij.ꝛ pijce super ipsos cuscute.i.podagre lini anisi.foliculoꝝ sene an͂.℥.v.capillorū veneris manipulū.j. succi fumiterre.℥.iij.assari.s.assarabaca ꝛ.℥.iiij.spice.ʒ.ij.ꝛ dimitte per diē ꝛ noctē postea bulliāt ebullitiōe vna ꝛ pijciat sup ea violarū viridiū vel siccarū.℥.iij.epithimi.℥.ij.ꝛ bulliāt adhuc alia ebullitiōe pua: deinde colent ꝛ exprimant: ꝛ in colatura ponat psil[illegible] ℥.iij.ꝛ dimittat p diē ac noctē oi hora: tame agitādo illđ cū spatula.deinde exprimat vi scositas ei⁹ tota.deinde accipiant hui⁹ viscositatis.ll.iiij.ꝛ pijciant sup eā zuccari albi.lr.ij.ʒ.scamonee cocte in pomo.i.diagredij.℥.ij.ʒ.ꝛ decoquant cū facilitate: postq̄ coctū fuerit pijciat sup ipm pul.tro.diarodō ꝛ de spodio et ranedseni.i.reubarbari ana.℥.j.ʒ. troc.de berberis.℥.ʒ.ꝛ vocauit hamech cōfectionē hāc electuariū tro.sunt alij q addūt aceti.lib.j.ʒ.alij addūt succi violarū.ll.j.ꝛ est medicamē.nobile.

¶ Istud electuariuʒ apud nos est in vsu: ꝛ maxime fm istā descriptionē Mesue. Nicolaus in suo antidotario inquit.electuariū psiliticum a psilio đr: sed nō fit sic nec est idem cum illo Mesue.

¶ Buglosa.s.domestica et est lingua bouis Dia. vocat buglosos.ꝛ dicit ꝙ hʒ folia similia flommos.i.tassobarbaso. Macer ait lingua [illegible]ouis greco sermone buglosa vocat.ista est illa qua v[illegible]mur.siluestris vero buglosa est borrago. Et non reperio auctorē auctēticum fa[illegible]ntem capitulum de vtraq̃.nam qui scribit de vna non [illegible]ribit de alia.tamen he ambe sunt note.

¶ Manipulus intelligit in receptis tantū quantū manu capi potest. Isidorus inquit.manipulus ducentorū est militū.manipuli aūt dicti sunt milites: siue qr bellū primo manu incipiebant: siue ꝙ anteq̄ signa essent manipulos sibi.i.fasciculos stipule vel herbe alicuius pro signis faciebāt: a quo signo manipulares milites cognominati sunt ꝛc.

¶ Psiliū dictū: eo ꝙ semen ei⁹ pulicib⁹ assimilet. Isidorus in.c.de herbis aromaticis: siue cōib⁹ ait: psileo dicta eo ꝙ semē est simile pulicis vñ eā latini pulicarē vocant. miror tñ ꝙ matthe⁹ siluatic⁹ i lr̃a dicat zicharđ.i.psiliū. postea ait zacharie: idē ꝙ supra qđ nō ē ꝯsonū: qr zacharie apđ nos est q̄dā herba: q̃ in pratis reperit ꝛ fm q̄sdā est spēs ferule.ꝛ sic a multis vulgarib⁹ zacharie đr: sed psiliū appellat a nostris rusticis linorella in bladis reperitur. Auerrois in quinto colli.vocat bescarcoron.

Electuariū elescop. ℞. scamonee antiochene bōe turbith.an͂.ʒ.vj.gariofilorū cinamoni.zinziberis emblicorū.s.mira.emblicoruʒ nucis muscate.polipodij.ana.ʒ.ij.ʒ.zuccari albi.ʒ.vj.cōfice cum melle dispumato ꝛ fiat.

¶ Istud electuarium elescof.i.electuarium epi est i vsu.

¶ Scamonea de ipsa dictū.est antiochena.i.de illa prouincia.nā vide Mesue in suo capi.qui inquit.melior est anthiochena: ꝛ armena ꝛ post istā: q̃ vo orit in partib⁹ nostris ꝛ corasceni est mala prorsus ꝛc.

Cōfectio hamec. ℞. mirabo.citrioꝝ.℥.iiij. chebulorū ꝛ nigrorū: reubarbari boni an͂.℥.ij.agaraci colo͂qntide polipodij.ana.ʒ.xviij. absinthij hasc.an͂.ʒ.vj.succi violarū.ʒ.xv.epithimi.℥.ij.anisi rosarū feniculi.an͂.ʒ.vj.fumiterre.li.j.prunorū nu[illegible]r.passularꝫ enucleatarū.℥.vj.infu[illegible]dant oia [illegible] aqua casei q̄titate. sufficienti: ꝛ [illegible]onant in vase vitreato stricti orificij.ꝛ obturet os eius: ꝛ dimittat p dies q̃nq̃ demū bulliāt ebullitiōe vna.postmodū colet.ꝛ in tali colatura ponant cassiefistule mūde.℥.iiij.tamarindoꝝ.℥.v.tereniabin.℥.j.fri[illegible]ent manib⁹ ꝛ colent et pijciat sup illđ zuccari bōi albi li.j.ʒ.scamonee.℥.j.ʒ.coquātur vsq̃ dū habeat spissitudinē mellis: deinde puluerizent sup illđ mira.citrinorū chebulorū idorū an͂.℥.ʒ.belericorū emblicorū: reubarbari: seminis fumittere an.ʒ.iij.anisi spice.an͂.ʒ.ij.et fiat.

¶ Confectio hamec.i.illius hominis q̃ ipsam cōposuit. hec apud nos est in vsu: ꝛ maxime fm istā descriptionē.

¶ Mirabolani nigri.sunt [illegible]t ait ipse in suo.c.ꝛ sunt sine ossibus.

¶ Colloquintida fm Mesue est quam perses vocāt cucurbitā deserti.fm Sera.colloquintida est melon agrestis. Me[illegible] describit trociscos alandal.ꝛ ibi ait ꝙ ponūtur [illegible]e[illegible]ermetis ꝛ in aliis confectionibus loco colloqntide.ergo in ista ꝯfectiōe predicti trocisci dñt poni.

¶ Polipodiū fm Mesue est radix plāte ꝛ ort⁹ ei⁹ est sup arbores ꝛ sup lapides: ꝛ eā vocauit grec⁹ felicē arborū ꝛ melius ex eo est illđ qđ nascit sup arborē ꝯcretē glādes. Circa instās inq̃t polipodiū herba est sil'is filici q̃ crescit sup querc⁹ ꝛ muros ꝛ lapide[illegible] hec apud herbaticos đr liquiritia siluestris ꝛ ab aliis [illegible] polipodiū quercinum. Auer.in quinto colliget dicit besgeg id est polipodium.

¶ Hasce fm Sera.in cap.de thimo est thimus aliqñ inuenitur alhasce vel hasce: qđ idem est. Aui.in.ij.cañ.speciale facit capl'm de hasce.ꝛ dicit ꝙ est herba hñs floreʒ albū declinātē ad rubedinē: sʒ apđ Dia.ꝛ Sera: flos ei⁹ est purpure⁹: ergo nō cōueniūt cū Auicē. Preterea ipse Aui.dicit Dia.dicit ꝙ est arbor cui⁹ spine sūt pue qđ nō reperit apud Dia.sʒ si q̄uocūq̃ thimus est satis notus.

¶ Sene.s.foliculus ipsi⁹ ꝛ nō.folia vt quidā apothecarij dicūt: nam Mesue in capitu.de sene dicit melior pars plante eius est foliculus deinde folia: sed tñ in eis est virtus debilis valde.

¶ Aqua casei.i.aqua lactis: siue serum fm Mat.silua. Mesue dicit aqua lactis est materia infusionū.ꝛ ipsa p se est medicina bona carēs nocumēto melior est sumpta ex lacte iuuenum caprarum et [illegible]arum ꝛ boni pastus in proprio capitu.ipse ait. Operatio aque casei si succi

rosarū.℥.j.misceatur cū aqua casei ⁊ pauca spica est so-lutiuū conueniens.et similiter infusio.ʒ.vj.foliorū rosarum in aqua casei cū pauco melle soluit sine molestia.

¶ Tereniabin fm Aui.est ros q̄ p̄lm cadit i corasceni ⁊ in locis qui sunt vltra fluuiū.Et est māna vel spēs eius. Sera.ca.de tereniabim ait expositio eius est de melioribus.sic dixerūt mihi quidā sapientes ꝙ tereniabim est māna purū.⁊ ex melioribus aliarū specierum.Auicen. in quinto colli.dicit tregebin.i.manna est ex speciebus antiquis māne.

Confectio alia hamech. ℞.mira.nigrorum chebulorū idorū epithimi añ.ʒ.l.fumiterre. absinthij.añ.ʒ.xx.hasce.i.thimus:calamēti. s.domestici:polipodij agarici liquiritie buglosse ana.ʒ.x.sticados camedreos camepitheos:bedeguar:anisi añ.ʒ.v.prunorum iuiube sebestē añ.nu.lxx.passularū enucleatarū.li.j.coquant in aqua sufficiēti vsqꝫ ad cōsumptionē tertie partis:⁊ pone i ea rob li.ij. mellis lib.j.scamonee.℥.ij.coquat cū facilitate quousqꝫ mellis sp[issi]tudinē habeat.

¶ Scdm istam descriptionē apud no[s] [n]ō fit:simplicia vero que sunt declaranda declarabo.

¶ Mirabolani nigri sunt mirabolani indi:vt ipse mes. dicit capit.de mirabolanis dicit nigri ⁊ sunt illi q̄ nominant indi.Miror ꝙ Mesue in ista cōfectione habeat mira.nigrorū ⁊ indorū ex quo idem sunt:sed vere credo ꝙ est error scriptoris q[uia] ipsemet ⁊ Serapio volunt ꝙ mirabolani indi ⁊ nigri idem sint.

¶ Camepitheos grece interpretat' ifima pinus a came et pitheos qđ est pin⁹:eo qđ fm oēs doctores vel aromatarios sue species odorē hn̄t pini.Colligēda est quando semē ei⁹ est maturū ⁊ est colligenda cū suo semine.Isid. in capitu.de herbis aromaticis siue cōibus dicit camepitheos a grecis dicta est:qđ terre adhereat ⁊ odorem pini habeat.hunc latini cucurbitam vocant ꝙ ex parte odorem cucurbite referat.

¶ Bedeguard fm Diasc.est achātis leuce.siue spina. alba etiā fm Sera.Bedeguard est spina alba.Auicen. Duo facit capitula:vnū de bedeguard.aliud de spina alba:qđ idem sunt infra [in] grupo de eupatorio ostēdā formā bedeguard.⁊ differentias que reperiūtur in ipso si deus voluerit.

¶ Iuiube fm Dia.sunt zizifa iste est fructus satis not⁹ sebestē fm Sera.ex autoritate Aboanifa.d[icit] [q]d [ar]bor [q]ta[m] fructificat fruct⁹ dulces ⁊ nominant eos gē[tes] p[e]rsas sebestē.Matth.sil.dicit sebestē in lingua persica vocatur māmilla canis.vnde sebestē māmilla canis fertur psica lingua.Rob qn̄ absolute ponit' est idem qđ carenū nos vero vocamus mustū coctum aliqn̄ sapam.

Electuariū rosatū. ℞.succi rosarū rubearū cōpletarū.lib.iiij.zuccari tabarzet.i.zuccari albi lib.j.⁊.ʒ.j.tereniabim puri ⁊ recentis.℥.vj.scamonee antiocene.℥.j.ʒ.coquantur oīa cū facilitate sup ignē q̄ sit sicut cādela vsqꝫ dū mellis habeat spissitudinē:deinde p̄ijce sup illud troc.de spodio.℥.j.galie scilicet muscate:troci.añ.ʒ.ij.troc.de berberis.ʒ.iiij.repone in vase vitreo et reserua.

¶ Istud el'ium est famosum ⁊ apud nostros medicos in vsu est Gal:in.c.de medicinis zenonis in suis experimētorū libris hꝫ el'ium rosarū:sꝫ nō est i vsu:nec cōcordat cū illo Mesue.istud el'iū pōt appellari katarticū.nā katarticū grece ē purg[a]t[o]riū:⁊ sic de p̄dicto el'io cōficiunt' pillule de hermodact[ilis] minores de quibus infra Nicola⁹ in suo antidotario hꝫ el'ium de succo rosarū.qđ et in vsu est sꝫ qn̄ medic⁹ ordinat el'ium rosatū itelligit' de illo Mes.⁊ qn̄ ordinat el'ium de succo rosarū:est intelligēdū de illo Nicolai.Ipocrates in lib.suo affo[r]ismorum dixit nō opꝫ ꝙ det' medicina laxatiua qn̄ ascēdit sahari.⁊ in magna hieme.⁊ intelligit' in iunio:iulio ⁊ augusto.⁊ p hyemē voluit intelligere nouēbrē decēbrē ⁊ ianuariū. In his igit' duob⁹ tp̄ib⁹ anni nō opꝫ ꝙ det' medicina laxatiua:⁊ ꝑprie acuta.sꝫ solū duob⁹ tp̄ib⁹ alijs volo dicere in vere ⁊ in autūno.qn̄ igit' bibit' coloquintida i hora magna caloris nocet mēbris interiorib⁹ fortiter:nocet etiā stō.expellit sanguinē p ora venarū abradēdo ea et qn̄ dat' in hora magni frigoris fatigat ꝑpatientē fortiter quia natura nō assentit ei quia facit torsiones.

Confectio alphesere. ℞.radicis alphesere mundate ⁊ cōtrite li.ʒ.mellis passula.li.iiij. squille assate pinearū mūdatarū añ.℥.j.⁊.ʒ. nucis muscate cordumeni macis zinziberis añ.ʒ.ij.gariofi.pipis lōgi añ.ʒ.j.⁊.ʒ.siseleos salis gēme gallie añ.ʒ.j.spice.ʒ.ʒ.agarici.ʒ. iij.sticados.ʒ.j.⁊.ʒ.dosis eius est añ.ʒ.ij.vsqꝫ ad.iiij.da post sex menses.

¶ Confectio de alphesera non est in vsu.ipse Mesue in capitulo de alphesera habet vnam aliam que idem est.

¶ Alphesera vel phesera fm Mesue.est planta quā vocāt vitem albā cui⁹ radix est cerei coloris exteri⁹:interi⁹ vo alba.Auic.de ipsa duo ca.facit in.ij.cañ.vnū de phesire.⁊ ibi dicit ꝙ est alpha zarasim.⁊ est vitis alba.post[ea] aliud.c.facit de hezeriazē.vbi dicit ꝙ de ipsa loquit' [e]xquisite in ca.de phesire.Itē in.iij.cañ.in' fen.xv.in ca. de rationibus splenis dicit radix alphesire.i.radix vitis albe apud Diasco.vocant' ampellos leuce aut brionia. aut cucurbita agrestis:siue vt latini vitis alba.Diasco. facit aliud cap.de ampellos melana.i.vite nigra siue fesiresim vt apud Auic.⁊ hec nostro idiomate vulgariter vocatur tanarus:ambe iuxta hortos reperiuntur.

Confectio manne ex inuentione Gal. ℞. māne pure ⁊ recētis lib.j.scamonee anthiocene.℥.j.dissoluat' manna cū succo rosarū rubearū et sit succi quātitas conueniens circiter lib.j.⁊ coquat' cum facilitate donec habuerit sufficientem coctionem:deinde pone super illud masticis.ʒ.iij.⁊ da.℥.ʒ.inq̄t Galenus ostendit cōpositio huius medicine nobilitatē eius:est enim composita ex partib⁹ conuenientibus cōplexione et proprietate.

¶ Confectio manne ex inuentione Gale.non est in vsu.

Confectio de mezereō ex inuētione nostra. ℞.foliorū almezereon [p]reparatorū ptes.x. carniū citoniorū elixatorū i aceto vini ⁊ zuc. tabarzet añ.ptes.lxxx.aq̄ casei infusiōis agarici ptes.xxx.tereniabin.i.māne ptes.xl.olei. almezereō ptes.xij.dissoluant' zuccarū ⁊ tereniabin i aq̄ casei p̄dicta.⁊ misceant' cū carne citoniorum.⁊ coquant' cū facilitate vsqꝫ dū mellis habeat' spissitudinē ⁊ iuoluat' puluis foliorū almezereon cū oleo iā dicto.et conficiatur cum eis.

¶ Hec cōfectio apud nos est in vsu:ipse Mes.in cap.de mezeron hꝫ vnam aliam descriptionem que idem est.

¶ Almezeron vel mezereon fm Diasco.est camelea vel

cocognidiũ. Auic. autẽ in .iiij. cañ. in fen. vj. inquit de almezereõ ꝛ camelea. ꝛ earũ cura hic videtur ſm intentionem Auicẽ. ꝙ mezereon et camellea idẽ non ſint: ſed cõtra eſt intentio Diaſco. ꝛ Serap. ſm aũt Meſue mezereõ eſt plãta vocata apud perſas rapiens vitã et a quibuſdam faciens viduas: ꝛ a pluribus leo terre. Chriſtofor⁹ de honeſtis ſuper iſtum paſſum errauit dicens qꝺ confectio de almezereõ eſt de laureola: qꝺ nõ eſt: nã moderni poſſunt certificari ꝙ mezereon nõ eſt laureola: quia mezereon eſt camelea. ꝛ eſt plãta habens folia ſicut oliua. Laureola vero habet folia ſimilia folijs lauri. et qꝺ hoc ſit verũ. vide Dia. c. de dafnoides cũ quarta ſpecie lauri apud Serap. ꝛ videbis ꝙ idem ſunt. quidã ſapiẽtes dixerũt ꝙ mezereõ habens folia parua eſt verũ mezereõ habẽs folia magna eſt laureola apꝺ herbaticos mezereon ꝺr herba oliuela ꝛ ſemẽ eius cocognidiũ.

¶ Preparatur autem mezereon iſto modo: accipiat̃ ex mezereon quãtitas quã volueris ꝛ terat̃ groſſo modo ꝛ infundatur in aceto fortiſſimo per diem vnum vel duos poſtea exiccetur et vſui reſeruetur.

¶ Deſcriptiones olei almezereon id eſt herbe oliuele deſcribit ipſe Meſue: ſicut infra apparebit.

Modus confectionis de eupatorio. ℞. ſucci eupatorij raued boni ana. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. lacce ſe. cuſcute añ. ʒ. iij. cimarũ ſquinanti ſe. citruli cucumeris portulace ſucci abſinthij añ. ʒ. iij. ſcamonee cocte in citonijs. ʒ. ij. et. ℈. fiat omnium contritio bona: ꝛ ſit doſis eius aure. j. cum lacte camellarum aut aqua caſei alchirigi. ſi illic eſt caliditas reprime cũ ſucco ſolatri et endiue ꝛ volubilis.

¶ Confectio de eupatorio non eſt in vſu. Sal. in ſuis experimentis habet electuarium de gafit, id eſt de eupatorio: ſed non eſt in vſu: tamen ſimplicia que ſunt declarãda declarabo.

¶ Eupatoriũ ſm Sera. eſt gafit. Auer. in. v. dicit olibarda. i. eupatorium. Miror quod Auic. in. ij. cañ. ait quod eupatorium habet florem ſicut nenufar: quia non cõuenit cum ſententia Meſ. nec conuenit cum illo quo moderni vtuntur circa inſtans inquit quod ſaluia agreſtis eſt eupatorium quod non eſt. nam vide Simo. ian. et Matth. ſil. qui dicunt qꝺ non eſt coniza: vt quidam dicũt: nec eſt marubium: vt quidam dicũt: nec eſt ſaluia agreſtis: vt quidam dicunt. vnde miror qualiter medici noſtri temporis non aduertentes verba Dia. Auicẽ. Plin. Sal. ꝛ Damaſce. credant potius herbolarijs ſaluiam agreſtem eupatoriuꝫ eſſe: que nec in ſapore: nec in odore cum eo conuenit.

¶ Eupatorium vero dicitur ab eu qꝺ eſt bonũ. et pator quod eſt epar. vnde eupatorium. i. bonum epati: apud nos naſcitur iuxta vias.

¶ Camelorum duo ſunt genera. ſ. maſculus et femina Iſido. dicit: camelo cauſa nomẽ dedit: ſiue ꝙ onerantur vt breuiores ꝛ humiliores fiãt accubãt: quia greci cami humile et breue dicunt h[...]c quia curuus eſt dorſo.

Alchelẽgi eſt medicamẽ magnum. ℞. ſucci volubilis ſucci endi. ſucci apij. purgatorum añ. li. iiij. proijce ſuper eos mirabolanorum citrinorum chebulorum. añ. ʒ. xij. emblicorum. ʒ. l. indorũ bellericorum añ. ʒ. viij. agarici. ʒ. xx. abſinthij cuſcute ra. apij fenicli aniſi. añ. ʒ. iiij. yreos. ʒ. x. paſſularum enucleatarum. ʒ. lxxx. bulliant cum facilitate vſqꝫ ad medietatẽ ſuccorũ: deĩde coletur: poſtꝙ oĩa fuerint manib⁹ bñ fricata et proijciat̃ ſuper partẽ. j. ſuccorũ tamarindorũ cheirõ. ℥. viij. tereniabin. ℥. iij. caſſie. ℥. viij. deĩde coletur a ſcoſis: ꝛ in alia parte aq̃ proijciat̃ penidiorũ ſabari. lib. iiij. deinde miſce. oĩa ſimul ꝛ bulliãt ebullitionibus duabus: tũc vero proijce ſuper illud olei ſiſami recentis. ℥. xv. ꝛ agitẽtur omnia ſimul. deĩde coquant̃ vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinẽ: tunc vero deponat̃ ab igne ꝛ puluerizent̃ ſuper illũ trociſcorũ dyarodõ tro. de eupatorio trociſcorũ de abſinthio et tro. de reu. añ. ℥. j. ꝛ. ℈. ireos. ℥. j. agarici foliorum almezereon nutritorũ in aceto añ. aur. viij. ſcamonee ſucci eupatorij ſucci abſinthij croci lacte ablute mirabolanorũ citrinoruꝫ chebulorum. añ. aur. iiij. bellericorũ emblicorum indorũ añ. aur. ij. ſpice aniſi. añ. aur. ij. turbith boni. ℥. vj. inuoluant̃ omnia pri⁹ cũ olei almezereõ. ℥. iij. ꝛ miſceãtur cũ predictis et bene incor[...]rentur: [...] ſit doſis eius añ. ʒ. iij. vſqꝫ ad. ii[...] cum aqua endiuie.

Alchelengi medicamẽ eſt magnum et non in vſu: hoc medicamẽ videtur conforme in multis proprietatibus illi qꝺ Auic. nominat achalchelengi. Simplicia q̃ ſunt declaranda declarabo.

¶ Volubilis ſm Meſ. ſunt plures ſpecies quarũ vna ẽ [...] ꝺr funis arborũ: cuius flos eſt albus: ꝛ iſta eſt volubilis maior: ꝛ eſt alia ſpecies cui⁹ rami repũt ſuper terrã ꝛ ſup ramos plantarũ cui⁹ folia ꝛ flores ſunt minores: et dicit̃ volubilis minor: ꝛ alia hñs folia ſubalbida lanuginoſa: et habet lac ꝛ eſt ſpecies tertia: et eſt hñs folia aſpera ſicut folia citruli: cuius flos eſt ſicut ampule adherentes: et vocatur lupulus. et eſt alia ex qua fit ſcamonea. Sera. c. de volubili ponit ciſſos. i. ederam inter ſpecies volubilis Dia. vero in ca. de ciſſos infundit̃ ſermo de hypoquiſtidos laudano volubili ꝛ edera: arabes vocant leleb Ioã. anglicus in ca. de phthiſi inquit volubilis maior ꝛ minor que funis pauperis: vel corrigia monachi vocat̃ apud no[...] volubilis dicitur. ꝛ naſcitur in vineis: ꝛ ſuper arbores.

Confectio de zinzibere: accipe zuccari boni albi [...] viij. mellis tabarzet partes. ij. zinzib[...] [...]oni puluerizati puluerizatione vltima ſicut alcohol partes tres: aqua ĩfuſiõis zuccari q̃tũ ſufficit deſtẽperet̃ zuccarũ cum aq̃ ꝛ melle: ꝛ coquant̃ vſqꝫ dũ ſufficit deinde proijciat̃ ſup puluis ill[...] zinziberis: ꝛ agitet̃ et incorporetur cũ eo. et adminiſtretur.

¶ Cõfectio de zinzibere non eſt in vſu. Auic. in. v. cano. hꝫ electuariũ de zinzibere qꝺ nõ eſt idẽ. etiã Guil. placẽtinus hꝫ vnã deſcriptionẽ: ſed nõ eſt in vſu. Simplicia vero que ſunt declaranda declarabo.

¶ Mel tabarzet. i. albũ. Auicen. in. ij. cañ. in ca. de melle. de melle tabarzet loquitur dicens. mel vero tabarzet eſt mel albũ cadẽs de celo ad modum roris ſm quoſdam alij dicunt quod eſt mel quod reperitur in illa regione ſic nominata. ꝛ ſic per mel tabarzet itelligitur mel albũ. ego autẽ in partibus noſtris vidi mercatores vendere mel albũ. ſicut tabarzet. ꝛ erat artificiatũ cũ farina fabarũ et aliarũ rerũ ſimiliũ. Si vero reperitur mel albũ qꝺ ſit naturale habet efficaciã in medicinis: ſin autem nõ.

¶ Sera. in ca. de melle docet modũ cognoſcendi mel dicẽs in auctoritate. Dia. ꝙ mel b[...] [...]ſt illud qꝺ eſt dulce et in quo eſt acuitas aliquãtula in guſtu. ꝛ habet odorẽ

bonū ⁊ color eius est vergēs ad rubedinē neq; est nimis liquidū ⁊ qñ miseris in eo digitū adheret digito: ⁊ illud est bonum ⁊c. Auerro. in. v. colliget dicit ;alces. i. mel.

Confectio de iacur ꝺm intentionē Gal. est diacodion purū. ℞. decē capita papaueris albi: in quib⁹ sit mediocritas inter paruitatem ⁊ magnitudinē ⁊ humiditatē ⁊ exiccationem: proijciatur super ea aque sextariū vnū. i. lib. ij. ʒ. ⁊ sit aqua pluuialis: ⁊ si sit humida plusq̄ sicca dimittatur: die ac nocte: et si sint sicciora dimittantur plus: tūc coque ea vsq; dum decocta sint: ⁊ aque due partes sint consumpte: tunc vero cola succum eius.

¶ Mesue inq̄t ꝙ ꝯfectio de iacur ꝺm intētionē Gal. est diacodiō purū ⁊ sic est ꝺm ỽitatē ipē ỽo Gal. in trac. vij. meimir habet diacodiō: ⁊ ibi docet conficere per varias intētiones vt docet Mes. nam scias ꝙ descriptio suprascripta nihil minuendo nec addendo est diacodiō purū Inferius vero ostendā per ordinem conficere alia. Ipse Mes. in ca. de ptisi. quasi in fine habet confectionem de iacur. sed nō est in vsu. Nicolaus in [illegible] antidotario habet diacodion ⁊ dicit a co[illegible] quod est [illegible] hauer nigrum. sed non est in vsu Joā. concore. in cap. [illegible] de catarro dicit. Laudat ⁊ cōuenit electuariū quoddam seu loth. descriptum a Me. in suo antidotario qđ dicitur confectio seu loth de iecure. et sub isto nomine ibi describitur: sȝ alio nomine dicitur diacodiō et sic ab aromatarijs vocatur. Mes. inquit.

Et restat post illud duplex cōsideratio: qñ si catarrus subtilis fuerit ⁊ timet fluxus ei⁹ ad pectus ⁊ pulmonem ⁊ cannā ⁊ timent vigilie: opȝ tūc vt misceat ex rob quātitas cuius sit medietas aque ⁊ coquatur super igne in quo non sit flāma neq; fumus sed sup prunas tantū. Intelligitur autē hic dñs Mes. si in diacodion puro misceatur ꝙ quelibet li. i. diacodion. ʒ. vj. rob ⁊ coquantur simul sup prunas: tunc appellat diacodion cum rob. Et nō cōuenit in hac intentione mel: qm̄ mel est ex habentibus acumē quare est subtiliatiuū ⁊ est preter hoc qđ intēdimus qm̄ est materia subtilis valde ⁊ mel est ex subtiliantibus. cū autē plenitudo cōtinet in torace et pulmōe ⁊ velis medicamē facere abstersiuū. tunc mel cōuenientius est. qm̄ dominire facit ⁊ materias que sunt in pectore ad expellēdum habilitat: ⁊ qñq; fit medicamē ex vtroq; qñ cadūt in occupatione duplicis intentionis ⁊ sit dosis eius. ʒ. j. ⁊ plus ⁊ minus scđm ꝙ exigit dispositio. ⁊ opȝ ⁊ teneat eā patiēs in ore suo ⁊ transglutiat inde modicū qđ dissoluit ex ea cū saliua. Siłr nota si vis facere diacodiō cū melle. fac sicut fecisti aliud vȝ si i diacodiō puro loco rob addat mel tūc appellabit diacodiū cū melle. Si aūt velis vt sit recētis nature ⁊ eruptiōis sanguinis a locis que sup diafragma. ⁊ ab alijs locis manatiōis ⁊ a ptib⁹ viscerū tūc ad vnāq̄q; li. ipsi⁹ ꝓijciat acatie rubee euphistides croci mirre balaustie añ. ʒ. j. ⁊ ramich. ʒ. iiij. ⁊ admistret. Scias etiā ꝙ ꝓ qlibet lib. vna diacodiō puri addant loco mell' spēs supradicte. tūc appellat diacodion cōpositū. Jo. sera. i suo antidotario hȝ diacodiō cōpositū ⁊ ibi addit accatiā rubeā tictorū ⁊ alias spēs sicut facit Me. Plini⁹ inqt medicamētū qđ diacodiō ⁊ asterice vocat vtilissimū fit: aut ex papaueris aut cuiuscūq; siluestris capitib⁹. cxx. in aq̄ celestris sextarijs trib⁹ biduo maceratis i eadēq; decoctis. deīde siccatis iterū cū melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui addidere postea dragmas senas croci ipoqstidos thuris accatie ⁊ passi cretrici sextariū hac ostētatione simplex quidem et antiqua illa salubritas papauere ⁊ melle cōstat.

¶ Accatia ꝺm sera. est spina babilonica ⁊ est arbor gūmi arabici. Jsidorus ait zillo quippe dicunt lignū licon dulce cuius arboris pomo succus expressus accatia a grecis đr moderni quia carēt vero fructu accatie faciūt accatiā ex succo prunellorū siluestriū ⁊ accipiūt ꝑdictū fructū ⁊ exprimūt; ⁊ sic i sole siccat ⁊ ibi. inuenit idonea virt⁹. liber qui đr bulcasum in trac. ij. docet modū faciēdi accatiā dicēs modus extrahēdi succū prunorū siluestriū ex quo fit accatia ⁊c.

¶ Rubea. i. rubea tinctorū. Gal. in. vij. simpliciū inquit crocus vasicus. i. rubea tinctorū hec radix a rusticis đr rozia. Auerroys in. v. colliget ait ena. i. rubea tinctoruȝ hec apud quosdā vena tinctorū dicitur.

¶ Heusistides siue hausistides vt apud Auicennā scđo can. habetur est succus plante que dicit barba hircina. ergo est ipoquistidos vt reperitur apud sera. ca. de ipoquistidos fit aūt ipoquistidos ex quodā fungo qui nascitur in radice rose canine ⁊ ille fungus đr torathit. exprimit succus ⁊ siccatur ⁊ ille est ipoquistidos. diasco. i. c. de cissos. i. edera de ipoquistidos loquit. tamē. Symō Januēsis i. c. de barba ircina dicit ꝙ text⁹ dia. est falsus: qr ipoquistidos nō est edera nec ē species ei⁹: vt đt dia.

¶ Ramic est quedā cōfectio que fit in trociscis. cui⁹ descriptionē describit Mesue: de qua infra. istud est vltimū simpliciū qđ ingredit. diacodiō cōpositū: nūc vero alia icipiāt si de⁹ voluerit. Et sunt q̄ ponūt in iacur puro loco mellis penidias. Hic est notādū ꝙ si ponant i diacodiū puro loco mellis pēidie: tūc ē diacodiō cū penidijs. Et sūt q̄ ponūt zuccaꝝ: ⁊ qñq; exigit dispō egritudis q̄ ē mł'te caliditat' ⁊ acuitat' medicamē ex papauer nigro ⁊ st ei⁹ capita vsq;. l. ⁊ qñq; ex albo ⁊ nigro ⁊ loco mell' ponūt zuccarū aut penidie. et est notādū ꝙ si ponat in diacodiō puro loco penidiorū zuccarū: tūc est diacodiō cū zuccaro: in Mediolano repe[illegible]de oī gñe ⁊ in vsu sunt.

Cōfectio de succis nucū et vocat grece diacariaiō. ℞. succi exterioꝝ corticū nucū i diebus canicularib⁹. li. iiij. decoq̄ ipm bullitiōe vna: deīde adde ei mellis li. ij. ⁊ decoq̄ donec ipinguet ⁊ fiat sicut mel et post illō nobis occurrēt intētiōes q̄tuor: nā ꝓ pueris ⁊ mulierib⁹ ⁊ hūidis natura sufficit medicamē sic factū ⁊ qñ morb⁹ est i pncipio aliqđ de stipticitate hñtib⁹ misceri opȝ sicut sūt rose ⁊ balaustia. ⁊ qñ i statu egritudo croc⁹ ⁊ mirra miscēda sūt i decliatiōe vo baurach ⁊ sal armoniacus ⁊ silia: ē eni medicamē sublime ⁊ exptū.

¶ Hec cõfectio de succis nucũ fm intẽtionem Mes. q a grecis vocat diacaridion apud nos est in vsu. Mat. silùaticus dicit diacareos di[illegible] q de succo corticũ nucuz recentiũ fit. Diacareos fm Symonẽ fit de succo corticum nucũ recentiũ Alexãder describit in ca. de squinãtia: carpocareos autem est cortex nucis regalis: sed carpocanticos est semen ferule: fm Nicolaum.

¶ Nux fm Isido. in ca. de pprijs noibus arborũ appellata est: q vmbra vel stillicidiũ foliorũ eius pximis arboribus noceat. hãc alio noie latini: iuglandẽ vocãt q̃si iouis glandẽ. est cũ hec arbor cõsecrata ioui. Petr9 de crescẽtijs dicit nux a nocendo dicta est eo q ei9 vmbra noceat alijs arboribus. Dia. dicit carea basilica. i. nux alexãdrina: quã multi persicã dicũt: vbi sciẽdũ q multe sunt spẽs sed q̃n simplr ponitur de vsuali intelligitur.

¶ Dies caniculares sunt. xl. nã reperit apud Dia. ca. de origano vbi ait. coques in sole diebus canicularib9 per dies. xl. Sera. in codẽ loco ex verbo Dia. dicit. ponit in sole. xl dieb9. s. in canicularibus. Matth. siluaticus dicit canicula est stella que dñatur dieb9. xl. fm Gal. in lib. de cibis. c. j. de fructibus horarijs. sapiẽtes vero dixerũt q dies caniculares sunt viginti iulij ꝛ viginti augusti. nã in illis diebus est maior calor q̃ in alijs diebus.

¶ Baurach est apõ grecos affronitrũ ꝛ ẽ spuma nitri. Sera. in ca. de baurach. inquit sic ex autoritate Gal. si cõsideras aũt sermonẽ Gal. in quarto de nitro ꝛ affronitro et cõparas ipsum cũ sermone suo in. xj de baurach affrice qõ est spumosum ꝛ baurach similr ꝛ aggregas operationes eorũ scies pro certo q intellexit per baurach affrice nitrũ per baurach affronitrũ spumã nitri et dicit q affronitrũ est spuma nitri ꝛ est baurach armenum. sumit. ergo per hoc qõ baurach fm Gal. est baurach. siue sal armenum.

¶ Sal armoniacus fm Pli. inuenit iuxta pleusiũ. ptholomeus rex cũ castra faceret quo exemplo. postea inter egyptũ ꝛ arabiã ꝛ squallẽtia loca incepit inueneri detractis arenis. fm aũt circa instans dicit sal armoniac9 qꝛ in armenia reperit. Sera. ex autoritate isaach ebenamarã in. c. de sale armoniaco ait. est sal albus ꝛ rubens et extrahit a lapidibus duris claris ꝛ est salsus mordicans. multũ defertur ex rasceni ꝛ sunt ex eo multi colores. sed melior est ille q̃ est sicut cristallus. Matth. siluaticus in. c. de salamoniaca. i. herba quã Aui. in. ij. cano. rhean salamoniaca dꝛ: qꝛ existimant q ex eo fit sal armoniacũ aurifices vtũtur ipso sale etiã separarũ idẽ est. liber qui dꝛ albuchasis in fine tertij tractat9 docet modum faciẽdi salẽ armoniacũ. ꝛ dꝛ q fit ex lapidib9 q̃ reperiunt in sterq̃linijs balneorũ q̃ incendunt cũ igne sordiciei illi9 loci: ꝛ sunt lapides nigri qui coagulant ex virtute salsedinis que est in illa sordicie: ꝛ etiã vide ibi.

¶ Expliciunt electuaria ꝛ cõfectiones super antidotarium Mesue: et inferius describã illa que sunt in practica sua.

Confectio de sticados in. capi. de flegmatica scothomia ꝛ vtigine.

℞. iere pigre. i. specierũ iere gal. ʒ. x. aga[illegible]i epithimi añ. ʒ. iiij. mira. chebulorũ indorũ emblicorũ belle[illegible]orũ sticados añ. ʒ. iij. salis indi. ʒ. ij. cõfice cum secaniabin: idest oximelle.

¶ Hec confectio non est in vsu.

¶ Sticados. s. sticados arabicũ: vt dicit Mes. est plãta foliorũ subtiliũ oblõgorũ habẽs stipitẽ subtilẽ cinericiũ: cui9 eleuatio sup terrã est in mensura cubiti: ꝛ hꝫ flores assimilãtes spicis siliginũ: sed sunt breuiores sine semine silr ait Aui. q est sine semine miror tñ q' Dias. ꝛ Sera. dicãt q hꝫ semen minutũ: qꝛ hoc nõ ꝯsonat dictis Mes. nec Aui. sticados ṽo quo moderni vtunt hꝫ semẽ minutũ: sed nõ est verũ sticados de quo intellexit Mes. ac Aui.

Confectio triphere de epithimo in. c. de cura manie ꝛ melancolie sanguinee.

℞. chebulorũ. s. mirabolanorũ chebulorũ emblicorũ bellericorũ ꝛ indorũ añ. partes equales epithimi subtilis partes. ij. iere pigre partẽ. j. confice cum melle emblicorum aut chebuloruz ꝛ da omni die.

¶ Hec cõfectio in Papia. nõ est valde in vsu: sed in Mediolano vtuntur ipsa magis. Epithimũ fm Isidorũ in ca. de herbis aromaticis siue coibus inquit epithimũ grecũ nomẽ est qõ latine dicitur flos timi. nã flos grece timũ vocatur: est aũt flos timbre. i. saturegie similis.

¶ Mel emblicorũ de mõ ipsi9 apparebit infra in tracta. Rasis in fine electuarij letificãtis si deus voluerit.

Confectio mirabilis ad epilẽtiã in proprio ca. de epilẽtia.

℞. piretri sisileos. i. sileris mõtani sticados. añ. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni. i. carui agrestis siue leuistici asse aristologie rotũde afodili liquiritie carpobalsami. i. seminis balsami peonie. añ. ʒ. ij. accipe expssionis squile ꝛ mellis partes equales quib9 coctis ad spissit[illegible]inẽ q̃tu[illegible] sufficit ad aggregãdũ ea accip[illegible] deinde recũde in vase vitreo.

¶ Hec cõfectio apud nos nõ est valde in vsu. in Mediolano vero vtuntur magis. verũ est q Rasis in nono almansoris describit vnã aliam descriptionẽ que videtur esse eadẽ ꝛ nõ differũt nisi q Mesue adiũgit in sua descriptione liquiritiaꝫ capobalsamum ꝛ peoniã: in reliquis vero idẽ sunt. ꝛ sic multi secundum descriptionez Rasis faciunt cuius infra apparebit descriptio.

¶ Epilẽtia aũt est morb9 caducus ꝛ vocat mr infantiũ.

¶ Asse. s. asse fetide in quodã libro Mes. est scriptum hasce. i. thimus sed vere dꝫ dicere asse, i. asse fetide. Rasis hꝫ asse optime quod idem est. preterea in ista meteria magis conuenit assa fetida q̃ thimus.

¶ Affodil9 fm Dia. est herba oibus nota folia habẽs sicut porrũ virgã leuẽ quã multi ablutiũ. i. aleta dicũt fm. circa instãs affrodilus est quedã herba que vocat centũ capita. cui9 radix vsui medicine ꝯpetit. hic textus est falsus. nã affodilus nõ est centũ capita: vt vr p Sera. c. de astaratico. ꝛ in. c. de ast[illegible]aticõ. ꝛ in. c. de iringo. afodilus vero dicit apud herba[illegible] herba porraria propter silitudinẽ foliorũ. peonia fm q dicit Auerrois in. v. colliget est rosa asinorũ. Macer in. ca. de peonia inq̃t radix illius [illegible]ueris suspẽsa caducis: nõ modicũ pdest ga. vt a[illegible] tor quẽdã se puerũ narrat vidisse caducũ: etas [illegible]t annorũ circiter octo. peonie puer hic radicẽ ferre solebat appensam collo quadã vice decidit illa: morxq puer cecidit solito quo more ligata: protin9 euasit Gal. ṽo probare rẽ plene cupiẽs radicẽ denuo dẽpsit de collo pueri: cecidit: surgit qua resũpta cognita vis herbe fuit huius sic manifeste ipse Diasco. cunctis ait esse caducis aptã si bibit vel si s[illegible]dit illa feminis illi9 ter quinqꝫ rubentia grana ꝛc. Papias ait peõia grece qõ significãti9 latine dꝛ cadauer ab eo q cadat p mortẽ peonia hasta rubea est coloris rubei herba.

Cõfectio de piretro ibidẽ. vꝫ. in. c. de epilẽtia.

℞. secacul lib. j. piretri humidi aut hũefacti. ℥. vj. mellis dispu. li. v. pinearũ purg. lib. j. s. cõdies cũ zinziberis ꝛ piretri. añ. ℥. j. gariofilorũ nucismus. cubebe. añ. ʒ. iij. cinamõi. ʒ. v. ꝛ in alio piretri hueg aut humidorum aut humectatorum. añ. ℥. iij. ꝛ est expertum bonuz: ꝛ alij addunt musci. ʒ. j.

¶ Hec confe. non est in vsu.

¶ Piretrũ vel piretron vt grece [illegible] a pir qõ est ignis:

eo ꝙ igneā virtutē habeat. Pli. ait pirctrō vocāt qꝺ nunq̄ floret. Aui. in. ij. cañ. duo cap. facit. vnū qꝺ incipit piretrū: aliud qꝺ dicitur tarcon etiā tarcō aliqñ capitur pro quodā pisce: de quo recitat Joā. Anglicus in ca. paralesis: qui sic ait. ligatura tactus leuiusdā: piscis qui vocatur tarcon: ⁊ dicitur piscis iste merguri: ⁊ fm Aui. ca. de stupore vocatur berile: hec radix est satis nota: dolorib⁹ dentiū medetur. piretrū apud Auerro in. v. colliget vocatur halacartaa. Papias dicit. pirctrū herba dētaria ignea. vnde ⁊ piropum dicitur. Haliabbas autem in. ij. practice vocat ipsum harcharach.

¶ Hueg vel huegi vel oegi est acorus. Galenus in septimo simplicium dicit cegi. i. acorus et ex hac planta non vtimur nisi radice eius.

Cōfectio cōditi ad egritudines neruorū frigidas mirabilis in ca. sūma quarta de egritudinib⁹ neruorum. ℞. secacul pinearū mūdatarū radicū acori añ. li. j. ʒ. et sint secacul et acorus elixata ⁊ expressa et misce cū eis ꝑter pineas mellis dispumati. li. x. ⁊ decoque lento igne vsq3 dū spissitudinē acquirāt: deinde deponatꝛ ab igne ⁊ proijciātur sup ipm pinee misceantꝛ adinuicē post h[illegible] pulueriza super ea piperis. s. nigri. ℥. j. piperis lōgi gariofilorū zinzibers macis. añ. ʒ. iiij. nucis muscate galāge cardamomi añ. ʒ. iij. misce ⁊ fac.

¶ Hec cōfectio apud nos non est multū in vsu sub illo noie id est cōfectionis cōdite: sed facimus ⁊ vtimur sub nomine confectionis dyacorı. vnde Nicolaus floreti. in lib. iij. in. c. de cura egritudinū nuce ⁊ neruorū in ḡnali inquit. confectio fm Mesue conditi ad egritudines neruorum frigidas ⁊ est diacorus ⁊ sic est.

¶ Secacul. s. sigillū scte marie ⁊ nō est sigillum salomonis: vt quidā herbatici dicūt. liber qui dicitur albuchasis in tractatu secūdo vbi docet formā desiccādi radices ait. secacul. i. sigillū salomonis: quod nō est bene expositū: qꝛ Mattheus silluaticus in ca. de danoisdes dicit: ꝙ camedafne vel daphinides alexandrie est sigillum salomonis ⁊ hoc est certū. de quo Sera. in ca. de luro describit formā. sigillū autē sancte Marie siue secacul est radix similis zinziberi di[illegible] modernis a vulgo zenogeto et granum eius fm Sera. vocatur granum culcul.

¶ Acorus est radix satis nota. fm Auicē. est radix plāte que est sicut papirus. nō autē intelligi debz de papiro in qua scribimus que de pannis lineis fi[illegible]d[illegible] reperitur apud Aui. vel in alijs libris in medici[illegible] de[illegible]ccatiuis papirus intelligitur quedā herba que in aquis nascitur et est iuncus vel species eius.

Cōfectio Anacardina fm filiū zacharie. i. rasim in. ca. ⁊ summa supradictis vz in sūma quarta de egritudi[illegible]b⁹ neruoꝝ. ℞. zinziberis costi piretri nigelle pipis macropiperis hueg añ. ʒ. x. mirre folioꝝ rute asse gentiane aristologie baccarū lauri castorei tapsie sinapis añ. ʒ. v. mellis anacardi. ℥. v. aꝛs. ʒ. v. ⁊ terciam. inuoluātur oīa cū oleo nucum ⁊ cōfice cū melle apū ⁊ da ex eo in modū grani lauri.

¶ Hec cōfectio in Papia nō est valde in vsu: sed in Mediolano magis. fm intētionē Mesue est ex autoritate filij zacharie siue Rasis. ⁊ sic est fm veritatē qꝺ rasis cōposuit ipsam ⁊ describit eā in. ix. alman. in. c. de paralesi. idem in li. diuisionū in eodē ca. vz paralesis ait. cōfectio anacardi q̄ est triaca paralisis ⁊ illa idē est, in oībus vt ista. supra etiā pos[illegible]uit vna alia descriptio que potest vocari cōfectio sapiētū: ⁊ illa apud nos est magis in vsu

⁊ est illa que debet intelligi quando absolute profertur.

¶ Hueg. id est acorus sicut dictum est aliqñ dr cogi. vt dicit Simon. rasis loco huer habet ogi. qꝺ idē est: ⁊ est certū. qꝛ ipse rasis in lib. diuisionū in eadē cōfectione loco ogi habet acorus.

¶ Asse. i. asse fetide nō autem debet dicere alasse vt quidam apothecarioꝝ dicūt. vide filanū super nono almāsoris qui in predicta cōfectione habet asse fetide. ⁊ idem est. ⁊ sic assa fetida magis conuenit in ista egritudine q̄ alasse: id est thimus.

¶ Aristologia simpliciter de rotunda intelligitur sicut dicit circa instans.

¶ Tapsia fm Dia. nominatꝛ eo qꝺ primo in tapso insula inuenta fuit. arabes vero nō potētes dixere tapsia. dicunt tesixia de qua Aui. in. ij. canonis capitulū facit ⁊ dicit qꝺ est gumma rute agrestis: idē in quarto canonis in fen. vj. inquit de thesixia ⁊ eius cura hec est gūma rutel montane: ⁊ quādoq3 sentitur in sapore ei⁹ sicut sapor albedarūgi id est ozimi fluuialis siue citati: id est melisse. gētilis super quintū Auicen. exponit quod tapsia est cassia lignea. Rasis in predicta cōfectione loco tapsie hꝫ seitarangi. tu vero vide quod Mesue habet tapsie: id est gūmi rute agrestis: vt dicit Auicē. fm Simonē Januensem tapsia ex autoritate haliabbatis est ruta siluestris siue becur: ⁊ Rasis habet seitaragi. id est lepidū siue hibederidos. qꝺ idē est secūdum circa instans: tapsia vsui medicine cōpetit. per tres annos potest seruari. Pli. inq̄t tapsia ex genere ferule est folijs feniculi inani caule nec excedente baculi longitudinē semen quasi ferule radix cādida que incisa lac emittit ⁊ cōtuso succoneū cortice ⁊c. fm Sera. tapsia siue tassia est tantū siue gingion. ergo est lepidū fm Dia. meo tēpore in ꝑdicta cōfectione vidi ponere loco tapsie rutā siluestrē que virtutē habet in subito desiccando. illa vero descriptio que repitur apud eundē Rasim in libro diuisionū habet tapsie: vt habet Mesue ⁊ fm intentionem ipsorum nō est differētia inter seitaragi ⁊ tapsia: si siue sit differentia siue non ruta siluestris conuenit aut lepidum aut cassia lignea.

¶ Sinapis. s. vsualis que nigrum colorē habet circa instans dicit. sinapis semē ponitur in medicinis ⁊ p duos annos potest seruari.

¶ Mel anacardinū fit ex quodā fructu cuiusdam arboris que pediculus elephantis apud quosdā vocatur. de modo faciēdi mel anacardinū repitur apud bulcasim: sed fm ipsum apud nos nō pōt fieri: qꝛ oporteret habere anacardos recētes. sed qꝛ anacardos recētes habere nō possumus in nr̄is partib⁹ hic ostēdā facere vt docet Gulielm⁹ placēti in ca. vj. de cōfectionibus. ibi vero ipse. sic. Accipe anacardos et pone eos in aceto ⁊ dimitte ait Mel anacardinū quod intrat in electuario de anacardis ⁊ alijs cōfectionibus sic fit. tere sic diebus octo ⁊ coq̄ eos lēto igne ⁊ renoua acetū ad duas partes que colate cum linteo pone fecem in medicina loco anacardi ⁊ cū aceto pone tātūdem mellis ⁊ coq̄ hec simul vsq3 ad spissitudinem. et hoc erit mel anacardinum. ⁊ sic fit.

¶ Mel apum. i. vsuale. Dia. in ca. de melissofilos. i. melissa. dicit melisilon. dr qꝛ apes ipsam diligūt quasi apum amor. Mesue dicit qꝺ predicta cōfectio datur in modū grani lauri. granū vero lauri apud Auic. est granū ademest, ⁊ est sicut auelana parua et cortex eius ad nigredinem [illegible]dit: sicut est notum omnibus.

Cōfectio Diairūdinis in. c. de sintia gutturis. ℞. anisi seminis apij ameos florū squināti lilij celestis cinamomi amōi aristologie lōge aluminis iameni armel mirre cassie: id est cassie lignee liquiritie croci añ. aur. ij. troci. croci. magnetis seminis rosaꝝ añ. aur. iiij. costi cineris irundinis recentis ana. aur. vj. spice amili añ. aur. j. galax aur. j. ʒ. cōfice cū melle ⁊ fiat confectio.

¶ Hec cōfectio apud nos nō est valde in vsu: tñ repitur apud

apud apothecarios: descriptio vero ipsi⁹ reperit̃ apud multos alios autores. Jo. Sera. in suo antidotario habet vnā descriptionẽ que e[illegible] similis huic. Auicẽ. in. v. canõ. habet vnā aliam que eadem est. Haliabas autẽ in x. practice inquit chatartici medicaminis assignatio est gutturis prodest doloribus est idem cum confectione diairũdinis. Alexāder medicus in ca. de squinātia habet vnam aliam que eadem est. ⁊ sic postq̃ ego aggregaui predictā confectionem apud autores nominatos cũ vna confectione quā describit Sal. in tracta. vj. meimir que vocatur diabissasa. vidi quod idem est.

¶ Lilium celeste. i. ireos: vt reperitur apud Auic. in. iij. cano. in ca. de ireos. radix ipsius cõpetit vsui medicine. Sal. in predicta cõfectione loco lilij celestis habet ireos illice qd idem est. Haliabbas habet ireos.

¶ Amomũ semen est minutũ quod ab oriente defertur. Jsido. in. c. de arboribus aromaticis dicit. amomũ vocatum quod veluti odorem cinamomi referat.

¶ Aluminis s̃m Dias. species sunt multe: sed medicine tres necessarie. s. rotundũ scissum ⁊ liquidũ. rotũdum vero dr̃ zuccarũ ob eius similitudinẽ. scissum. i. iamenũ dictum vulgo de pluma. liquidũ siue humidum est illud quod dicitur de roca: seu lipparinũ. vide ergo q̃ Mesue habet aluminis iameni. Sal. habet aluminis scissi. Auicen. aluminis iameni: qd idem est: ⁊ est alumen de pluma dictũ a vulgo. Dinus florenti. in lib. ij. de cura scrofularũ dicit q̃ alumen iamenũ est alumen scissum.

¶ Armel s̃m Matt. silua. est tertiũ genus rute: ⁊ in fine ca. ait qd harmel scriptũ per h. est cicuta: sʒ harmel scriptum per a. est illud genus ruthe: qd nõ est credẽdũ: nā vide. q̃ Mesue hʒ hic armel scriptũ cum a. Aui. hʒ harmel. cũ. h. Haliab. idẽ hʒ Sal. hʒ bisane ⁊ ibi ait qd quidaʒ armel vocāt. Et idẽ Sal. in. lxx. simpliciũ inquit: meli quidā hanc rutā siluestrẽ noiant: quidā autẽ armolā. Suriani vero bisanā sicut capadocũ moli: eo qd in radice ⁊ moliori. i. nigrũ florẽ vero hʒ lacteũ. Simon ianuẽ. dicit bisaria in antidotario oribasij in cõfectiõe diairundinis: quā vocat diairinas inquit bisare quā alij armolam vocant: alij rutā agrestẽ ⁊c. sine dubio opinio mea est qd harmel scriptũ cũ h. sit tertiũ genus rute: cuius in descriptione pupillarũ aggregatiuarũ apperebit forma vera: ⁊ ibi videbis qd harmel scriptum cum h. nõ erit cicuta: vt dicit Mat. silua.

¶ Troc. croci magnetis descriptio ipsius reperit̃ apud oẽs auctores q̃ scripserunt ꝯfectionẽ diairũdinis. scias qd Nicolaus in suo antidotario hʒ trociscos croci magnetis: sʒ ponẽdi nõ sunt in ista cõfectiõe: sed descriptio que debet administrari est ista. ℞. cinamomi croci añ. ℥. ij. rosarũ. s. rubearũ amomi. costi. añ. ℥. j. mirre ℥. iiij. radicum liquiritie folij. indi. i. malabatri pone loco eius spice aut macis añ. ℥. ij. ʒ. aggrega cum vino ⁊ fac trociscos ⁊ exiccentur in vmbra: vt ait Auicenna.

¶ Rosa. s. semen ipsi⁹ qd a multis modernis antera vocatur: de qua Joãnes anglicus siue rosa anglica. in ca. de fluxu vẽtris. in febre inquit antera. i. semen rosarum. preterea vide eundẽ in ca. de cura flu. sanguinis qui dicit rosa et antera. i. semen eius: ⁊ sic communiter vtuntur antera pro semine ros[illegible] cuius fructus apud Auicẽ. vocatur rubus etiā Sera. in ca. de ru. de ipso loquitur: et hic fructus apud Dia. vocatur cinosbatus.

¶ Irũdo vero est auis satis nota. Dias. in ca. de lapide celidonio dicit: lapis celidonius inuenitur in vẽtribus irũdinũ: cuius genera sunt duo. s. nigrũ ⁊ ruffum q̃ tolluntur captis pullis irũdinũ ex nido: ⁊ scissis eoꝝ ventribus ⁊c. modũ cõburendi irũdines. Mesue in fine eiusdem cõfectionis docet: qui talis est. Oportet eas irũdines primo decollari vt sanguis earũ fluat sup animas ipsarũ: deinde puluerizetur sup eas sal: deinde mittat̃ in olla vitrea stricti orificij ⁊ cooperiat̃ ⁊ sigilletur cum luto sapientie. i. luto vnde fit forma cāpane: vt exponit Nico. in suis sinonimis: et ponatur in furno vsq̃ dum aduratur ⁊ conseruetur cinis eaꝝ: ⁊ vtere cũ necesse fuerit. Sal. hʒ etiā de modo comburẽdi in ca. allegato: vbi est p̃dicta ꝯfectio. similiter habet Jo. Serap.

¶ Amilũ. i. amidũ s̃m Dia. appellatũ est ab eo qd greci milos molā vocā. i. qd sine mola fiat. est autẽ vtile amilũ qd ex tritico sicamo fit ⁊ certior aut egyptiaco ⁊c.

¶ Galarũ. s. galarũ asinarũ que sunt nõ perforate. Dia. dicit cecidos. i. galla semen est cendrios. i. arboris quercus: cui⁹ vnũ genus onfacitis dr̃: ⁊ Serap. in ca. de galla dicit. est ex ea que accipitur ex arbore sua recens immatura parua rotũda nodosa nõ perforata ⁊ grauis: ⁊ est alia que est leuis perforata: sed melior est nõ matura ⁊ nõ perforata parua que primo dicta est.

Cõfectio medicamis d gẽtiana ĩ ca. d asmate. ℞. capilloꝝ veneris. ℥. x. amigd. amaraꝝ. ℥. v. ireos. ℥. iij. corticũ radicũ caparoꝝ orobi seminis apij feniculi añ. ℥. ij. gẽtiane aristologie rot. añ. ℥. v. confice cum melle despu. ⁊c.

¶ Hoc medicamen de gentiana nõ est in vsu. Aui. in. v. canõ. habet artẽ medicine de gentiana: sed nõ cõcordat cũ illa Mesue. Nico. florentinus in lib. v. in ca. de debilitate epatis habet electuariũ de gentiana: sed nulla istarum concordat simul.

¶ Capparus vel kaparus s̃m circa instans radices folia flores competunt vsui medicine.

¶ Orobus. i. herbilia. Dia. in ca. de herbo inq̃t. herbũ siue vt alij orobũ [illegible]scitur in [illegible]ticula. seritur etiā cuius aliud est pallid[illegible] aliud subruffum: ⁊ aliud albũ. Nico. in suis sinonimis dicit. harbilis. i. orobõ. infra apparebit electuariũ de orobo est ibi melius si deus voluerit.

¶ Gentiana est radix amara satis nota. Pli. ait. hāc inuenit Gentius illiricoꝝ rex vbiq̃ nascentẽ in illirico tñ prestantissimā: folia fraxini: sed magnitudine lactuce tenere. pollicis grossitudine cauo et inani ex interuallis foliat[illegible] triũ aliq̃n cubitoꝝ radice lẽta subnigra sine odore aquosa montibus subalpinis plurima vsus in radice et succo. Auic. in. ij. cañ. ca. de gẽtiana ait: q̃ nõ noiatur gẽtiana: nisi q2 pri⁹ qui eā agnouit fuit Gẽtianus rex. ⁊ ipsa quidẽ crescit in mõtibus altis: ⁊ eius radix s̃m circa instans seruatur tres annos in multa efficacia.

Electuariũ de orobo in ca. de tussi humida. ℞. spice. i. nardi croci añ. ℥. j. isopi sicce prassi añ. ℥. iij. mirre ireos añ. ℥. ij. farine orobi. ℥. vij. piperis. s. nigri. ℥. j. ʒ. hesmes ⁊ carniũ dactiloꝝ ficuũ pinguiũ [illegible]inearum mundataꝝ añ. ℥. vj. confice cum loch de caulibus.

¶ Istud electuariũ nõ est in vsu: scias q̃ Mes. in ca. nominato nõ dicit electuarium de orobo: sed ipse in ca. qd incip[illegible]o in aqua cicerũ ait. ⁊ hui⁹ etiā intentionis [illegible]e caulibus loch de squilla ⁊ electuariũ de orobo que nos scripsim⁹ in ca. de asmate ⁊ thussi in ca. ꝓ de asmate nullũ reperit̃ electuariũ in quo ingrediat̃ orobũ: sed vide in ca. de thussi humida: nā habet per ordinem loch de caulibus ⁊ loch de squila: et postea seq̃tur electuarium de orobo: et descriptio illi⁹ illa est. preterea vide q̃ in predicto elect[illegible]rio ingreditur plus farine orobi q̃ aliarum rerum.

¶ Orobum apud Dias. vocatur herbũ. Auic. in. ij. cañ. de ipso duo capi. facit: vnũ de herbo: aliud de herba iudaica: qd idem est. Isido. in ca. de legũibus dicit: herbũ a greco trahit vocabulum: in hoc eũ illi orobum dicũt: qd dum sit quibusdā pecoribus infestum: muros tamẽ pingues efficit. Sinonima Nicolai exponunt q̃ est herbilia: ⁊ species eius tres sunt vnũ triangulatũ: aliud album ⁊ aliud rubeũ: nõ est autẽ vicia vt quidā apothecarij dicunt apud auer. in. v. colliget orobus vocatur alcharsena. Papias ait. Orobũ grecũ verbũ est. est autem genus leguminis quod herbum dicitur.

¶ Chesmes aliquādo aschesmes et sunt passule sine ossibus. Serapi. in ca. de vitibus ⁊ eius speciebus: et que ex eis sunt inquit philosophus alchesemes ita nominat in lingua feresis ⁊ sunt passul[illegible]e granis ponuntur in sole virides et passescunt ibi [illegible]ine grano et sunt dulces. habitantes quidem in oriente diligunt eas cum

zuccaro nucib⁹ amigdalis ꝛ auellanis ꝛc. chermes vero scriptū cum r. est grana tinctorum qua tingūtur panni vt dictū fuit in eadē cōfectione. Descriptionē loch de caulib⁹ describit ipse Mesue in ca. vbi est ꝑdictū electuarium de qua infra in tractatu de loch erit sermo.

Cōfectio filonij persici in ca. de fluxu sanguinis ab ore. ℞. piperis albi iusquiami. añ. ʒ. xx. opij terre sigillate añ. ʒ. x. sedenegi croci ana. ʒ. v. castorei spice nardi euforbij piretri margaritaꝝ nō perforatarum carabe zedoarie doronici ramic. añ. ʒ. j. camphore. ʒ. vni⁹ tertiam: confice cū melle rosato colato. q. s.

¶ Hec cōfectio isti⁹ philonij apud nos est in vsu. existimauerūt quidā quod dicitur philoniū persicū q2 inuentum fuit in persia. de qua Joannes Concoregius in ca. de vigilia ꝛ sathara inquit ꝙ due famose descriptiones ponuntur ab autoribus medicine de philonio. ꝙ vbilibet generaliter ꝑm illas preparātur ꝛ habentur in vsu. vna ipsaruꝫ ponitur a Nicolao in suo antidotario quā ipse vocat philonium romanum. et ponit ex autoritate Aui. quod infra ego describam. ꝛ est alia famosa descriptio filonij. que multum [illegible]abetur in [illegible] ꝛ vbi preparatur que ponitur a Mesue in suo de a[illegible]opriatis. cap. de sputo sanguinis a pectore ꝛ vocat ip[illegible] philoniū persicū: q2 adinuētum est in persia. ꝛ istud philoniū persicū est multū efficax. Joan. Sera. in suo antidotario habet vnam descriptionē: sed nō est eadem. Aui. in. v. canonis habet philonium romanum ꝛ philonium persicum sed non sunt idem tamē descriptio Mesue ac. Auicē. ambe veniunt in vsum.

¶ Terra sigillata dicit esse rubei coloris. vt patet [illegible] Aui. Sera. ꝛ p Dias. c. delen[illegible]ias. Auer. in. v. coll. ait thitiuacrum. i. terra sigillata.

¶ Sedenegi: id est lapis ematitis: sed lumen tenebrosorum exponit in predicta cōfectione ꝙ sedenegi est semē canapis: cui⁹ falsa est opinio: q2 oēs codices Mesue habēt in ꝑdicta cōfectione senegi sine h. ꝛ ipse lumē scripsit schedenegi. cū h. qd est semē canapis. ꝛ sic meo tempore vidi multos apothecarios in hac cōfectiōe ponere semē canapis: quod in hac nō ꝯuenit: sed sedenegi verū est lapis ematitis: et q̄ mihi nō credit ꝙ sedenegi sine h. sit lapis ematitis ꝛ schede[illegible] cū h. sit semē canapis videat Sera. q̄ de vtraq[illegible] [illegible]it in ca. de canape dicit schedenegi cum litera h. est semē canapis in. c. ꝓ. de lapide ematitis hꝫ sedenegi. i. lapis ematitis: ꝛ qñ reperit schedenegi cū h. tūc est semē canapis etiā videtur [illegible]er. in quinto colli. ꝙ habet sedenegi. i lapis ematitis [illegible] sanguinaris ꝛ d2 sanguinaris eo ꝙ trita ꝛ cōfri[illegible] sanguis colorē repsentat q̄ fluxui cuiq3 apta est a quacūq3 horū nomen accepisse potest: ꝛ sic iste lapis in ista egritudine multum conuenit.

Electuariū ꝯciliatoris in differētia ca. xcvj. cui⁹ ꝑmixtio hec e[illegible] ℞. succi pomoꝝ dulciū dispuma. ꝑm arteꝫ. succi buglose dispumati añ. ʒ. v. doronici corticū citri floꝝ boraginis rosarū rubearū been albi ꝛ rubei colati limature eboris añ. ʒ. iiij. spodij macis gal. muschate karabe ossis de corde cerui sandalorū rubeorū añ. ʒ. iij. seminis basilicōis folij mirtilorū melisse coriandri cinamomi galange zedoarie spice nardi ligni aloes minuti incisi aut cōbusti modicuꝫ croci oīm añ. ʒ. ij. omniū mirobalanoꝝ añ. ʒ. iiij. berillorū smaragdoꝝ hiacitho[illegible] sardoni saphiroꝝ granatorum ana. ℥. j. albarum margaritarum. ʒ. iij. auri ꝛ argenti limatorum ana. ʒ. ij. ʒ. ambre camphore. ana. ℈. v. [illegible]usci. ʒ. vnam fiat electuarium cum zuccaro arte et ingenio laudabile.

¶ Istud electuariū apud nos est in vsu. nomē ꝓ suum est deriuatū a cōpositore: qui fuit inuētor qui vocat cōsiliator seu pe. de abbano. hoc apud quosdā medicos appellat electuariū letificās Conciliatoris: q2 cor letificat et confortat ipsum. est aliud electuariū letificans: quod est ex auctoritate domini rasis: sicut infra apparebit si deus voluerit.

¶ Poma ꝑm Jsidorū in ca. de arborib⁹ dicta ab opimo idest a copia vel ab vbertate. inter alia poma parisiana sunt magis laudata q̄ alia poma: ꝛ si habere non poteris habeas poma dicta redolentia que etiam sunt laudata in ista egritudine.

¶ Rosa rubea ꝑm Mesue ē melior q̄ alba. ꝛ dicit ꝙ virtus faciens ruborē eius plus impressit q̄ amaritudinē faciens ꝓpter qd in abscisiōe amaritudinis ipsius que remouetur. per solā exsiccationē eius non resoluit species: in abscisiō e vero rubedinis non plus est rosa quā homo mortuus est homo.

¶ Coralus. s. rubeus est nobilior albo ꝛ nigro. eligend⁹ est autē coralus rubeus grossus ꝛ planus et clarus: et quāto plus accedit ad rubedinē tanto melior est etiā q̄ nulla foramina hꝫ aut pauca.

¶ Limatura eboris. i. rasura et est dens elephantis.

¶ Os vero de corde cerui est medicina mirabilis in ista egritudine vt est notū circa instās in cap. de osse cordis cerui ait. in corde cerui reperit quoddā os in parte sinistra in qua est quedā cōcauitas ad quā splē hꝫ receptaculū et emittit supfluitatē que propriā siccitatē cordis imitat in ossuosa substantia. os illud est quasi cartilago: ꝛ habet de carne. est autē subruffum. de sanguine cordis discernit a cartilagine q̄ reperit in pectore caprarū: apothecarij vtunt. q2 non habet ita carnē. nō est ita subruffum. sed album ꝛ melius per. xxx. annos seruat: sed debet primo aliquantulum desiccari ad solem.

¶ Basilicon. s. semē eius qd appellat ozimū gariofilatū: vnde circa instās ozimū alio nomine basilicō appellat Mattheus siluati. in. c. de berengemich. i. ozimo gariofilato dicit ꝙ ozimum in latino vocat basilicon gariofilatū. ꝛ de semine ipsius intelligitur ꝛ maxime in electuarijs: sed in emplastris herba.

¶ Mirtus ꝑm circa instās sunt mirtilli: cuius precipue in medicina ponunt: mirti autē ꝑm modernorū opinionem sunt due species. scilicet albi ꝛ nigri. albi vero sunt cubebe. ꝛ nigri sunt mirtili qui satis sunt noti. auer. in. v. colli. dicit hes. id est mirtilla.

¶ Melisa apud Sera. est hederāgie. i. turūgē ꝛ dicit mamacor. i. melisa. ꝑm Simo. ianuē. turūgen est ozimū citronū quod idem est. Dias. vero vocat ipsam mellilophilos. nos vero nominamus citrariam a vulgo eo ꝙ folia ipsius odorem citri habent.

¶ Coriandrum siue coliandrum. Gal. in. vj. simplicium dicit coriandrum vel orium [illegible]el ccoriandrum vel qualitercunq3 nominare voluerint. semen vero ipsius administr[illegible]ur in medicinis preparatū et maxime in istis egritudinibus et modus preparandi est quod tu accipias de semine ipsius quantitatem quam volueris et superaspergatur vinum citoniorum et acetum fortissimum sicut est notum: deinde exsiccetur et vtatur vbi oportet: si vero ponatur semen coriandrorum in medicinis ante preparationem est venenosum: de quo vide Aui. in. i. ij. cañ. q̄ in numero venenosarum medicinarū enumerat. Serap. in. c. de coriandro ait in lib. venenorum quando bibuntur de succo ipsius recentis dragme. iiij. occidit: eius planta dum est recens habet odorem fetidum.

¶ Omnes mirabolani sunt quinq3 ad numerū ꝑꝫ Mes. et sunt proprie citrini vꝫ. quorū color sit citrin⁹ indi. i. nigri chebuli debent esse grossi et quanto grossiores tanto meliores: emblici et belerici, iste sunt quinq3 species

mirabolanorum qui debent intelligi per omnes mira=
bolanos: ⁊ oēs quinq; sunt noti: poterit aliquis dicere
ꝙ per oēs mirabolanos i[n]telligūtur oēs spēs mirabo=
lanorū que sunt ad numerū.vj. ⁊ pro hoc vide Sera. in
ca.de emblicis de duobus generibus loquitur in capit.
vero de mirabolanis de.iiij.loquit̄: ipse addit semini qđ
non reperitur apud dñm Mesue: nec sunt noti.

¶ Berillus.s.lapis ⁊ hic est de genere cristalli: sed est ob
scurior sed ego vidi et habui. defertur autem a venetis
ad nos. Isido.in capi.de viridioribus gēmis inquit. be=
rillus in india gignitur gentis seu lingue nomē habēs
viriditate similis smaragdo: sed cū pallore. politur autē
ab indis in.vj.angulas formas vt hebetudo coloris re=
percussione angulorū excitetur. aliter politus nō hȝ ful
gorē: genera eius.ix.sunt. crisoberillus dictus eo ꝙ pal
lida eius viriditas in aureum colorē resplendeat: et hūc
india mittit. alia ipsius genera vide ibi.

¶ Smaragdus est lapis cuius color est viridis: ⁊ quā=
to viridior tanto melior. hic consiliator habet smaragdi
hiacinthi sardoni safirorum ⁊ granatorum: que possu
mus nominare quinq; fragmenta cordialia: de quibus
Mesue in electuario de gēmis dicit fragmentorū: et ibi
habet quinq; lapides preciosos: vt habet Conciliator.

¶ Aurū et argentū est notū. Conciliator vero dicit auri
et argenti limatorū modū dat nobis liber qui dr̄ albu=
casim in fine primi lib. ibi sic ait. modus limature auri
⁊ argenti quibus vtimur in medicinis cordis. ℞. ergo
de bono auro ⁊ puro frustū et habeas corā te parapsi=
dem cum aqua munda ac dulci ⁊ habeas pannū de li=
no asperū mundum. cuius vnū caput teneas in manu
tua aliud stet mixtum fundo parapsidis in qua tūc fri=
ca aurum vel argentum in panno semper madefacien=
do pannū cū aqua ⁊ limatura descendet in fundo vasis
subtilis. fac ergo tandiu ꝙ limetur de auro illo quantu
volueris. deinde dimitte per horam ⁊ proiice aquā cum
facilitate ⁊ ablue ter. et sicca et serua codē modo fac de
argento et sunt qui limāt cū lima subtili ⁊ sic vtūtur ve=
rum ille est modus limandi ipsum sed apud modernos
nō est multū in vsu: sed hodierni apothecarij ponūt au
rum et argentū in isto electuario isto modo cōtritū: acci
piamus ergo foliorū auri ac argenti finissimi quantuȝ
volueris ⁊ habeas paratū vnū lapidē marmoreū lotū
albū ab oib⁹ sordib⁹ ⁊ ibidē habeas paratū parū aq̄ ro
sate: et super ipsum lapidē de predicta aqua aspergat̄:
deinde ponant̄ supra folia auri aut argenti ⁊ cum vno
alio lapide facto ex porfido terantur vt faciunt pictores
tantū qđ efficiantur sicut lignitiū: deinde accipiat̄ illud
⁊ vtere dū necesse est. ⁊ isto modo vidi apothecarios his
panos facere etiā apud neapolitanos sic fit. Auic.in.v.
cano.in confectione de hiacintho docet liquefieri aurū
et argentum per alium modum. vt ibi videtur.

Confectio diacassie fistule s̄m franciscū de pedemontiū in ca.de cura male complexio=nis epatis simplicis ⁊ composite. ℞. mellis cassie fistule lib.ij. penidiorū.℥.iiij. succi vio=larū.℥.iiij. candi ro[s]ati.℥.iij. tamarindorū.℥.iiij. sirupi violati.℥.ß. fiat cum decoc[ti]one herbarū frigidarū ⁊.iiij. seminū vsualium et prunorū q̄tū sufficit ⁊ reubarbari.℥.j. ⁊ sunt qui addūt manne.℥.iiij. ⁊ fiat electuarium.

¶ Hec confectio diacassie fistule apud nos nō est in vsu
s̄m istā descriptionē: sed illa descriptio quavtunt̄ est ma
gistralis: sed vere ista francisci est nobilior. Et credo qđ
in partibus patauinis faciunt diacassiā secundū istam
descriptionē. Pe.de tussignana in.c.paralesis tremoris
torture ⁊ spasmi ⁊ repletionis hȝ vnā aliā descriptionē:
sed nō est similis huic tñ parū differt ab ea Joannes cō
coregius describit vnā aliā de qua īfra. Mel cassie fistu
le est medulla ipsius. Mesue in ca.de cassia fistula dicit
qđ sunt medicine in qb⁹ est fiducia iuuamentorū ⁊ sunt
sine nocumento carentes acuitate ex mordicatiōe et oī
excessu ledente sup cui⁹ exhibitionē presumit̄ in oī etate
ita qđ pueris ⁊ pregnantib⁹. electio ei⁹ cōstat vt sit arū=
do eius grossa plena ⁊ splendēs ⁊ multi ponderis et sit
pulpa eius splendens ⁊ pinguis ⁊ hausta ex arundine
conseruatur in vasis pigritatur.

¶ Candū rosatum.i.zuccarū candidū duratum in fun
do vasis iulep rosati et sic qñ reperitur candum violatū
similiter intelligitur. de illo zuccaro candido in fundo
vasis iulep violati indurato.

¶ Sirupus violatus.i.ille qui fit per infusionē violarū
vt docet Mesue. de quo infra habebimus sermonem.

¶ Decoctio.i.apozima. nā apozima est decoctio diuer=
sarū medicinarū.s.aqua in qua coquunt̄. Frāciscus di
cit cū decoctione herbarū frigidarū que sunt proprie en
diuie scariole lactuce ⁊ portulace: ⁊ hec quatuor sunt q̄
intelligi deberent s̄m sententiam modernorum.

¶ Quatuor s̄o semina vsualia sunt quatuor semīa ma
iora frigida ⁊ sunt melonis citruli cucumeris ⁊ cucurbi
te q̄ satis nota sunt. Manna est ros cadēs de celo super
lapides descriptio diacassie fistule q̄ fit magistraliter. nō
autē dico cassiam fistulā q̄ fit p̄ clisterijs quā nō ingredi
tur manna: sed Franciscus et Petrus de tussignana et
Joan. Cōcorregius laudant ipsam: et sic sapientes dixe
runt quod manna in diacassia poni debet.

Confectio [de] spica ro[m]ana secundū eundē in.c.de opi[la]tione epatis. ℞. spice romane ʒ.iij. absinthij.ʒ.j. terantur. et cribellent̄ ⁊ cō=fice cū melle dispumato ⁊ administretur.

¶ Hec cōfectio nō est in vsu apud nos. spica romana se
cundū Sera.in.c.de spica est spica celtica. Aui.in.ij. ca.
dicit [n]eridē dicetur in.c.de spica ⁊ ipsa est spica aroma=
na.in.c.vero de spica dicit qđ due sunt spēs: quarū vna
est spica aromatica: ⁊ est spica auiū: altera est neridē et
est spica romana. Macer inquit est nardi species q̄ celti
ca spica vocatur. Celtarū tantū qđ nascitur in regione.
Omnia que nardus valet indica dicitur ista. Posse licet
vires videatur habere minores.

¶ Hactenus adducte et congeste fuerunt descriptiones
electuariorū ⁊ cōfectionū ⁊c. positorū a dño Joāne Me=
sue. et Frācisco de pedemōtiū: deinceps si de⁹ voluerit ag
gregabo descriptiones saltē famosiores positas Nico.

Aurea alexandrina. ℞. assari carpobalsa=mi.idest seminis bal[sami] [...]ana.ʒ.ij.ß. gariofi=lorum opij mirre ciperi ana.ʒ.ij. balsami ci=namomi folij zedoarie costi coralli albi ⁊ ru=bei [...] fl[...] lignee euforbij draganti turis sto=racis calamite spice celtice meu cardamo=mi. sisilei napei saxifra. anisi aneti ana.ʒ.j. li=gni aloes reubarbari alipte castorei spice galange oppoponaci anacardi masticis sul=phuris viui peonie iringi rose.idest rosaruȝ rubearum thimi acori pulegij aristologie longe gentiane corticum mandragore ca=medreos fu. bacarū lauri ameos dauci ma=cropiperis leucopiperis xilobalsami carui amomi petrosilij semis leuistici semīs rute sino. añ.ʒ.ß. auri cocti: argēti meri albarum margaritarū: blacte bisantie: ossis de corde cerui. añ.℈.j.gr̄.xiij. limature eboris calami aromatici piretri añ.gra.viij. mellis qđ suf=ficit det̄ in modū auellane cum vino albo.

¶ Aurea alexandrina s̄m intenti[o]ne[m] [...]ȝ nicolai dicta est
aurea ab auro quod recipit. alexandrina ab alexandro

peritissimo medico ⁊ philosopho a quo fuit inuẽta. hec apud nos est in vsu. ⁊ sic ad laudẽ dei ⁊ virginis marie simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Balsamꝰ aũt est liquor emanãs a balsamo: sed in ptibus nostris raro repit. sed moderni auctores scripserũt olea ⁊ alia q̃ pñt administrari in oibꝰ locis vbi ingredit balsamus sicut apparebit infra in tractatu de oleis.

¶ Coralli fm Auic. sunt tres species. scilicet rubeꝰ albꝰ ⁊ niger reperitur quedam descriptio istius confectiõis vbi ingrediunt nisi solũ coralli s. rubei: ⁊ in alijs igrediũtur albi et rubei ⁊ ambo sunt laudati i hac ⁊ debẽt põi.

¶ Spica celtica fm Ser. est spica romana. Gal. in. viij. simpliciũ dicit nardꝰ celtica similis aliqualr est fm genus in virtute predicte. reperit aliqñ in p̃dicta cõfectiõe qđ loco spice celtice habet saliuncã ⁊ saliunca fm cõpositorẽ est spica celtica. sed fm Dias. ⁊ Pli. aliud est spica celtica. aliud est saliunca. Itẽ circa instãs in. c. de spica celtica est vt quidã dicunt saliunca. qđ mentiuntur. tñ hic spica celtica siue spica romana intelligitur.

¶ Meu. i. sistra vel sister .. nodi apud Aui. vocat mu. et ibi dr. nõ em̃ administratur de eo nisi radix eiꝰ ⁊ multiplicat in terra megdua. Sera. c. de meu: dicit habet radicẽ nõ subtilẽ cuius alique partes diuidunt in plures quarũ quedã sunt tortuose ⁊ quedã recte longe. hʒ odorem bonũ: ⁊ radix eiꝰ est o[illegible] administ[illegible]tur. postea iterum ait ex auctoritate Gal. ra[illegible] huius h[illegible]e est id in quo iuuamentum: similiter ait circa insta[illegible] sed lumen apothecariorum male lucens in predicta confectione exponit meu. i. semen aneti siluestris cuius falsa est opinio. sicut ostẽsum est per autores supradictos. preterea est cõsuetum ab aromatarijs quod meu sit radix et non semẽ vt dicit lumen male lucens.

¶ Sisilei. i. sisileos sileris montani. vt reperit apud Petrũ de crescentijs alij platociminũ vocãt. Napei [illegible]l napiũ est semen sinapis fm cõpositorẽ. circa instans in. ca. de sinapi dicit sinapis semẽ ponit in medicinis: ⁊ qñ inuenitur sinapis vel napeos semẽ intelligitur. Itẽ Simõ ianuẽsis inquit napion etiã vt dicit paulꝰ in. c. de cephalaca ⁊ in suo antidotario aureo exponit napiõ. i. semen sinapis: et sic moderni loco napei ponũt semen sinapis.

¶ Saxifragia fm cõpositorẽ tres hʒ species: quarũ vna habet folia silia pimpinelle sed maiora ⁊ hec est nota. minor vero dicit qđ est oculus xpi ⁊ sic est oculus xpi vel oculus consulis fm Mattheũ siluaticũ est filius ante patrem media dicitur qđ est [illegible]trahit. i. herba iudaica circa instans dicit saxi[illegible] dicitur: qr saxum frangit vinum radix ipsius solum in medicina competit.

¶ Alipta muscata. i. mixtura muscata quia recipit muscũ. Simon ianuensis dicit alipta est quedam confectio in antidotario Nicolai et quia muscum re[illegible] muscata dicitur. lumen male lucens in predicta [illegible]tione debere dicere alipte muscate: et dicit galie muscate qđ non est idem quia compositor ponit ambas descriptiones sicut infra apparebit.

¶ Iringus. aut irigion: aut nux agrestis. vt dicit Dias. ab alijs cadopanis dicitur ⁊ est species centũ capitũ: vt apparet apud Sera. n[illegible] se Sera. ait astariticon istud centũ capita est celestis coloris inferius dicitur iringi: sed cẽtũ capita alba est species spine: ⁊ sic est. ⁊ nõ est secacul vt q̃dã sinonima dicũt: opinant aliq̃ q iringus sit secacul: quod falsum est sicut ptʒ p Sera. q̃ de vtroqꝫ diuersa facit ca. Iringus aũt fm sententiã modernorũ est planta spinosa que in vijs ac pratis nascitur.

¶ Aristologia longa dicitur qr radicẽ habet longã: altera rotũda. similiter appellatur: qr radicẽ hʒ rotundã. Nicolaus cõpositor vult q in ista cõfectione ingrediatur aristologia. sed lumen male lucens habet aristologiam rotundam quod non est credendum.

¶ Fu. i. valeriane circa istãs dicit fu. de radice itelligit.

¶ Petroselini. s. semen petroselini domestici quod satis est notum Simonum fm cõpositorem ⁊ Simo. Januẽ. est petroselinũ agreste fm matheum siluaticũ in ca. de apio est petroselin[illegible] macedonicum: ⁊ si sic est quod petroselinũ agreste [illegible] petroselinum macedonicum. ego dico quod est olixatrum et compositor dicit alexandrum vel olixatrum. i. petrosilinum macedonicũ: ⁊ sic ponunt moder. ille vero qui de nouo scripsit intitulatus lumen apothecariorũ: sed apud ar[illegible]atarios est lumen male lucẽs. ipse em̃ hʒ loco simoni petrosilij qđ est falsum.

¶ Aurum coctum secundum Nicolaum est aurũ purũ et foliatum. Isido. ca. de auro dicit quod aurum ab aura dictum. i. a splendore quod repercusso aere plus fulgeat. vñ ⁊ Virg. discolor vnde aurũ. naturaliter em̃ est vt plus fulgeat ⁊ alijs metallis splendidius sit.

¶ Argentum merum. i. purum. ⁊ foliatũ fm cõpositorẽ. Isidorus in lib. de potu inquit merum dicimus: cum vinum purum est significans. nam merum dicimus quicquid sincerum vel purum est: sicut aquam meram nulli vtiqꝫ rei mixtã hinc et merenda dicta est: eo quod antiquitus id temporis pueris et operarijs tantum panis merus dabatur: aut q meridient eodem tempore. i. soli ac separatim: nõ vt in prandio aut in cena ad vnam mẽsam inde credimus etiam illud tempus: qđ post mediũ diem est: meridiem appellari: quod purum sit.

Adrianum. ℞. opij thebaici. ʒ. iij. xilocassie iusquiami albi. añ. ʒ. ij. ℈. ij. ⁊. ſ. leucopiperis euforbij. ana. ʒ. ij. gra. vj. ⁊ tertiã partem gra. vniꝰ se. apij sisileos añ. ʒ. j. ℈. ſ. gra. ij. folij origani dragaganti añ. ʒ. j. oppobalsami storacis calamite zinziberis zilobalsami petro. macedõici ciperi añ. ʒ. j. minꝰ gr. vj. maratri ℈. ij. gra. ij. spice cinamomi croci costi reupõtici. piretri acori dauci cretici anisi ana. ʒ. ſ. gra. vj. castorei. ʒ. ſ. serapini mirre rosarum cardamomi amomi semi. rute agrestis ameos añ. ℈. j. gra. iiij. alij addiderunt lilifagij. ʒ. j. mellis quod sufficit.

¶ Adrianum dictũ ab adriano romoranum imperatore: qui illud composuit non est in vsu: sed simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Opij thebaici. i. illius regionis. et fit ex lacte papaueris nigri. reperit in multis alijs cõfectionibꝰ vbi dr opij thebaici: ⁊ hoc est qr nobilius est alijs et in illa regione non fit aliud opiũ: nisi de papauere nigro. Isi. a regibus egypti dr thebaicus. sed a thebis cadmi dr thebanus: ⁊ istud est fortius narcoticũ. vnde quando simpliciter ponitur narcoticũ forte vel aliud opium debent intelligi.

¶ Reuponticum fm Matth. silu. est herba siristra et est radix pontica multum similis reubarbaro: ulterius habet venulas distinctas vt reubarbarum: sed non tingit vt reubarbarum et dicitur reuponticum eo q in ponto insula reperitur: vel quia põticum habet saporem. ⁊ reu tantum est dicere quantum radix.

¶ Daucus creticus secũdum Simonem est semẽ daucie. i. pastinace ortensis. Mat. sil. in. c. elezar. i. daucus dicit q quando reperitur daucus simpliciter intelligitur pastinaca siluestris. i. dauci [illegible]asininus.

¶ Lilifagus. i. saluia. Mat. sil. in fine ca. de elifago dicit ⁊ di[illegible]t magi de saluia q ipsa putrefacta sub fimo generat auis quedã habẽs caudã serpentinã ⁊ albã merule similis: de cuius cinere si ponatur in lampade apparet q domus sit piena serpentibus.

Acaristum. ℞. costi galbani opij finicõ indi isopi. selini. añ. ʒ. j. spice nardi coralli croci xilobalsami cassiefi. calami aromatici reupontici mirre storacis calamite opoponacis. bdellij mollis. amoniaci olibani cicidis. spice celtice abrotani acori azari bractei. roris siriaci. squile. dãnidis. piretri anisi amomi psilij. ozimi dauci cretici leuistici: mara-

tri.miconis leucopipis melanopipis macropipis florū siriaci an̄.℈.ij.elepij.℈.j.℥.ʒ.
elebori nigri zinziberis an̄.℈.j.mellis.q.s.

¶ Acaristum sine munere interpretatur: ꝛ nō est in vsu sed simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Olibanum fm̄ compositorem est thus masculum.

¶ Cicidō: vel cicidos: vel kikidos grece est galla. ꝛ sic reperit apud Dia. c. de cicidos. Gal. in. vij. simplici. dicit cicis. i. galla que quidem onfancina nominatur.

¶ Abrotanū fm̄ Diaſ. multi eradiā dicūt aut glitiatō: ꝛ sunt due spēs. s. masculū ꝛ femina. Arabes vocāt ipm̄ kaisim: sed nō keisim q: keisim est leuisticū. Hoc apud Aui. in. ij. cano. vocatur berengif. sed non recte.

¶ Bracteos. i. sauina: de qua Sera. in. c. de iunipero dicit sed sauina est, illa que dicit bracteos. et sic est. Pli. inquit sauina herba sabina brathi appellata a grecis duorū generū est: altera amarici similis folio est altera cupresso. quam quidam creticam cupressum dixerunt. Gale. in. vj. simpliciū inquit ab hei. id est sauina.

¶ Ros siriacus fm̄ cōpositorē est flos omni: sed rossiriacus est sumach. nā vide Diaſ. in ca. de origano inquit. si cum oleo cepullas ꝛ rossiriacus. Sera. vero in eodem ex verbo Diaſ. habet sumach: ꝛ sic est: verum est quod reperitur herba siriace: ꝛ secundum Mattheum silua. ꝛ compositorem ꝛ malua.

¶ Micon. i. semen papaueris fm̄ Gal. in. vij. simpl. Dia. de miconio. c. facit ꝛ est idem elempni. fm̄ cōpo. est enula apud Dia. vocatur ellenium.

Athanasia. i. imortalis. ℞. cinamomi cassie fistule an̄. ʒ. iij. gra. viij. croci squinanti storacis calamite fu. i. valeriane fileri. i. fileris mōtani betonice iusqami apij anisi dauci opij an̄. ʒ. j. ʒ. gr̄. iij. spice folij castorei mirre lapidis ematitis sanguinis draconis. coralorū rube. costi minute boliar. simphiti lēpnias assari. i. acori mandragore polij baccarū lauri meu: i. radicis macropiperis. i. leucopipis petrose. an̄. ʒ. ʒ. mellis quantum sufficit.

¶ Athanasia sicut inquit Nico. interpretatur immortalis. thanatos em̄ grece mors ꝛ a. i. sine quasi sine morte. hoc est quod sepius liberat hoiem ab extremis mortis. supraposita fuit alia descriptio que est de mēte Mesue q̄ vocat athanasia magna: ꝛ sic gn̄aliter fm̄ illā descriptionē faciūt: etiā ista descriptio fit in aliquib9 partibus sicut dictū fuit mihi. ꝛ sunt multi qui errauerunt in lempnias credētes q etiā esset aurū pigmentū qđ nō est. de quo. infra. Guil. placentinus habet vna aliam descriptionem in qua aliqua simplicia mutat ꝛ aliqua dimittit. athanasia etiam est quedam planta amara que a quibusdam athanacetum vocatur. ꝛ hec videtur fm̄ intentionem Nicolai esse species arthemisie.

¶ Lapis ematitis fm̄ [illegible]s. est sedenegi sine h. ꝛ est lapis sanguine9 cui9 color est siſis colori sanguinis ꝛ melior est ille q̄ cito frangit cōparatione alicuius [illegible]idis qui nō est sedenegi: hoc lapide pictores vtuntur.

¶ Sanguis draconis est succus plante. apud Serapi. describitur auctoritate Dia. qui vocat suderitis ꝛ istud nomen multis plantis attribuit sicut patet apud Dia. ca. de sideriti. Aui. dicit sanguinis draconis ꝛ est sceni ꝛ est succus rubeus notus.

¶ Mumia fm̄ Sera. sepulcrorū aloes ꝛ mirra ꝛ quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani ꝛ descēdit de terris que dicunt acolonie. Aui. in. ij. ca. dicit mumia ipsa est in virtute picis ꝛ aspalti. inuenitur etiā mumia in sepulcris balsamatorū in quibus humor morsui cū aloes ꝛ mirrha resoluit: qbus ipsa corpa ꝯdiebantur vel vngebant. solebant em̄ antiqtus corpa balsamo mirrha ꝛ aloe cōdiri: vel inūgi. ꝛ adhuc fit apud paganos. ꝛ saracenos ꝛ circa babyloniā vbi ē copia balsami.

¶ Bolus armen9 est terra rubea q̄ de armenia venit apud Aui. vocatur lutum armenum ꝛ hoc est notum.

¶ Simphiton fm̄ Diaſ. est consolida maior aut anagalicum. Aui. vero ignorauit quid esset sicut s legis ca. de simphito apud Dia. cum ca. de sucuto apud Aui. vide bis q idem sunt si vero sucutum est simphitum mire q Aui. inquit q est semperuiua ꝛ dicit q est species seminis mandragore q male traductus est textus eius. naz sucutū in arabico est sinphitū. i. consolida: ꝛ hoc apud nostros rusticos dicitur anealco.

¶ Lempina fm̄ quedam sinonima est aurū pigmentuz rubeum. sed falsa est opinio. eorum: sed fm̄ veritatem est terra sigillata. ꝛ sic dictū fuit mihi q fuerunt quidaz facientes predictā confectionem qui posuerunt aurum pigmentū rubeum: quod nō conuenit si bene cōsideres virtutē eius ꝛ ipsius operationē. Dia. aut lennias frigis terra est ꝛ hec est, quā. A. vocat lutū sigillatū. i. terra sigillata. Simō. ianuē. dicit lennias quidā falso exposuerūt auri pigmentum rubeum ꝛ sic multi posuerunt in confectione athanasie scripte in antidotario vniuersali. sed lennias est terra sigillata. ꝛ illa est que in dicta cōfectione debet poni. ꝛ Gulielmus loco lennias habet auripigmentum: quod non conuenit vt dictum est supra.

Alcanchalon. ℞. corticum mirabolanoruz citrinorum [illegible]ebulor[illegible]n indoruz ana. ʒ. vij. seminis por[illegible]lace se. violarum seminis scariole an̄. ℥. ʒ. bellerici emplici an̄. ʒ. j. gra. vij. masticis. ʒ. ij. ℈. j. tamarindorum. ℥. iij. florū nimphe berberis been rubei reubarbari ana. ʒ. j. gra. iiij. medulle cassiefistule. ℥. iiij. sirupi violati quod sufficit dosis. ʒ. ij. mane cum tepida.

¶ Alcanchalon. id est nunciū. bonum nō est in vsu hꝫ simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Nimphee. s. flos apud Dia. est nimpha ꝛ apud aliqs est veneris. i. papauer palustre siue vt latini alga palustris: et. in nenufar apud Sera. ꝛ nepita fm̄ cōpositoreꝫ est calamentuz montanum. de quo dictum est supra in diacalamento descriptione Mesue.

Anthamarō. ℞. aloes. ʒ. v. ꝛ. ʒ. gra. vj. cassie fistu. ʒ. j. gra. vj. ꝛ. ʒ. m[illegible]is. ℈. ij. gra. v. croci. ʒ. ʒ. assari. ℈. ij. gra. v. xilobalsami. ℈. j. gra. ij. ʒ. cinamomi. ℈. ij. gra. v. ireos. ʒ. j. barbe aar[illegible]ra guntee an̄. ℈. j. gra. ij. et. ʒ. agarici colloquintide nitri euforbij castorei ana. ℈. ij. gra. v. ellebori nigri. ʒ. v. petrosi. alexandri apij ana. ℈. ij. gra. v. coconidij. diagredij an̄. ℈. j. gra. v. mellis. q. s.

¶ Anthamaron. i. contra m[illegible]em: nō est in vsu declarabo tamen simplicia: que declaranda sunt.

¶ Aaron. i. pes vituli siue dragontea minor in ista confectione ambe ingrediūtur. s. maior ꝛ minor. Petrus de crescentijs dicit iarus qui alio nomine dicitur barba aaron vel pes vituli: ꝛ sic est.

¶ Dragontea fm̄ Diaſ. est colubrina vel viperina: sed fm̄ Mesue est lusiue serpentaria maior: siue colum draconum: ambe radices vsui medicine competunt ambe in ortis nascuntur.

¶ Nitrum secundum compositorem est sal indus secūdum Serapi. in. c. de baurac nitrum est afronitum siue spuma nitri. Dia. de niro. c. facit ꝛ dicit eligendum est le ue: ꝛ colorem rubeum habēs autem album ꝛc. est baurac armenum sicut dictum est.

¶ Alexandrum. i. olixatrum siue apium macedonicuꝫ siue smirnon: vt dicit Mat. sil. in c[illegible] apio estimatur q illud ca. de smirnō apud Dia. sit. c. de apio macedonico: siue sit alexandrum quod notum est.

¶ Cocognidium.i.semen camelee:vt dicit Dia. in capi. de camelea. Alexander capi. de idropisi ait. camelea vnde cocognidium colligitur et est lacticinium folij oliue habens similitudinem ⁊ sic est secundum veritatem q̄d cocognidium folia habet sicut folium oliue.⁊c. infra in hieralogodion de ipso iterum ostendam.

Antidotū emagogon. ℞. assari acori. amomi seminis atriplicis maratri.i.se.feniculi. añ.℈.j.gra.vj.anisi.℈.ij. aristologie lon. arthemi.cassiesi.añ.℈.ij. ⁊ gra. xiiij. centauree minoris.℈.ij.gra.vij.dauci cretici.i.seminis ℈.ij.ellebori nigi.℈.j.foliorū lauri.℈.j.ʒ.gr. iij.liquiritie.ʒ.j.℈.j.lupini.ʒ.ij.melantij.℈.ij. mirre.℈.ij.⁊ gra.xiiij.macedonici.℈.j.orobi i.herbi.℈.j.stipteris.℈.ij.piretri.℈.ij.gradu. xiiij.pipis nigri.ʒ.j.℈. ij. gra. vij.pulegij.℈. ij.⁊ gra.xiiij.peonie.℈.j.gra.vij.ciperi.℈.j.seminis rute.℈.ij.⁊ gra.xiiij. spice.i. nardi.℈. ij.⁊ gra.xiiij.betonice.℈.ij.squināti.℈.j.gra. xiiij.apij sauine añ.℈.j. xiloba[illegible]mi.i. ligni balsami.℈.j.⁊ gr.xiiij.zizīberis.℈.ij.gr.xiiij. gariofili.℈.ij.radicum caparis cimini añ.ʒ. j.mellis quod sufficit.

¶ Antidotū.i.cōtradatū emagogū.i.menstrualem sanguinē ducēs. Mat. silua. in litera emac inquit emac interpretatur sanguis. vnde emagogū quasi sang[illegible]nem educēs ab emac q̄d est sanguis et gois q̄d est flux⁹ ⁊ ob hoc dicitur emoragias vel emorosagia ⁊c. hoc antidotū apud nos nō est in vsu valde tñ reperit apud apothecarios. Papias dicit antidotū grece dicitur ex cōtrario datum contraria enim contrarijs curantur.

¶ Assarus.i.assara bachara. Dia. facit vnū.c. de assaro scripto solū cū vna litera.s.⁊ est asara bachara. aliū capitulū facit de assaro scriptū cū duabus s.⁊ illud apud quosdā est herba dicta prouinga a vulgo.

¶ Attriplex.i.semē ipsi⁹ q̄d apd̄ Dia. vocat andraphasis. Aui. de ipso duo cap̄la facit vnū d̄r crisolacāna: aliud q̄d d̄r cataf. s̄m inuentio[illegible]. andafaxis olus est de gñe duplici scʒ ortiuū [illegible]greste elixa sic comedunt sine dubio apud modernos cōputāt ipm de gñe oleris.i. ol⁹ iamenū quod est blitis. nam hec planta in ortis reperitur: cuius longitudo est duorū brachiorū a[illegible] pl⁹. semē eius est ad modū pastinace.⁊ dum est rece[illegible]ducatur sicut alia olera. ortulani papienses at[illegible]licem vocant ⁊ ab aliquibus dicitur bleta alba ⁊ idem est.

Triofilon. ℞. piperis albi. ℥. ſ. piperis nigri. ʒ. ij. cimini assi. ʒ. ſ. zinziberis nitri. i. afroniti piretri ana. ʒ. ij. piperis longi. ʒ. ſ. petroselini amei dauci: anisi elenni. i. radicis enule: spice ciperi apij. sisilei. i. sileris montani costi añ. ʒ. ſ. gariofili. ʒ. j. ⁊ gra. vij. ſ. dactilorū numero xij. florum rute viridis. ℥. j. ſ. mellis quantum sufficit.

Triofilon aūt ſm cōpositorem dr a viridibꝰ folijs rute que in ea ponuntur.

Ruta aūt est herba satis nota. columella i lib. de cultu hortorū ait. rutaqꝫ palladie bacce victura saporem

Triasandali. ℞. sandali albi rubei ⁊ citrini rosarū zuccari añ. solidos. ij. reubarbari spodij succi liquiritie seminis portulace añ solidum. j. ſ. amidi gummi ara. dragagāti. seminis melonis citruli: ⁊ est species cucumeris. cucumeris. s. vsualis ⁊ cucurbite. seminis scariole añ. solidos. j. camphore. ℈. j. ſ. alij quadruplicant pondus rosarum: sirupi rosati quantum sufficit.

Triasandali aūt dicuntur a tribus generibus sandalorum que ibi intrant: ⁊ sunt proprie albi dicti: leuci rubei rosa rosacei citrini dicti mahazari ⁊ omnes sunt noti hoc antidotū est multū in vsu: solidꝰ ſm cōpositorem in tractatu de ponderibus est exagiū ⁊ exagium apud cum est. ʒ. vna cum dimidia ⁊ sic moderni de solido. ʒ j. ſ. ponere solent.

Theodoricon anacardinū. ℞. aloes epatici ℥. j. ſ. ireos cassie. i. cassie lignee añ. ℥. vij. minus gra. xvj. zinzib. anacardi carpobalsami añ. ʒ. iiij. ſ. folij spice corticū mirabolanorū. s. oīz meu epitimi añ. ʒ. iij. ⁊. ℈. j. gariofili reu pontici masticis squinanti. añ. ʒ. iij. ⁊ gra. iij. ſ. mellis qđ sufficit: cōficit sic. accipe corticū radicis feniculi. bene abluti cōtriti lib. j. ⁊ pone in duabus lib. aceti: ⁊ stet ibi per septē dies: ⁊ postea tere ipsas radices: ⁊ in eodem aceto coq vsqꝫ ad tertiā partē: ⁊ cū omi diligentia cola per pannū ⁊ pone in duabꝰ li. mellis dispumati ⁊ bulliat vsqꝫ ad aceti csumptionē. cum tali melle cōfice. supradicte radices colligantur in maio vel iulio: quia ante hoc tēpus humide sunt ⁊ post hoc sicce.

Theodoricon [illegible]t anacar[illegible]ū dr ab anacardis qui ibi recipiunt. A[illegible] in. v. cañ. h[illegible] heodoricon magnum ⁊ multa alia. sed non sunt idem. anacardus autē ſm cōpositorē est fructus cuiusdā arboris quem pediculus elephantis vocat. idem dicit Simon Januensis. sed ſm circa instans hoc est falsum.

Feniculus est herba satis nota: ⁊ eius semen apud grecos maratrū vocatur. Nicolaus aūt inquit. accipe corticū radicis feniculi abluti. i. loti ⁊ sic generalr apotheca[illegible] debēt scire q omnes radices cortices folia ⁊ rami non debent poni in medicinis nec debent desiccari si ablute non sint a terra: ⁊ sordibus eorum ⁊ desiccātur in loco vbi non sit humiditas.

Vomitus valens tertianarijs ⁊ qrtanarijs: sed maxie cōpetit quotidianarijs. ℞. tapsie. ℥. iij. assari. i. assare baccare. ℥. j. cinamomi mēte vincetoxici. i. antifarmaci croci hortulani. i. cartami. se. atriplicis añ. ℥. j. mell. q. s.

Tapsia est herba de q[illegible] [illegible]arnaldus de villa noua in libro secundo in capi. de sca[illegible] ⁊ pruritu ait. Et scias q tapsia q in vnguento intrat est facta in modū lazulate siue mente romane: ⁊ vocatur piperia: ⁊ loco piperis ponitur in salsa: ⁊ in foro iulij ⁊ in campo ferici tantum iuxta [illegible]ur[illegible]n reperitur: ⁊ habet acuitatem sicut piper ⁊ est fa[illegible]ta[illegible] modum lapacij acuti siue lasulate. alia vero de tapsia vide ibi. de tapsia etiam vide supra in confectione anacardina.

Atriplex apud Dia. vocat andrafasis. Aui. in. ij. ca. duo. c. facit de eo. vnū sub noie cataf aliud de crisolocāna: ⁊ ibi ait q est attriplex que plurimū inuenitur in seni. Collumella in li. de cultu [illegible]torū inquit. Ex granis attriplicis cōsurgit longa fasellus ⁊ hec est herba que apud hortulanos papienses bleta alba vocatur cuius semen vsui medicine competit.

Jerapigra magna. ℞. cinamomi. spice. i. spice nardi. croci squinānti. i. palee camelorū assari xilocassie. i. cassie lignee xilobalsa. i. ligni balsa. carpo. i. fructus balsami: violarū absinthij epithimi agarici: loco eiꝰ ponitur agaricū trociscatū. rosar. s. rubear turbith. coloquintide. sed loco eius ponuntur trocisci alandabal masticis. ana. ℈. ij. aloes ad pōdus oīm specierum mellis c[illegible]ati dispu. q. s.

¶ Iera aũt.i.sacra pigra.i.amara:inde iera pigra.i. sacra amara.vocat̃ aũt iera pigra magna ad differentiã alterius que dr̃ simplex. magna dr̃ q: in ea plura ⁊ fortiora simplicia ingrediunt̃:⁊ vtraq; possunt cõfici nam primo ex speciebꝰ iere magne fit cõfectio cũ melle q̃ appellatur iera pigra pro clisterijs. Itẽ de predictis speciebus cũ melle rosato cõficiunt̃ pillule que dicunt̃ de iera magna seu de iera maiori.qđ satis est notũ. de speciebꝰ aũt iere simplicis fit iera pigra cuȝ melle que vocat̃ iera Gal.⁊ hec comeditur. Item de predictis speciebꝰ fiũt cum melle rosato pillule que dicuntur de iera simplici aut de iera Gal̃.vt dictum fuit.

Ieralogodiũ mesituȝ. ℞. coliquintide interioris:polipodij añ.℥.ij.euforbij:polij.cocognidij.añ.ʒ.j.ʒ.⁊ gra.vj.absinthij. mirre añ. ʒ.j.⁊ gra.xij.centauree.agarici:armoniaci: thimiamatis folij spice sq̃lle diagredij:ana. ʒ.j. aloes. thimicomarini:cassie camedrei: bdellij:prassij añ.℈.j.gra.xiiij.cinamomi.opoponacis:castorei:aristologie longe:triũ piperũ:croci:cera pini.petroselini añ.ʒ.ʒ.ellebori albi ⁊ nigri.℈.gra.vj.mellis qđ sufficit. Iera aũt.i.sacra.logos.i.sermo.mesitũ. impeditũ. Gilibertus de anglia in ca.de digerẽda materia:⁊ euacuãda hȝ hanc descriptionẽ. Ioã.cocoregiꝰ in.c.de epilẽtia inq̃t. electuariũ solutiuũ qđ dr̃ hieralogodiũ:cuiꝰ descriptio ponit̃ a Nicolao:⁊ sic apud oẽs hec est illa que debet fieri.

¶ Polliũ.i.polliũ montanũ. circa instans polij diuersa sunt genera que nota sunt:ex parte:sed precipue polliũ montãnum competit vsui medicine.vnde cum simpliciter inuenitur polliuȝ montanum debet intelligi ⁊ poni cum floribus.per annum seruatur.

¶ Cocognidiũ.i.semen mezereon. circa instãs in ca.de laureola:dicit laureola frutex est: cuius semẽ vel fructꝰ vsui medicine cõpetit ⁊ appellatur cocognidium. hic textus est falsus.nam cocognidiũ laureole non est semen laureole sicut apparet. apud Dias.in proprio ca.inquit eñ camelea:aut cocognidium ergo est mezereon nam camelea est mezereõ seu herba dicta apud herbaticos oliuella propter similitudinem foliorum.

¶ Thimiamatis ỹm cõpositorẽ est thus inꝯ [illegible]. Gilibertus ibi dicit thimiamatis.i.corũbri. ergo est ex storacis liquide que alio noĩe a multis modernis storax rubea appellat̃. Isidorus.in ca.de odoribus ⁊ vnguẽtis inquit. odor vocatus ab aere thimiama lingua greca vocatur:q̃ sit odorabile.nã thimus dicit̃ flos:qui odorẽ refert:de quo: Virgi.redolentq; thimo fragrãtia mella. itẽ papias thimiama grece dicitur q̃ sit odorabile. nã thimus dicitur flos.quoniam odorem refert thimiama insensum.i.confectio odoris aromatum.

¶ Thimicomarinũ.i.cima timi:sed sunt ex hoĩbus qui dicunt q̃ thimicomarinũ nõ dȝ in isto electuario ingredi.sed non recte:q: Gili.idẽ habet.preterea Matt.sil. in litera.t.inquit thimicomarinum.i.cima timi:vide in antidotario in confectione ieralogodion.

¶ De electuarijs ac confectionibus super antidotarium Ioan. Sera.

Confectio de electuarijs de lacuna liberans ex venenis perniciosis. ℞.luti de lacuna arciatidos ⁊ est granum iuniperi añ. ʒ.r.duos.coaguli.gazel aur.septẽ.coaguli leporis aur.iiij. gẽtiane.baccarũ lauri.aristologie rotunde ⁊ seminis ruthe siluestris myrre añ.aur.vnũ.terant̃ ⁊ cribellentur ⁊ conficiantur cũ melle dispumato et detur in potu.cuius sit quantitas vt faba.

¶ Istud electuariũ nõ est in vsu: ỹm vero intentionem Io.Sera.est optimũ cõtra venenũ.dr̃ aũt electuariũ de lacuna a luto de lacuna. qđ est terra sigillata vnde electuariũ de lacuna.i.electuariũ de terra sigillata.Gal̃.in suis experimẽtis in.c.de medicinis zenonis habet electuariũ luti:quod est lutũ sigillatũ sed non est idẽ.Circa instans dicit.terra sigillata terra argẽtea saracenica idẽ est.Ego credo q̃ textus sit falsus: q: terra argentea est cimolea:⁊ nõ est terra sigillata:nã terra sigillata est rubei coloris cimolea vero est alba:⁊ que purpurea: verũ est q̃ secundũ quosdã terra sigillata alba est cimolea.

¶ Artiatidos ỹm compositorem est granum iuniperi: granum autem iuniperi apud Aui.in secundo cañ.vocatur abel:sed male:nam abel non est fructus iuniperi:imo est bracteos seu sauina.

¶ Gazel est animal:qđ in nostris partibus nõ inuenit̃. Aui.in ij.cañ.in.c.de musco inquit.muscus est foliculꝰ animalis sicut gazel:⁊ habet duos dentes albos flexos ad interiora:sicut duo cornua. Ser.in lib. de simplicibꝰ in.c.de musco inquit ex verbo almasealdi in lib .auri et minerarũ ⁊ margaritaruȝ terre in quibus sunt gazele musci:⁊ sunt regiones tumbaci.⁊ seni sunt terre ꝯfines. verũ muscus regionis tumbaci est melior musco seni q: gazele de tumbaci comedũt spicã nardi.⁊ alias species odori. gazele vero de seni comemedũt alias herbas ⁊c. o quanta diuersitas inuenitur in isto animali:nã Aui. vult q̃ sit sicut aĩal qđ facit muscuȝ:ideo discordãt: sed vere sicut dictũ fuit mihi:gazel non est animal qđ facit muscum verum habet similitudinem. sed idem non est.

Electuarium altalisafar,conferens ad frigiditatem stomachi ⁊ ventositates accidentes in epate et in stomacho. ℞.talisafar.ʒ.v.ziniberis.ʒ.xx.macropiperis.idest piperis lõgi.ʒ.xij.heil.idest cardamomi maioris cinamomi.gariofilorum omnium ana.ʒ.vij.zuccari quantum est pondus omnium medicinarum terantur cribellentur et confice cum melle et detur.

¶ Istud electuarium non est in vsu: sed ego solum scripsi vt innotescat nunquid talisafar sit macis vt quedã sinonima dicunt. Aui.in.v.cano.habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Altalisafar ⁊ talisafar apud Auicen.in.ij.cano. sunt cortices indi:in quibus est stipticitas ⁊ acuitas ⁊ odoris boni parum ⁊c. Matth. silua .in littera t. dicit talasafar.i.nux muscata vel arbor. Postea inquit talisafar idẽ est:quod falsum sicut ostendam. Sera.in ca.de mace de talisafar loquitur et credo q̃ secundum suam opinionẽ talisafar sit macis vel ei proximum in virtute. sed idem nõ sunt.⁊ ob hoc possumꝰ dignoscere q̃ talisafar nõ sit macis:vt dicit Mat.sil.⁊ alij:nã Io.sera.in suo antidotario ponit electuariũ de talisafar:⁊ electuarium de mace.quod nõ faceret si idem essent.Fran. de pedemon. in c.de fluxu.ven.omnium modorum ⁊ curis eius ait talisafar est cortex citri:quod non creditur.

Electuarium de mace qđ cõfert ad frigiditatẽ stomachi ⁊ vẽtositates ex malicia digestionis. ℞.macis,gariofilorũ cinami.heil.cinamomi zinziberis.assari.i.assare baccare oim añ.ʒ.j.cardamomi.ʒ.v.piperis albi.ʒ.ij.zuccari.ʒ.ix.terantur.⁊ fiat electuarium.

¶ Istud electuarium nõ est in vsu: sed in ipso reperitur differentia maxime in mace. nam macis apud Auic. in ij. can. ex autoritate filij M[illegible]sangue. est cortex nucis muscate. scdm vero circa instans macis nõ est cortex nucis muscate. Auerro. in. v. col. inquit. besbese. i. macis dr qd sit cortex cuiusdã fructus q portat de india. Guiliel. placẽ. inqt. macis est cortex nucis musca. declinans ad rubedinẽ, & citrinitatẽ. Dias. vocat eã machir. & dicit qd est coriũ ligni veniẽtis de barbarico coloris ruffi cũ rubore solido &c. Simon Janu. nõ negat nec affirmat an macis sit cortex nucis muscate: aut nõ. Multi mercatores tenẽt q macis sit cortex vel flos nucis muscate. sed sit quomodocũq macis nota est.

¶ Heil. i. cardamomũ maius & sm Bart. montagnanã est melegeta & sic hodie tenetur.

¶ Cinami. i. cinamomi grossi. nõ est ergo cinamũ: vt dicunt quidã/ nec est cinamomũ finũ. qr ipse Sera. in pdicto electuario inferius habet cinamomi. s. fini. Nico. in suis synonimis dicit cinamomũ. i. cinamomũ subtile et optimũ: sed apud Sera. est 3riũ vt apparet apud ipsuz in cap. de cina. vbi dicit inuenitur alia species cinamo. que dr vasot & cinamũ & est grosse plante nõ habẽs fortem odorẽ & est debilis virtutis: & hoc est darsens. i. cinamo. grossum dictum scauizon.

Electuarium de heil ad frigiditatem stomachi bonũ est. ℞. heil cardamomi. neremisch cinamomi. macropipe. i. longi piperis. aã. ℥. v. zinzibe. ℥. x. cinami. i. cinamomi grossi. ℥. iij. zuccari. lib. j. mellis quãtum necesse est.

¶ Istud electuariũ in vsu nõ est & est electuariũ de cardamomo maiore qd hodie granũ paradisi vocamus.

¶ Neremisch sm Mat. sil. est rosa asini infra in ɔfectiõe electuarij letificãtis rasis ostẽdam quid sit neremisch.

Cõfectio de vsnea. ℞. cinami. i. cinamomi. grossi vsnee calami aromatici: spice romane. i. celtice masticis cassie lignee. oim. aã. ℥. j. florũ squinanti. costi croci mirre oim. aã. ℥. iij. heil nucis muscate masticis xiloaloes. i. ligni aloes musci oim. aã. ℥. 5. terant medicine sicce et infundantur mirra et crocus cum aliquo potuum conuenientium: conficiãtur cum melle & administrentur.

¶ Hec cõfectio non est in vsu apud nos tñ pro declaratione vsnee. Aduerte q vsnee est muscus quercus. et dr caniaurs. Sera. ex autoritate Dias. dicit vsnee & est res que reperit nascens sup arborẽ serbin. i. cedri: & nucis & glandiũ. & melius ex eo est qd reperitur sup serbin montana: & post illud qd reperit sup arborẽ nucis &, melius horũ est qd magis odoriferũ & albioris coloris. nigrum vero est malũ. Sera. aliud ca. facit de vsnee q est herba kali nascẽs in mari similis vermiculari. & est illa de qua fit sal alcali. Leonardus [illegible]pda palea in. c. de cura vindemie inquit vsnee est quedã superfluitas oriens in trũcis arborũ. sed alij dicũt q sunt flores auellana[illegible]t dicitur in vulgari sermone gazelli.

Confectio tiriace cõtra scorpionũ morsus. ℞. calamẽti fluuialis. i. aquatici qd alio nomine mẽtastrũ appellat calamẽti mõtani. i. nepite aã. ℥. iij. gentiane. ℥. piperis opponacis aã. ℥. v. confice cũ melle quantum necesse est: & detur. ℥. j. cũ pontico. id est forti.

¶ Hec cõfectio nõ est in vsu. sed sm intẽtionẽ Jo. Sera. valet ɔtra morsum scorpionũ mirabiliter. dr aũt ista cõfectio tiriaca. nõ q ipsam ingrediat tirus: sed solũmodo dicit tiriaca a tiron qd est contra venenum.

¶ Scorpiones sicut inquit Auicen in. iiij. cano. in fen. vj. in tractatu quinto in capit. de punctura paruorum. venenosorum morsuuz eorum loquens de speciebꝰ scorpionis siluestris.

¶ Dixerũt quidã q scorpio femina maior est masculo masculus eñi extenuatus est & minutus. & femina pinguis magna & aculeꝰ femine est subtilis & masculi aculeus est grossus & inferius ait. existimauerunt quidam q scorpiones sũt nouẽ colorũ. s. albi citrini rubei & cineritij ferrandi & virides & de eis sunt aurei habentes nigras caudas & extremitates caudarum & de eis sunt vinosi coloris in quorum percussione sentitur punctura acus & dolor nociuus. & de eis sunt fumosi & occidũt de morsu eorum. risus & permixtio rationis &c.

¶ De proprietate que reperitur in radice colloquintide contra morsum scorpionis ait Sera. in ca. de colloquintida ex auctoritate rasis dicens. dixit mihi quidã q radix colloquintide est melior medicina que esse possit puncture scorpionis & arabes habẽt ipsam pro communi & manifesta medicina ad hoc dixit mihi arabs q scorpio pupugerat filium suum in quatuor locis corporis & dedit sibi in potu. ℥. j. de radice colloquintide & sedata sunt statim omnia, que patiebatur etiam Auic. in. c. de cura scorpionum supradictorum similiter ait.

¶ De electuarijs ac confectionibus: sm [illegible]asim in qu[illegible]to Almansoris.

E[illegible]ctuariu[illegible] ad scabiem & pruritum valẽs in tractatu. v. almansoris in. c. de pruritu & scabie & magnis pustulis. ℞. mirab. citrinorũ partẽ vnã sene fumiterre aã. partẽ mediã. succ[illegible]absinthij quantum adeorũ sufficit cõspersionẽ. aliquoties antẽ addit huic medicine absinthij quantũ quarta pars mirabolanorum: & cõficiantur oia cũ melle & sumat ex ea q̊tidie quãtũ est auellane magnitudo.

¶ Istud electuarium non est in vsu sed generaliter loco huius electuarij vtimur vnguẽto quodã p scabie cuiꝰ cõpositio nota est aromatarijs.

¶ Auelana aliqñ sumit pro fructu aliquando pro pondere. vt apud Auic. in [illegible]ctione de ponderibus et est pondus aurei vnius; ergo e[illegible] ℥. 5. vniꝰ dragme. vt dicit Simon Januẽ. Auelana vero pro fructu sm Isi. dr ab auelano cãpanie oppido vbi abundant hec a grecis pontice appellantur eo q circa ponticũ mare abundãt. Ra. d[illegible]it o[illegible] de predicto electuario dat quantum est auelane [illegible]g[illegible]ude: magnitudo auelane apud Aui. est sicut granum lauri vt dr in suo. c.

Electuariũ de nucleis fructuũ ĩ tractatu. v. almansoris in ca. de his que augẽt sperma & que valẽt ad erectionẽ [illegible]rge. ℞. amigdalarũ, auelanarũ nucis indice pinearũ enucleatarũ. granorũ chilchil: granorũ zeilem. grani viridis. oim aã. ptes equales: zinziberis piperis longi: seminis peonie aã. tertiã partis penith ex zuccaro tãtum q tẽperari possint: sumatur ex eo in mane quotidie ad oui magnitudinẽ: & in sero tantũden.

¶ Istud electuariũ nõ est in vsu. ipse eñi rasis appellauit istud electuariũ de nucleis fructuũ: sed sm intentionem meã videtur esse idẽ cũ illo qd reperitur apd Aui. in. iij. cañ. qd noiatur confectio de medullis: & sine dubio idẽ sunt. sed differũt solum in re vna. & hoc est qd rasis hz auelanarũ. Aui loco eius hal[illegible]fisticorũ. & vt cer-

nioꝝ reddaris infra ponã descriptionem do. Auic. ⁊ videbis in quo ca. ipse describat eam. Simplicia vero que sunt declaranda declarabo.

¶ Nux indica ſm Sera. est neregil. ⁊ sic credo esse bene expositũ. nã Aui. in ca. de nuce indica in ij. cañ. dicit qđ nux indica est neregil. Propterea Aui. in eadẽ cõfectione hʒ neregil qđ idem est sicut infra ostendam.

¶ Grana alchichil: vel chelchil sunt semina granati silvestris: vt reperio apud Joã. Sera. in ca. de fluxu menstruoꝝ qui inquit sumãtur grana silvestria: ⁊ sunt grana alchilchil. Etiã vide apud eũdem in ca. de egritudinibus gingiuarũ ꝙ similiter dicit. Itẽ Auicẽ in ij. cañ. in c. de grano alchichil sic ait. granum alchichil est sicut piper albũ maius cartamo nõ pure rotũdum: ⁊ frãgitur a medulla vnctuosa boni saporis ⁊c. postea statim ibi dicit. quidã aũt dixerũt ꝙ est semen granati silvestris et dixerũt isti eius radix est almugat. ⁊ sic ẽ ꝙ granum alchichil est semen granati silvestris.

¶ Granũ alzcilẽ ſm Auic. est pip nigrũ. ⁊ sic dicit, Mat. sil. sed ambo errant salua ipsoꝝ reuerentia. nam Sera. de grano azeilem. c. facit dicens ꝙ est granũ: pingue in magnitudine piperis citrinũ: et habet bonum saporem defertur ex terris barbarie ⁊ nominatur piper nigroꝝ: et post statim ait. verũ scđm veritatem piper nigrorum est aliud ⁊ sic est ſm opinionẽ Simonis Januẽ. Bartholomeus montagnana in [illegible] is cõsilijs [illegible] cõsilio de sterilitate ait. granũ azeilem [illegible] radicule [illegible] cõtorte. nodose. subcitrine. in sapore notabiliter [illegible] substantie viscose. quas incole veronenses futrasium vocant: loco eius ponuntur testiculi vulpis.

¶ Granũ viride apud Aui. est fructus arboris terebẽtine ⁊ arbor ipsius apud Arabes dr botin. Sera. ca. de terebentino dicit ꝙ sunt duarũ specierũ. s. domestica ⁊ silvestris: domestica vero est botin ſm veritatẽ et fructus eius est granũ viride ⁊ silvestris est lentiscus. ⁊ am[illegible]: habent gũmi. ſm Isido. gummi lentici est mastix.

¶ Peonie. scʒ semen ⁊ satis est notum. Auicẽ. loco peonie habet neremisch, quod idem est. Antonius musce inquit nomen herbe peonie a grecis dicitur pẽthorobon. alij hicliodenũ. alij aglaofotis. Itali peoniã vocant. Penith ex zuccaro sunt penidie. Auicen. loco penith habet penidiorum: nam idem est.

Electuariũ de seminibus in. v. almãsoris in ca. de his que augent sperma: ⁊ que valẽt ad erectionẽ virge. ℞. se[illegible]is baucie. i. pastinace: semis napoꝝ [illegible]eparũ ⁊ raphani ⁊ sparagi atqʒ semis alphasasa: ⁊ eruce semis pinearũ: medulle interioris: granoꝝ chilchil. i. granati silvestris: granorũ ceilẽ: [illegible] linguẽanis. i. se. fraxini. secacul. i. sigilli sctẽ marie becẽ albi ⁊ rubei satiriõis. i. testiculoꝝ vulpis costi dulcis. zinzi. macropiperis. i. piperis longi: nasturtij c[illegible]niũ añ. terantur: ⁊ cuz melle conficiantur.

¶ Istud electuarium apud nos nõ est in vsu. Mesue in suo antidotario habet vnã aliã, descriptionẽ: sed nõ est similis huic. ſm vero Nicolaũ florentinũ. Electuarium de seminibus est diaspermatõ: sicut ostẽsum fuit. simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Alfasasa ſm Sera. est chahodad. sed ſm Auic. cot. et ibi dicit ꝙ est alistiscat. ⁊ nominãt alfasasat. Aliud. c. facit dẽ ipso in litera r. ꝙ dicitur ratuba. hec in hispania nascitur ⁊ est species trifolij. vt apparet apud Simonẽ Janu. in ca. de ratha. Dias. vocat ipsam medicã. Isidorus vero medicam inter legumina scripsit.

¶ Tuderi sic est noiatũ apud Auicẽ. in. ij. ca. sed apud Dia. est ormmon. de quo supra in trifera Galeni.

Confectio tiriace de terra sigillata in octauo Almãsoris in ca. de venenis ⁊ venenosorum morsibus. et eorũ curatione et cautela. ℞. terre sigillate. baccarũ lauri vtriusqʒ partes equales terãtur: ⁊ cũ butiro vaccino inũgantur: et cum melle conficiãtur et recondãtur. est enim nobile.

¶ Descriptio istius tyriace apud nos non est valde in vsu: tamẽ reperitur apud apothecarios maxime mediolanenses. Guliel. placẽtinus in suo antidotario describit vnã descriptionez: que eadẽ est. illa descriptio est ex autoritate rasis auicẽ. in fen. vj. quarti cañ. in ca. de canone curationis eius qui in potu sumpsit venenum habet vnã aliã descriptionẽ. sed nõ est similis huic. tamen differunt parũ inter se. nam Aui. in sua descriptione hʒ ireos. Rasis vero nõ. Auic. etiã dicit cõficiantur cũ oleo. Rasis vero dicit cũ melle. In reliquis vero nõ differũt. tamẽ illa Rasis est nobilior ꝙ̃ illa Auicen.

¶ Terra sigillata est terra rubea q̃ oibus nota est: apud Aui. vocaẗ lutũ sigillatũ. Sera. ex autoritate Dia. inq̃t. terra sigillata est sigillũ marinũ ⁊ sigillũ lacce. ⁊ est vna ex terris almairin ⁊ multi ex eis assimilanẗ illi ⁊ sigillãtur. ⁊ color eius est sil'is colori magre. i. sionpodie.

Confectio tyriace ad morsum rutele vtilis et fuit approbata in. viij. almãsoris in ca. de morsibus rutele ⁊ sith. ⁊ aranei. ℞. nigelle. ʒ. x. dauci. cimini. añ. ʒ. ʒ. semis abel. gallarũ cipressi. añ. ʒ. iij. spice inde bacca. lauri aristologie longe carpobalsami. i. se. balsami. cina. gentiane semis andacoche. semis apij. añ. ʒ. ij. confice cum melle et detur ex eis ad nucis magnitudinem cum vino veteri.

¶ Hec cõfectio apud nos nõ est in vsu: sed qr Ra. dicit ꝙ ẽ vtilis ⁊ approbata scripsi illã Nic. flo. in li. iiij. i ca. de pũc. aranei ⁊ rutule describit vnã descriptionem que est ex autoritate Ra. ⁊ est eadem huic.

¶ Rutela autẽ ſm Rasim est animal paruo araneo assimilatum ꝙ phibit. muscas venari solitũ. Auicẽ. in. iiij. cano. in f. n. in ca. de specie aranearũ et alceibent et rutellarũ dicit rutella est animal simile aranee que nominatur alsehel ⁊ est venatrix muscarum et species eius sunt plures. et ſm qđ dicit Gal. sunt duodecim species ⁊c. ibi Auicẽ. de omnibus speciebus loquitur et describit formas ipsarum.

¶ Abel ſm Sera. est sauina ⁊ sic exponit Simõ ianuẽsis: sed apud Auic. est fructus iuniperi. qđ credo sit errore translatoris. Nico. vero floren. in predicta cõfectione loco abel hʒ seminis iuniperi qđ nõ est bene expositum: nam certũ est qđ Sera. ⁊ Simon Januen. habent majorẽ autoritatẽ in simplicibus ꝙ̃ Aui. ac Nico. scias autẽ ꝙ expositio falsa Nico. est ex autoritate Auicen.

¶ Galla cupressi. i. nux cupressi. Auicẽ. in. ij. dicit cupressus nominatur in syria arbor alta ⁊ romane cupressus hec arbor satis est nota.

¶ Handacocha ſm Auicen. alia est silvestris et alia est domestica et alia egyptiaca ⁊ fit ex semine eius panis. est autẽ trifoliũ vel species eius sicut apparet apud Serapi. in ca. de andacocha. nam ipse Serapi. sine dubio vult ꝙ andacocha sit trifoliũ ⁊ sic est. Etiam Nico. in predicta confectione loco andacoche habet seminis trifolij quod idem est.

Cõfectio electuarij letificãtis in nono almãsoris in. c. de melãcolia. ℞. melisse. i. ozimi citrati corticũ citri gariofiloꝝ: galie musc. masticis croci oriẽtalis cinamo. nucis musc. cardamomi: neremisch been albi ⁊ rubei zedoarie: doronisi: se. ozimi maioris: semis ozimi

gariofilati:oim añ.partes eq̃les musci quã-
tũ est decima pars [illegible]:deinde sumant̃ che
buli.xx.⁊ emblici.xxx.terant̃ in.iij.li.aq̃ deco
quãtur donec ad vnã redeãt et colent̃:in co-
latura v̄o mittat̃ mellis li.j.deinde bulliant
donec aqua consumpta sit.post ex hoc melle
conficiãtur predicte species quod tamen in
pondere sit triplum ad species de quo cum
necesse fuerit ad magnitudinem auelane su-
mendum est.

¶ Istud electuariuz est illud:quo nos vtimur.Mes.in
suo antidotario hz vnã descriptionẽ que nominatur ele
ctuariũ sarbortẽg.sed nõ est silis huic.sz vna alia descri
ptio q̃ repit̃ apd eũdẽ in.c.de mania ⁊ melãcolia sangui
nea videt̃ q̃si esse eadem cũ ista.Bartho.mõtagnana in
suo antidotario hz vnã aliã descriptionẽ:et est ex aucto
ritate rasis:sed nobilior oim est ista.Scias etiã q̃ Ra.in
lib.diuisionũ in loco vbi ait.melãcolia timor habet vnã
descriptionẽ:sed nõ est eadẽ:nec fit sm illã descriptionẽ.
¶ Crocus orientalis.i.crocus cois seu vsualis:alter.ve
ro crocus dicitur hortulan⁹ ⁊ infectiu⁹ eo q̃ ipso sericũ
tingit̃ ⁊ est flos cartami cuius semen appellatur ginco:
⁊ dia.vocat ipsum cinicum.
¶ Neremisch apud Auicen.in.ij.canoñ.est flos ⁊ cortex
⁊ capita similant̃ maci:sz est minus rube⁹ ad citrinitatẽ
declinãs.⁊ est aromaticus ⁊c.neq̃ per id cognoui quid
sit. Simon ianueñ.inq̃t neremisch:sed in arabico nere-
misch.est vt aui.describit.sz nec Symõ videtur cogno-
uisse quid esset.Mattheus siluatic⁹ dicit q̃d neremisch
est semẽ rose asini vel flos ipsius.Auic.in suis simplicib⁹
in fine antidotarij ait.neremisch.i.musaha.⁊ est flos peo
nie vel peonia.⁊ sic credo esse bene expositũ.nã sicut di-
ctum est.Matthe⁹ siluat.dicit q̃d neremisch est flos rose
asini.Auer.vero in.v.col.dicit peonia.i.rosa asinorũ pre
terea vide apud Jo.herculanũ in ca.de melãcolia q̃ de-
scribit p̃dictũ electuarium ex auctoritate rasis.⁊ ibi in-
q̃t neremisch.i.semẽ peonie.Barthol mõtagnana habet
loco neremisch peoniã que idẽ est.Gentilis vero super
v.cano.Aui.ignorauit q̃d esset neremisch.Dicit eñi ibi
q̃ Cõciliator dicit falsum in ca.de colica dũ dicit q̃ nere
misch est semẽ peonie.⁊ sic ego reperi apud Cõciliatorẽ
differẽtia ducẽtesimanona que est penultima oim sua-
rũ differẽtiarũ.dicit eñi ibi neremisch.i.peonia.et sic ex
meo iudicio cõsiliator ⁊ alij bene dixerãt.sed gẽtilis nõ
bene dicit.sicut ostendi supra p supradictos autores:q̃
verũ neremisch est flos peonie:vel semẽ ipsius.Preterea
vide etiã q̃ rasis in electuario de nucleis fructuũ habet
seminis peonie.⁊ Aui.in eadem cõfectione habet nere-
misch quod idem est.
¶ Ozimũ maius de ipso nescio quid dicã.q̃r de ipso in-
ter doctores reperio varias opiniones sm gẽtilẽ dr ozi-
muz maius:q̃r maiora folia habet alijs speciẽb⁹ ozimi
q̃d nõ credit̃.Mesue in s[illegible] practica in cap.de mania et
melãcolia sanguinea in [illegible]odã antidotario inq̃t scessa-
brã.i.ozimi maioris.Serap.vero de ipso special[illegible] capi-
tulũ facit sub noie ozimi carmeni.⁊ ibi dicit sce[illegible]brã.i.
ozimũ carmenũ etiã auic.in.vij.cañ.de ipso ca.facit sub
noie hoalmarã.⁊ dicit q̃d scessabrã.Neq̃ per id cogno-
ui q̃d sit.Matth.vero silua.in.c.de senatiõ dicit q̃d scessa
brã.i.nasturtiũ aquaticũ siue crisonũ:⁊ sic credo esse be-
ne expositũ:⁊ qui mihi nõ credit videat p̃mo q̃d Mesue
vult q̃d scessabrã sit ozimũ mai⁹.Et apud Serap.est ozi
mũ carmenũ:⁊ apud auic.est hoalmarã.⁊ apud Mat-
theũ sil.est senation.si vero legis ca.de ozimo carmeno.
i.maiore.Sera.capi.de hoalmarã.apud auic.⁊ cũ cap.
de senation apud Math.sil.videbis q̃d in rei veritate ve
re idem sunt.Quidã putabãt quod esset scebrã.i.esula.
sed nõ est cõsonũ.q̃r aui.in.iij.cañ.in.c.de medicinis cor-
dialibus habet alscesbebrã ⁊ semen eius ⁊ tamẽ ibi esu
la nõ conueniret.Postq̃ ostendi de ozimo maiori sm au
tores supradictos ⁊ feci videre q̃d volunt q̃ sit senation
sed sm cõpositorẽ aliud est vt reperit̃ apud ipsum.Ra-
sis in.li.ij.aphorismorum de experimẽtis ⁊ cõfidentijs in
quodã emplastro inq̃t.seminis basilicõis gariofilati:se-
minis basiliconis maioris q̃d vocat̃ burungi.i.cubebe
sm mattheũ silua.tu vero cõsidera.
¶ Ozimũ gariofilatũ apud Serap.est berengemisch eo
q̃ odorem habet similẽ gariofilis.Rasis in electuario
tres species ozimi ponit.s.melisam.i.ozimũ citratũ ozi-
mum maius ⁊ gariofilatũ due alie species ozimi repe-
riuntur:⁊ sunt proprie amechin ⁊ bedarog.i.ozimũ nos
gariofilatum.
¶ Emblici vero sunt mirabolani emblici.Rasis inquit
sumant̃ chebuli ⁊ emblici ⁊ terantur ⁊ in tribus libris
aque decoquãtur donec ad vnã redeant et colent̃:in co
latura v̄o mittat̃ mellis lib.vna deinde bulliant donec
aq̃ cõsumpta sit:⁊ hoc mel apd modernos appellat̃ mel
emblicorũ:⁊ sic apud oẽs est certũ q̃ rasis vult q̃ iste sit
modus faciẽdi mel emblicorũ:de quo vide Joannẽ mat
theũ gradi.in ca.de vermibus qui in vẽtre nascunt̃ q̃ sic
ait.q̃ intelligere debeamus p mel emblicorũ q̃d reperit̃
in fi.c.electuarij q̃d vocatur letificans:ibi eñi ipse Rasis
docet cõficere mel emblicorũ hoc modo.℞.mirobolano
rũ emblicoruz recentiũ numerro.xx.terant̃ ⁊ in trib⁹ li-
bris aque coqu[illegible]ur donec ad vnã librã redeant.deinde
fortiter exprim[illegible]tur:⁊ in ill[illegible]olatura addat̃ mellis di
spumati li.vn[illegible] simul coq[illegible]ur donec aqua consum-
pta fuerit.tunc deponat̃ ab igne ⁊ illud erit mel embli-
corũ.q̃d ingreditur in electuario de gẽmis ⁊ in triphera
de epithimo:⁊ in alijs confectionibus:si aũt mel chebu
lorum facere volueris facias sicut mel emblicorum ap-
ponendo chebulos loco emblicorum.

Electuariũ q̃d omni epilepsie speciei reme-
diũ [illegible]ffert in nono almãsoris in ca.pprio de
epilẽsia.℞.piretri sisiloes sticados oim añ.
ʒ.x.agarici.ʒ.ß.cordumeni.i.carui agrestis
recentis ⁊ acuti asse optime.i.asse fetide ari-
stologie rotũde oim añ.ʒ.j.ß.deinde extraha
tur succus ex squilla ⁊ mixtus cũ pari quãti-
tate mellis coquat̃ ⁊ cõficiant̃ ex eo species
⁊ fiat electuariũ:[illegible]uo patiẽs quotidie su-
mat:⁊ caueat sibi a gr[illegible]s cibis.

¶ Istud electuariũ apd nos nõ est valde in vsu:sed Me
diolanẽses eo magis vtunt̃ maxime sm istã descriptio-
nẽ.supra in tractatu mesue scripsi vnã aliã.sz nõ est silis
huic [illegible]ut ostẽdi.Ra.v̄o in lib.diuisionũ in eodẽ ca.scri-
bit v[illegible]:sed nõ est eadem.sed illa videtur magis con
cordare cum illa Mesue quam ista.
¶ Epilepsis vel epilẽtia.i.morb⁹ caducus:eo q̃d cadat
patiẽs cũ ea capit̃.pedicon a pueris quibus facilius et
sepius accidit:nã pedia grece puer.Rasis ibi ait:cũ ali
quis cadit in terrã ⁊ torq̃tur ⁊ cõmouet̃ intellectũ amit
tit dicimus ipsum epilẽticũ [illegible] q̃d spuma exit p os:aut
se cõmingit:aut sperma egredit̃:aut egestio:passio tunc
est grauior ⁊ vehementior.
¶ Experimentũ mirabile ad epilẽtiã:q̃d allegat Sera.
in cap.de lapide smaragdo dicẽs et qui defert in anulo
smargdũ p̄seruat illũ ab epilẽtia:qñ induit eũ in suo di-
gito anteq̃ sup̄ueniat ei epilẽtia.⁊ pp̄ter hãc cãm docet̃
reges q̃ suspẽdãt smaragdos ad colla suorũ filiorũ sta-
tim quãdo nascuntur ne superueniat eis epilentia.
¶ Sisileos.i.sileris montani.Miror q̃ ipse Rasis in li.
diuisionũ in predicta ꝯfectione dicit q̃ sisileos est aniu-
den romanũ:etiã Auicẽ.in.ij.cañ.ait sisileos est alaniu
den romanũ:sed hi viri nõ bene senserũt aut q̃d eorum
litera est corrupta:nõ eñi sisileos est aniudẽ:vt isti dixe-
runt:q̃r alaniudẽ apud Sera.in pp̄rio ca.dicitur q̃ est
foliũ arboris asse fetide.Preterea vide apud eundem in
ca.de agarico inq̃t ex autoritate [illegible]s.agaricũ esse silẽ
radici aniudẽ.i.arboris asse.s.asse fe[illegible]de.Itẽ Stepha.

scripsit hardclum; pro ianiuden qd est silphiũ infra apparebit electuariũ de aniuden: ⁊ ibi melius ostendam si deus voluerit.

¶ Asse optime.i.asse fetide in descriptione Mesue reperitur aliquãdo scriptũ asse qd est thimus: sed debet dicere asse vel assa.i.fetida.

Electuariũ diamuscũ ꝑciosum in.ix almansoris in.c.de tremore cordis. ℞.masticis cinamomi seminis ozimi maioris de quo dictũ est: ⁊ seis ozimi gariofilati.i.basiliconis semis melisse.i.ozimi citrati: vel citrarie se. sisimbrij semis sansuci macropipis: oĩm añ. partes equales ex quibꝰ oĩbus puluerizatis ʒ.x.sumanꝉ margaritaꝝ minutaꝝ: coralli rubei carabe sete crude been albi et rubei folij oĩm añ.ʒ.x.musci tubaci: adthiburi puri.ʒ. ʒ.Cõficiatur cũ melle de mirabolanis chebulis.hoc enĩ electuariũ ad frigiditatem stomachi ⁊ digestiue egritudinẽ optimũ existit.

¶ Istud electuariũ diam[illegible] preciosi [illegible] nos nõ est in vsu: sed illa descriptio qu[illegible] os vtimur [illegible] ex autoritate Mesue ⁊ ꝼm illam potest fieri dulce et amarum sicut apparet supra in isto vero Rasis ingrediũtur quedam simplicia que declarabo.

¶ Sinsibriũ.i.menta aquatica siue balsamita: vt dictũ est supra in confectione de xiloaloe.

¶ Sansuccus.i.maiorana siue ꝑ se que satis est nota.

¶ Musci tubaci.i.illius regionis.nã reperiꝉ apud Sera in proprio ca.de musco. Muscus regionis tub[illegible]ci est melior musco seni duabus causis.vna est qꝛ gazelle tubaci comedunt spicã nardi ⁊ alias species odoriferas. Gazelle vero de seni comedũt alias herbas ab istis quas diximus odoriferas.

Cõfectio de scoria ferri in.ix.almãsoris in c.de emorroidibꝰ ⁊ fistulis ⁊ ragadijs que in ano fiũt. ℞.mirabolani nigri.i.indi: vt reperitur apud Serap.et me.belerici emblicorũ: oĩm añ.ʒ.v.spice so[illegible]cipi zinzibe.piperis: ameos olibani.i.thuris boni: oĩm añ.ʒ. ij.scorie infuse in aceto per hebdõam vnaz: ⁊ postea torrefacte.ʒ.xv.cõficiãtur oĩa cuz melle dispumato qd fuerit coctũ cuz ap[illegible]ate emblicorum: sicut in.c.de melãcolia noĩauimus: de quo quotidie ad nucis magnitudinem sumatur.

¶ Hec cõfectio apd nos [illegible]st in vsu: ⁊ maxime ꝼm istã: descriptionẽ. Ipse vero rasis in nono almansoris in ca. de his que ꝯfortãt stomachũ.⁊ ciborũ perficiũt digestionẽ habet vnã aliã descriptionẽ: sed nõ est eadem nec fit. Itẽ apud eundẽ in libro diuisionũ ca.de medicinis stomachi habenꝉ tres descriptiones: quaruz vna valet ad debilitatẽ stomachi.⁊ hec ꝯficitur cũ melle alia cũ lacte acetoso: alia cum vino sed non sunt in vsu.

¶ Mesue in ca.de vlceribus auriũ hz cõfectionẽ de scoria ferri: sed illa adoperatur cum licinio quod non fit.

¶ Scoria ferri de ipsa dictũ est: ⁊ similiter de preparatione et de torrefactione. Rasis vero inqt ꝙ ista cõfectio debet cõfici cũ melle dispumato: quod fuit coctũ cũ apozimate emblicorũ sicut in.ca.de melãcolia nominauimꝰ: ibi vero nõ reperiꝉ apozima emblicoruz: verũ est ꝙ ipse in.c.denoĩato de melãcolia: habet decoctionẽ de epithimo ⁊ qñ facere volueris ꝑdictam confectionem oportet facias predictam [illegible]coctionem sicut infra ostendam vt ipse Ra.describiꝉ.

Electuariũ de baccis lauri in.ix.almansoris c.de colica. ℞.folioꝝ r[illegible]te siccoꝝ.ʒ.x.ameos cimĩ nigelle cheisim.i.leuistici: origani: carui alexãdrini.amigdalarũ amararũ melanopipis.i.nigri: macropipis: mentastri dauci: acori: baccarũ lauri castorei: oĩm añ.ʒ.ij.se. rapini.ʒ.iiij.oppopo.ʒ.iij.cõfice cũ melle dispu.eiusdem ponderis.

¶ Istud electuariũ apud nos est multũ in vsu.idez Rasis in lib.diuisionũ cap.de medicinis colice: hz vnã aliã descriptionẽ: sed nõ est eadẽ nec fit ꝼm illam. Etiã Guil. placẽtinus in suo tractatu de cõfectionibꝰ hz vnã aliaz descriptionem que est eadem: ⁊ est ex autoritate Ra.qui fuit pmus inuentor.

¶ Alexãdrinũ.s.semẽ eius qd a modernis macedonicũ vocatur siue petroselinũ macedonicũ ⁊ est quoddam semẽ nigrum qd apd oẽs satis notũ. Ille vero qui scripsit librum intitulatũ lumen apothecariorum: sed est male lucẽs in predicta ꝯfectione nõ posuit semẽ alexãdrinũ: cũ in ea rationabiliter debeat poni. Nico.florẽ.in tractatu.vij.quinti lib.in.c.de preseruatione a generatione lapidis inquit macedo.i.alexandri.in alle.macedonicum alexandrum.

¶ Oppoponax est gummi satis notũ: arabes vocãt iansur vel iansir de quo dixerunt mihi quidã sapiẽtes ꝙ illud vocabulum qd reperitur apd Aui.in.iij.cañ.in fen. xxj.in ca.de cura ꝑfocationis matricis vbi ait.asofir vero cũ ex eo potu sumiꝉ: est in eo sanitas: est corruptum: nã dz dicere iansir.i.oppoponax: ⁊ sic vide ꝙ ipse in scdo in.c.de oppoponaco ꝙ mirabilr laudat illũ in illa materia.quidã existimauit ꝙ esset zedoaria: sed ignoro: quia ipse Auicen.in ca.de zedoa.de ipsa non loquitur in illa materia sicut facit de oppoponace.

Cõfectio de enula in lib.diuisionum in capꝰ de medicinis epatis. ℞.aristologie.s.rotunde: zinziberis.enule sicce: istirgar eruce: seis apij: feniculi anisi: ameos añ. partes equales terantur ⁊ aggregentur cuz melle et fiat.

¶ Hec confectio apud nos nõ est in vsu.tamẽ simplicia que sunt declaranda declarabo.

¶ Enula apud Dias.vocaꝉ ellenniũ. Macer dicit enula quã vulgus enullã vocat que dr a medicis est forma cognita cũctis. Isido.in ca.de oleribus dicit enula quã rustici alã vocant. Pet.de cresẽtijs dicit enula nõ seritur qꝛ semen nõ hz.sed plantaꝉ. Corona eiꝰ tota vel maior pars in terra pingui.⁊ alte fossa.radix eius ꝼm circa instans cõpetit vsui medicine. Papi.ait alam herba radicis aromatice ⁊ est inulla. Pli.iquit inulla quoqꝫ ieiunis cõmanducata dentes confirmat si vt ruta est terrã nõ atingit cõdita tussim emundat.

¶ Istirgar ꝼm Matt.siluati.e[illegible] falsa que fit ex aniudẽ. hoc apud Auicẽ.in scdo vocatur astirgar.⁊ dr ꝙ est ꝓpinque aniuden i.plãte cuius gũmi est assa fetida: sed non a[illegible]mo ꝙ istirgar sit aniuden: sed loco eius poniꝉ gummi ipsius quod est assa fetida.

Cõfectio ad rupturã experta. ℞.acatie nucis cipssi sansuci rute sicce granoꝝ lauri: gallarũ. Mugat gũmi arabici añ.ʒ.xx.teranꝉ ⁊ cribellenꝉ ⁊ eliquetur glutẽ piscinũ cũ aceto ⁊ aggregentur oĩa cũ eo ⁊ fiat emplastrum.

¶ Confectio ad.c.epatos in libro diuisionũ ca.de medicinis vrine non est in vsu.simplicia vero que sunt declaranda declarabo.

¶ Cipressus apud Auicẽ.noĩatur in siris arbor alten romane cupressus. Ra.dicit cipressi nucis: sed ego puto

ꝙ vult dicere nucis cipreſſi: que ſunt note.
¶ Sanſuci.i.maiorane ſicut dictū eſt ſupra.
¶ Mugath.i.radix gran[illegible] ſilueſtris. Auicen. in ſecun
do de ipſo ſpeciale capitulum facit: ſed ignorat quid eſ
ſet: ⁊ redarguit dicentes ꝙ eſſet radix granati ſilueſtris.
ip̄e etiā in ca. de grano alchilchil.i.granati ſilueſtris di
cit ⁊ dixerūt iſti eius radix eſt almugath: vide etiam de
mugat apud Simonem ianuenſem.
¶ Glutē piſciū.i.colla piſciū: que fit ex inteſtinis piſciū.
hec apud grecos ictiococolla dicitur. Nicolaus floren-
tin⁹ in li.vij.t.c. de curatiōe hernie ſiue ramicis ait. glu
tinis piſcis. al's piſtatorum. id eſt colle de piſcibus ⁊c.

¶ Finita ſunt electuaria ⁊ confectiones raſis nunc
vero incipio ab Auicen. ſeu abohali ſuper ſuo anti-
dotario. in.v. canonis.

Triaca prima Auicē. ⁊ eſt deſcri
ptio Adromachi. ℞. trociſcorū
ſquile. ʒ. xlviij. trociſcorū viperū
ʒ. xxiiij. trociſcorū alidaracarō pi
peris nigri opij añ. ʒ. xxiiij. cinamomi. ʒ. xij.
roſar. ʒ. xij. ſeminis napi ſilueſtris: ſcordeō
radicis lilij: celeſtis: agarici: ſucci ligricie:
olei balſami añ. ʒ. xij. mirre electe croci zin-
zibe. reubarbari pentafilonis calamēti mō-
tani praſſij ſeminis macedonici ſticados co
ſti amari piperis albi macropiperis pule-
gi indi olibani.i.thuris ſquinanti gūmi albo
tin caſſie lignee nigre ſpice.i.nardi polij mō
tani: oīz añ. ʒ. vj. ſtoracis liquiritie: ſeminis
apij ſiſileos.i.ſileris mōtani ameos came-
dreos camepiteos: ſucci ipoquiſtidos: ſpice
celtice ſchee mōtane. folij gentiane ſeminis
feniculi: terre ſigillate rubee: colcotar: adu-
ſti: amomi acori: naſturtij albi: carpobalſa-
mi: ipericū: ſu. gūmi arabici: cordumeni ani
ſi: acatie: dauci: bdellij añ. ʒ. iiij. bezard. aſ-
palti: oppoponacis: centauree mino. ariſto
logie rotū. oīm añ. ʒ. ij. caſtorei ſerapini añ.
ʒ. iiij. mellis diſpu. li. x. vini antiq odoriferi
li. iij. liqfiant que de eis liqſcūt ⁊ infundātur
que infundūtur ⁊ terant̄ ſicca ⁊ cribellent̄ et
cōficiātur cū melle ⁊ ponant̄ in vaſe vitreo:
aut plumbeo: aut argēteo: ⁊ non impleatur
vas immo ſit in eo ſuperfluitas: vt reſpiret
medicine medicina: ⁊ omēs preter mel ⁊ vi-
num: ſunt ſexaginta quatuor medici[illegible].

¶ A tiro ſerpēte dr̄ tiriaca: ⁊ maxime ſm iſtā deſcriptio
nē: qr reperiunt̄ multe alie tiriace que nō dicunt̄ a tiro.
vt eſt tiriaca diateſſaron.i. de quatuor reb⁹: ſicut dictū
fuit. ⁊ eſt tiriaca ruſticorū: qḋ eſt alleū agreſte et eſt tiria
ca de fuſſio.i. alcaochion. ⁊ eſt tiriaca de terra ſigillata.
et multe alie tiriace reperiuntur quarum deſcriptiones
non ingreditur tirus: vnde per hoc moderni diſtingunt
ꝙ tiriaca dicitur medicina q̄ valet contra venenū vt be
zabar. quod apud arabes ſignificat omnē medicinam
liberantē a veneno. vide Aui. in. ij. cañ. pri. ca. de arco-
lis venenorū qui inquit. tiriaca bezabar. interficit vene
noſa ⁊ expellit venenū. Serapi. dicit lapis bezahar.i.
lapis liberans a venenis: nam tiriaca albezabar eſt no

men perſicū et eſt expellēs nocumentū: ⁊ hoc nomē ca-
dit ſuper duo vnum eſt quod cadit ſuper omnē medici
nam conuenientē alicui veneno eo quod reſiſtit virtu-
ti eius et expellit nocumentū ab eo per proprietatē que
eſt in ea. ſcḋm eſt qḋ cadit ſuper lapidē notū qḋ cōuenit
oībus venenis ipſe Serap. ibi nō loquit̄ in quo iſte la-
pis inueniat̄ verū ipſe docet diſcernere ab aliis lapidi-
bus ciſſimilantib⁹: in fine vero ait abdalaanarcah vidi
lapidem bezahar. fili⁹ almirama murā cuſtoditionis le
gis dei et eſt verū ꝙ ipſe emit lapidē iſtum et dedit pro
precio lapidis bezabar placatū cordube in p̄ncipio be-
lij. Et iſte lapis: vt dicit enax in ſuo lapidario e[illegible] quidā
lapis multū carus regib⁹ qui generat̄ in oculis cerno-
rum in oriente: qui cum ſerpentes comedūt deponen-
tes ſeniū vt fortiores fiant intrant flumen vbi morantur
immerſi vſq̄ ad caput tandiu quouſq̄ ſentiant virtutē
veneni ſeparatā interea lachrymā emittunt que coagu
lata in oculis interdum vſq̄ ad magnitudinem nucis
deliccatur donec cadat cū de flumine exierint. ⁊ ſic inue
nitur: ⁊ hec dr̄ venenorum tiriaca.
¶ Hec deſcriptio iſti⁹ tiriace reperit̄ in multis aliis lo-
cis. nam Ralis in. viij. Almāſoris in. ca. de morſibus vi
perarū habet vnā deſcriptionē. Guilel. placēti in ſuo an
tidotario hz vnā aliā. Jo. Serap. in ſuo antidotario hz
vnā aliā. Haliabbas in. x. practice habet eandem. Nico
laus etiā in ſuo [illegible]tidotario habet vnā aliā: ſed illa eſt
ex auctoritate Galeni ſicut [illegible] dr̄ ꝙ eſt domina me-
dicinarum: ⁊ [illegible] ipſam cō[illegible]uit. ſed in veritate ſicut
inquit Aui. Haliabbas ⁊ alij auctores dicunt ꝙ deſcri-
ptio radicalis eſt ādromachi: ⁊ ē melior aliis deſcriptio
nibus. ſed verum eſt ꝙ fuerūt plures medicorum ſicut
Gal. democritus: ⁊ alij qui voluerunt in ea addere vel
minuere de pondere: ſed neceſſitas non erat: qr Andro-
machus predictā deſcriptionem compoſuit cū tanta di
ligen[illegible] ꝙ non erat neceſſitas ꝙ aliquis adderet nec mi
nueret aliquid. in tempore vero antiquo accidit Andro
ma. illud qḋ expertum fuit ſuper iuuamentum carniū
ſerpentū ⁊ aliorū addidit in eo trociſcos de viperis.i. de
tiro: in reliquis vero non diminuitur metridatum a ti-
riaca niſi in re vna: quod eſt venenum ſerpentum: et ſic
iſta deſcriptio domini Auicen. eſt deſcriptio radicula-
ris andromachi: ipſe Auicen. habet tres deſcriptiones:
ſed prima eſt nobilior aliis: ⁊ ſic hodie noſtri medici vo-
lunt ꝙ iſta deſcriptio ſit illa qua vti debemus ſed in no
ſtris partibus reperiuntur rari apothecarij faciētes ip
ſam: ſed emūt a merca[illegible]ibus Januenſibus que nō ha
bet tantam virtutem quā[illegible] dixerunt auctores eam
habere ⁊ hoc eſt vt credo q[illegible] faciunt ipſam ſm intē-
tionem andromachi: et ſcias pro certo ꝙ allocutus fui
illos qui faciunt ipſam. et ſcio ꝙ decipiuntur in multis
ſimplicibus et nō cognoſcūt certitudinē rerū: ſz quō de-
bea[illegible] p[illegible]ri ⁊ p̄bari bonitas tiriace ſtatim declarabo.
¶ Expe[illegible]a tiriace: ſi erit bona aut mala: vt docet An
dromachus Aui. Jo. Sera. Guilelmus placentinus et
Haliabbas eſt talis. dicūt accipiatur gallus ſilueſtris
vel domeſticus: ſed ſilueſtris eſt melior: ⁊ exiſtimant qḋ
ſit faſian⁹: quia ipſe eſt ſiccioris complexionis q̄ dome
ſticus: ⁊ mittat̄ ſuper ipſum [illegible]al venenoſum vel ponat̄
de aliquo veneno in vulnere [illegible]acto ſup alā ſiniſtrā prope
coxam ⁊ poſt hoc detur in potu cum vino de tiriaca. et
ponatur de ea etiā in vulnere poſt venenum ſpecialiter
cum animal incipit debilitari: ⁊ tūc ſi aīal vixerit erit tiria
ca bona ⁊ bone etatis. ſi moritur erit praua. Alia proba
tio ſi detur tiriaca illi qui ſumpſit opiū vl' iuſquiamum
nigrū vel corticē mādragore: ⁊ ſi tiriaca deſtruxerit vir-
tutem alicuius iſtorū venenorū erit bona. Alia proba-
tio eſt: vt ſi homo ſumat chatarticū et cōſideret̄ tunc ſi
ſolueri[illegible] cū ſumat in potu tiriacā: ⁊ tūc ſi retinet cū eſt
recēs et bona: ⁊ ſi non eſt mala. Vide ergo ſi cognoſcere
volueris tiriacā bonā ⁊ mala. Poſtq̄ oſtendi de proba-
tione ipſius: nūc volo oſtendere quanto tempore debet
permanere ipſa tiriaca anteq̄ diſpenſetur.
¶ Sciendū eſt igitur ꝙ ſm Andromachum et auicen.
debet ſtare per ſex mēſes anteq̄ bandiatur ad minus.
vñ q̄ñ eſt infans. ⁊ ante ſex menſes [illegible]upefacit: de q̄ Gen-

tiis ait: dicūt qdā sapiētes ꝙ tiriaca noua stupefacit ꝑ opium quod natura separat ab aliis: ⁊ mandat illud per partem dolentem.

¶ Si querat quot res ingrediantur in ista tiriaca: dicatur ꝙ computatis simplicibus ⁊ cōpositis ipsam ingredientibus sunt ad numerum .lxiiij. duobus liquoribꝰ. scilicet melle eo vino exceptis.

¶ Si etiam querat in quo vase tiriaca melius cōseruetur. in hoc est regula. qꝛ cōiter cōseruant ipsam in vasis plumbeis: sed male: qꝛ plumbū attrahit ad se venenositatē: nec debet esse de ferro: quoniam pars vasis que vacua remaneret posset fieri eruginosa. et illa erugo propter permixtionē tiriace opportunā ⁊ ipsiꝰ tiriace bullitionem cōmunicare posset ipi tiriace aliquid de venenosa natura sua. nec dꝫ esse de auricalco: qm̄ ipsum principaliter fit ex ere: nec debet esse de cupro. qm̄ ipsum fit ex parte eris: nec debet esse de peltro qm̄ ipsum cōponitur ex parte plumbi: immo cōseruetur aureo vel aurato argēto vel argētato, stāneo vel stānato vitreo: vel vitreato vel marmoreo seu de alabastro bene polito ⁊c.

¶ Si etiā querat quotannis durat tiriaca: dicatur ꝙ Aui. ibi de ipsa loquit dicēs: tiriace quidē adsunt infantia ⁊ pubertas ⁊ adolescētia ⁊ senectꝰ ⁊ mors. ⁊ sit infās post sex mēses. deinde incipit in pubertate ⁊ augmētat vsqꝫ ad tempus in quo stat per decē annos in regionibꝰ calidis. ⁊ viginti annis in regionibꝰ fri[gi]dis. deinde stat aut decem annos. aut v[ig]iti. deinde [d]eclinat. aut post quadragita annos. dein[de] [e]xpoliat v[irtu]te tiriace: aut post quadragita annos. aut post sexaginta. ⁊ fit vna cōfectionū declinata a gustu tiriace ⁊ opꝫ vt detur in potu morso de illa q̄ est recens et fortis et reliquis quibus in potu datur de illa que est debilior. et fortasse est necesse vt in potu detur morso recenti ex medio aureo vsqꝫ ad auř. j. ⁊ ex eis quibus destinguitur inter illam que est recens ⁊ fortis. ⁊ inter antiquā ⁊ debilē ⁊ malā dict[u]m est paulo superius. vbi diximus de eius experientia. Communiter aūt tenetur quod tiriaca duret in bonitate annis triginta aut quadraginta post illud est debilis.

¶ Notandū est ꝙ melius tempus cōstruendi tiriacā est tempꝰ veris ⁊ tēpus estatis: qꝛ tiriaca iuxta auctorū sententiā sex mensibus permanet anteqꝫ perfectissime commisceatur qꝺ equidē albucasis quarta particula azarauij post descriptionē tiriace: ⁊ oim troci. ipsam ingredientiū expresse innuit dicēs ꝙ post sex menses cōpletur temperamētū tiriace: ⁊ fermētatio: ⁊ ad minus post sex menses administrari potest: vt dic[tum est].

¶ Postqꝫ dixi de probat[ion]e [o]pii ⁊ alia: nunc volo ostēdere de modo cōficiend[i] ipsam: vt docent andromacus ⁊ Rasis dicentes necessitas est vt sumamus opiū. ⁊ mirrā ipoquistidos ⁊ serapinū. succū liquiritie. ⁊ storacē liquidā ⁊ acatiā ⁊ oppoponacum. ⁊ oia hec in mortario posita cū pauco melle dispumato moueant[ur] [do]ne[c] molescant. deinde ex vino infundant ⁊ per tres [di]es in vase vitreato manere pmittantur: postea spica. ⁊ cinamomū. ⁊ zinziber. ⁊ cassia lignea ⁊ nasturtiū atqꝫ castoreum ⁊ foliū et terra sigillata: ⁊ colcotar ⁊ aspaltū acamomū. nā hec tria i mortario pmisceātur. et ex vino aspergant donec vniant. deinde mel [⁊] gūmi arabicū ⁊ terebētina ⁊ galbanū et balsamū sum[u]nt et in cazola posita donec mixta sint aggreg[a]ntur: que talř preparata aliis medicinis q̄ in mortario sunt adiungant ⁊ cū oia simul fuerit terātur et agitent donec bn̄ sint mixta. deinde qꝺ ex eis fit in pixide argētea. aut in vase plūbi q̄ medicamē hoc in duabus ptibus suis capere possit reponat. vas autē in quo ponatur non opꝫ ꝙ sit plenū cuius os cū corio optime ligetur quotidie tamen discooperiatur ac ꝑ vnā horā manere permittatur: ex hac quoqꝫ etiā medicina non nisi post sex menses aliquid sumatur: et illo modo fiat. ⁊ scias ꝙ in primo mense oi die bis. videlicet mane et sero per mediā hora vel circa tiriaca ipsa est fortiter agitanda et commiscenda. et semper postea suo coopertorio obturanda ac sigillanda. Secundo aūt mense omni capite quatuor dierū semel tiriaca ipsa est per mediā horā similiter bene agitāda et cōmiscenda. In tertio vero mense omni ca[pite] septē dierū semel ipsa est cōsimiliter commiscenda. Quarto autem mēse omni capite decem dierum semel similiter per mediā horam est permiscenda. Quinto vero mense similiter quindecim dierum capite est cōmiscenda. Itē ca[pi]te autē sexti mensis similiter semel per mediā horā est permiscenda: post modū vero tanqꝫ ꝑfecte cōmixta dimittenda est optime obturata aliquādo tamē in tēporis processu cū opportunū videretur precipue propter ebullitionē ipsius tempore caumatis factam nō cōuenit ipsam aliqualiter permiscere. Postqꝫ ostēdi conficere ipsam: nunc vero intentio mea est declarare illa simplicia que magis difficilia sūt. et primo incipio a trocis. squille: quorūꝫ descriptio infra apparebit. Haliabbas habet trocis. hausali: quod idem est: nam hausal est squilla.

¶ Secacul sicut dictũ fuit est sigillũ sctẽ marie. Matt. autẽ silua. nõ cognouit eũ. qꝛ ipse in litera .s. inq̃t sigillum sancte marie .i. secacul. Itẽ ait. secacul .i. yringus: idem sentit in capi. de astaraticon: sed si legis capitu. de astaraticon apud ipsum et capitulum de astaraticon apud Serap. videbis quod yringus non est secacul nec species eius. si quis recte consideret capitulum de grano culcul apud Mattheum siluaticum deprehendere poterit ea que dicit de grano cucul conuenire cum capitu. de secacul apud Serap. ⁊ ꝙ idem sunt licet ipse nõ videat cognouisse. est enĩ granũ cucul fructus ipsius secacul: ⁊ propter verba Matth. silua. sunt quidã apothecarij q̃ falso opinant yringũ esse secacul: quod nõ est: qꝛ Serap. reponit yringũ inter medicinas frigidas secacul vo inter calidas. Itẽ vide apd Mãfredum de monte imperiali: qui de formis vtriusq̃ scripsit ⁊ ibi cõprehẽdit yringũ esse speciẽ spine: sed secacul est radix quã moderni zenogello: vulgo dicũt ⁊c. Aui. in .ij. cano. in cap. de cõditis habet etiã de modo cõdiendi. et dicit ꝙ secacul est vena sicut zinziber ⁊ affertur ex india. hodie in nostris partibus reperitur in multa quãtitate ⁊ est multum in vsu apud nos.

¶ Conditũ autem .i. preparatũ ⁊ sunt multiplicia: nã quedam sunt ex radicibus: quedam ex floribus quedam ex fructibus: nã ex radicibꝰ sunt sicut zinziber. secacul: yringus ⁊ similia de floribus sunt sicut viole rose de fructibus sicut pira citonia emblici chebuli et siꝛia. Matt. silua. in. c. de rapa inquit ex auctoritate Gal. rapa multiformiter aũt ⁊ hãc hoies preparãt vsq̃ ad hoc ꝙ cõponũt eã cũ garro .i. almuri. qd vulgariter nũcupatur salmuria ⁊ aceto vt habeãt pro vsu per totũ annũ: credo ꝙ hoc sit illud qd cõmuniter comedit in quadragesima. Isido. ait cõditũ vocatũ quod non sit simplex sed cõmixtione pigmẽto[illegible] cõpositũ. Pli. in. c. de vinis ficticijs: fiunt inquit alia vina ⁊ nũc ex pipere ⁊ melle et alijs specieb' de quibus supra dixi: que inquit [illegible]ij cõdita: alij piperata vocant. Mesue inquit ꝙ sup[illegible] secacul proijciantur species elefangine .i. de aromatibus: ⁊ sunt ille species que ingrediuntur in miua citoniorũ id est conditum de citonijs sicut infra apparebit.

zinziber conditum. ℞. zinziberis recentis si haberi potest vel saltem humectati per artem partẽ vnã: mellis partes tres: ⁊ zuccari partem vnam coquatur sicut secacul: ⁊ quidã accipiũt sicut secacul ⁊ zinziberis humectati añ. partẽ. 5. ⁊ fit delicatiꝰ: ⁊ quidã super cõdiũt cũ specieb' elefangis: ⁊ quidã faciũt aliter. modꝰ aũt humectatiõis eiꝰ est vt ĩfundat in aqua: deinde sepeliat in arena: et fit zinziber album ⁊ mundũ ⁊ recens humectatur zinziber: vt docet ipse de chebulis.

¶ Zinziber siue zengibel ſm Diasco. arbor est nascens in arabia plurimum cuius coma frequenter vtuntur incole sicut nos rutha in bibendo ⁊ manducando. sunt vero ei radices minute sicut in ciperi subalbido colore habentes sicut per gustũ eligẽde sunt non perforate sed graues. has multi comedũt vel condiũt .i. ne putrescant ⁊ mittunt in vas cui addunt mel coctũ ⁊ sic reponunt. Gal. inquit radix huiꝰ plãte defertur ad nos ab india. et est id in quo est iuuamẽtũ. Pap. ait zinziber q̃ ⁊ artemisia genera hꝫ tria menoglosa tãgẽtes ⁊ leptophilos: miror ob talia verba: infra vero dicit zinziber genꝰ pigmenti est qd in india nascit. lingua eorũ ita dr.

¶ Conditũ .i. preparatũ: vt dictũ est. Aui. in .v. cañ. etiã docet modũ condiẽdi zinziber ⁊ dicit ꝙ zinziber est vena de ventre terre: sicut vene tinctorũ: Nic. i fine sui antidotarij etiã docet modũ cõdiẽdi zinziber ⁊ inquit. ℞. yringorũ qui hñt folia ad modũ cretani marini: qd saraceni secacul vocãt. verba hec iferũt mihi admirationẽ: qꝛ yringus nõ est secacul nec folia hꝫ sicut cretanꝰ marinus sicut ꝑꝫ [illegible] Sera. ca. de yringo. ⁊ p cretanũ marinũ apud Dia. quẽ ipe vocat [illegible]thimõ: tñ hic declarare volo ꝙ cretan[illegible] marinus e[illegible]dã herba q̃ in tpe antiquo nascebatur i maritimis locis. sed hodie delata est ad nos ⁊ nascit in nostris partibꝰ: ⁊ est illa que nostro idiomate bazigia vulgariter vocatur mirabiliter valet doloribus renũ ac lapidis: existimãt q̃dã ꝙ hec apud Aui. in .ij. cañ. vocatur alblage. Mesue dicit ꝙ zinziber cõdiatur cũ melle ⁊ zuccaro. Aui. vero dicit apud nos affer[illegible]r conditũ cũ melle aut cũ aqua rizi. Sera. in proprio ca. de zinzibere inquit sunt quidã cõdientes zinziber cũ melle: quidã cũ rob .i. sapa moderni vero gñaliter cõdiũt solũ cũ zuccaro ⁊ est nobilior modꝰ defertur de damasco ad nos. ⁊ quanto albius tanto melius.

Baucie cõdite valent sicut secacul: et eiꝰ modus est sicut secacul .i. sigilli sancte marie.

¶ Baucie .i. pastinace: cõditũ apud arabes nominatur algingibel. Aui. in .v. cañ. docet modũ cõdiẽdi ⁊ dicit sumant de duris clari coloris munde pastinacã autẽ ſm Isido. in ca. de oleribu[illegible]icit sic vocatã: qꝛ radix eius p̃cipuꝰ pastꝰ sit hois. vñ macer [illegible] ait. ꝙ pastũ tribuat est pastinaca vocata. est enĩ odoratu iocũda: cibo delectabilis: reperitur alia spẽs q̃ dr siluestris: q̃ vocat Daucꝰ apud Aui. in .ij. cano. quidã crediderũt ꝙ baucia esset chariota. quod non credo. na Gal. li. ij. de alimentis facit v[illegible] c[illegible] pastinaca ⁊ dauco ⁊ chariota: qd nõ faceret si essent idem. sed sit quomodocunq̃ hic volo declarare ꝙ chariota est species pastinace cuius radix est citrina bona ad manducandum ⁊ est illa quã lombardi vulgariter gniffo vocãt. Pli. ait alterũ genꝰ est staphilinos quã pastinacã creticam vocant.

Acorus conditus val[illegible] egritudinibus cerebri ⁊ neruorum: ⁊ eius modus est sicut secacul conditi. Adduntur tamen ad omnem partẽ eius secacul boni partes due.

¶ Acorus .i. piper apum vel affrodisia: vt dicit Diasc. conditũ .i. preparatũ hoc apud nos est multum in vsu reperitur etiã vna cõfectio conditi ad egritudines neruorũ frigidas mirabilis quã ipse describit i sũma quarta de egritudinibus neruorũ ⁊ est confect[illegible] diacori que etiam in vsu est: vt dictum fuit.

zuccarũ rosatũ. ℞. foliorũ rosaꝝ albaꝝ: aut rubearũ quãtitatẽ quã volueris: ⁊ expãdãt sup tabula in vmbra vsq̃ dũ supfluũ humiditatis ipsarũ resoluat. ⁊ sint [illegible]se habentes

medietatē inter cōplemētū ⁊ acerbitatē: et terātur in vase lapideo: deinde proijciatur super eā zuccarū tabarzet.i.albū triplū pon deris earū: ⁊ reponant̄ i vase vitreato: ⁊ obturet̄ os ei⁹ cū pargameno et apponat̄ soli mēsib⁹ trib⁹ oī die sepe agitando illud: dein de remoueat̄ a sole ⁊ seruet̄: et quidā faciūt illud cū rosis nō habētib⁹ aliqd de cōplemē to: ⁊ inuenitur magis stipticum: ⁊ sunt qui non terunt rosas sed incidunt cum forficib⁹ et fricāt manibus fricatione vltima rosas ⁊ zuccarum: deinde exponunt soli.

¶ Zuccarū rosatū siue conditū rosatū siue cōserua rosarū idē est. Nicolaus in suo antidotario ait. rodozachara.i.zuccarū rosatū: sed nō est sic sicut dicit Mesue. Petrus de crescentijs in.c.de rosaria.i.rosa habet vnā aliā descriptionē sed nō eadem. moderni vero generaliter faciunt: vt docet hic Mesue.

Zuccarum violatum ei⁹ mod⁹ est sicut zuccari rosacei: indigen[illegible]tū viole expāsione lōgiori ⁊ expositiōe pro[illegible]xiori sol[illegible]

¶ Zuccarū violatum.i.conditum violatū siue conserua violarum quod satis est notum.

Zuccarum buglossatum ei⁹ modus est sicut zuccari rosacei.

¶ Zuccarū buglossatū siue diabuglossatū dr̄ a floribus lingue bouis s q̄ alio noīe buglossa vocat̄. Aui.in [illegible] cañ. de lingua bouis ca. facit: sed vere credo q̄ illa quā vtūtur moderni non sit illa de qua loquitur Aui. ipse autē Aui. ponit q̄ sit genus almaru.i.marmacor. vt dicit in ca.de marū. Mesue nō ponit modum cōficiendi zuccarū boraginatū quod fit ex florib⁹ boraginis que est species buglosse: tñ si diaboraginatū facere volueris facies illo modo sicut buglossatū. Christopho.de honestis putauit: sed nō recte q̄ zuccarū alchilil sit zuccarum de floribus boraginis: qd̄ non est app[illegible]ebit infra conditū de buglossa qd̄ est cōserua vel diabuglossatum.

Zuccarum alchilil stomac[illegible]um cerebrum: et cor confortat. vento[illegible]itates fugat: ⁊ eius operatio est sicut zuccari rosati.

¶ Zuccarū alchilil.i.zuccarū quod fit ex floribus ros. marini qui alio nomine corona montis vocatur. Christophor⁹ de honestis dicit zuccarū alchilil. [illegible]rū factū ex floribus boraginis: sed nō est vera expositio: vt patet apud Matt. silu. in litera kinkil. vbi sic ait. chinchil.i.rosmarinus. illud vocabulū ponit̄ i antidotario damasceni.i. Mesue septimo qui incipit zuccarum alchilchil post sex qui incipit zuccarum buglossatū ⁊ sic est quod alchilchil vl' ach[illegible]hil. flos est rorismarini: sed grana alchilhil sūt gr. siluestria.

Cōditum de citro. ℞. corticū citri. ℥.vj. buglose. ℥.j.ß. marmacor.i.melisse. ℥.ß. gariofilorū aur.j. ligni aloes aur.ß. terātur ⁊ proijciātur super ea vini boni li.iiij. ⁊ dimittatur diebus.iij. deīde proijciant̄ super ea zuccari tabarzet [illegible]d est albi libras.ij. ⁊ aromatizetur cum gallie bone aur.ß. croci.ʒ.j. quarta masticis.ʒ.j. musci.ʒ.j. sexta.

¶ Cōditū i. pparatū. Mesue i distinctiōe de cōditis ponit citra cōd[illegible]ta ⁊ i distictiōe de sirupis hʒ duas descriptiōes cōditi d̄ cit[illegible]: ʒ ille due descriptiōes nō sūt i vsu. ego do scripsi: s[illegible] descriptionē vt declararē quid sit marmacor: marmacor s̄m intētionē Mesue est melissa ⁊ sic credo esse bene expositū. qr̄ Sera. in ca. de melissa inquit benerangie.i.turūgen. ⁊ dicit̄ marmacor.i. melissa. Aui.in.ij.cañ.in ca.de mar[illegible] de marmacor loquit̄. ⁊ ibi distinguit in plures spēs: ⁊ ponit linguā bouis.i.buglossam inter species eorū. Stephanus iudeus affirmabat q̄ est marubiū qd̄ ignoro: ver sapientes dixerūt q̄ marmacor est melissa. ⁊ marmacur est marubiū. Siulel pla. dicit marmacora.i.marubiuʒ siue prassiū: quod idē est.

Mod⁹ cōditi de buglossa boni. ℞. buglosse mēte sicce foliorum rosarū corticum citri aut foliorū ei⁹ añ. ℥.iij. alfelēgemich.i. seis ozimi gariofilati. ℥.j. triū. generū citoniorū: triū generū pomorū. añ. ʒ.j.ß. sete crude icise: nucꝫ muscate: zedoarie: galāge: been: vtriusqꝫ scilicet albi et rubei sandali citrini: croci añ. ℥.j.ß. ligni aloes.ʒ.ij. vini ⁊ aque añ. ℥.vj. mellis libras.viij. aromatizetur cum musci. ʒ.j. tertia: ⁊ gallie.ʒ.ij.

¶ Conditū.i.preparatū de buglossa.i.lingua bouis cōditū aūt de buglossa nō est zuccarū buglossatum. qd̄ fit ex zuccaro ⁊ floribus buglosse: vt quidam crediderunt.

¶ Triū generū citoniorū vel triū specierū citoniorum. greci vero ponunt ipsas in numero malorū ⁊ genera ipsorū sunt multa: quorū queda sunt dulcia: quedā acria quedā muza ⁊ sic de singulis. sed hic solū intelligimus tria gña que sunt dulcia acetosa ⁊ muza.i. q̄ sapor ipsius sit compositus ex dulcedine ⁊ acetositate.

¶ Triū generū pomorū similiter intelligitur de trib⁹ generib⁹ pomorum ⁊ sunt proprie dulcia acetosa ⁊ muza.

¶ Sete crude ⁊ nō cocte: vt dictū fuit. Papias inquit bombices dn̄r apud seres frodiū vermes q̄ sericum creāt ex cuius tictura bōbicin⁹ fit.

¶ Hic sectio de conditis cōplementum suscipit s̄m do. Mesue: nunc vero aggrediamur sectionem de speciebus loch s̄m eundem.

¶ Nobis igit̄ adsit dator auxilij de⁹ terrarū celiqꝫ rerūqꝫ oim opifex ⁊ conditor.

Loch de pino. ℞. gnorū pini.ʒ.xxx. amigdalarū dulciū auellanarū assatarū. dragagāti: gūmi arabici: ligritie ⁊ succi ei⁹: amili capillorū venerꝫ: radicū lilij celestꝫ.i.ireos añ. ʒ.iiij. carniū dactilorū chairō.i.illi⁹ regiōis. ʒ.xxxv. amigdalarū amararum.ʒ.iij. mellis passularū zuccari tabarzet.i.albi butiri recētis añ.ʒ.iiij. mellis tabarzet quantum sufficit: sumatur ex eo quasi lambendo. Loch ex ex inuētiōe nr̄a. accipe [illegible]minis papauerꝫ.ʒ.x. radicis ligritie.ʒ.vij. sebesten.xx. p[illegible]lij granorum citoniorū añ.ʒ.v. coquant̄ cū.iij.lbi. aq̄ vsqꝫ ad li.j.⁊.ß. ⁊ colēt̄ ⁊ pijciant̄ sup illud rob ⁊ penidiarum añ.ʒ.iiij. et iterum coquātur impinguentur: deinde misceantur cum cum eis dragaganti ⁊ gummi.ʒ.v. papaueris albi ⁊ trium granorum añ.ʒ.ij.

¶ Loch autē est medicina liqda in modū sirupi. sed est inspissata valde aliqualiter viscosa apta vt lambat̄ deglutiendo ipsam paulatim contra dispositionem pectoris ac pulmonis vz. Lanfrancus chirurgicus in capi. de gibbositate impari habet vnum medicamen ⁊ inqt. fiat loch.i. medicina spissa [illegible] cut mel liquidum seu crudum mitigās tussim apud nos istud loch est multū in

vsu. Aui. in quinto can. in tractatu tertio de auris dolore h3 vnã aliã discreptionẽ sed non est eadẽ. Jo. Sera. in suo antidotario habet vn[illegible] aliam descriptionem que vocatur loch de granis pini. ⁊ ibi inquit astroculibe. et sunt grana pini.

¶ Pinus arbor scđm Isido. in capi. de proprijs nominibus arborum vbi inquit. pinus arbor picea ab acumine foliorũ vocata. pinũ em̃ antiqui acutũ noiabant pinũ aũt aliã pitim: aliã greci peucẽ vocant. quã nos piceã dicim⁹: eo q̃ desudet picẽ: nã i specie sibi differũt: in germanie aũt insulis hui⁹ arboris lachryma electuariũ signit. hic tex. Isido. nõ acceptat: nã electuariũ non est lachryma pini: sed potius agiros et est gummi dictum charabe vt patet apud Simo. ianuẽ. Auicen. in. ij. can. facit vnũ capit. de grano pini: ⁊ aliõ de gelou: ⁊ ibi dicit quod est granum pini maioris: certe illud nomen de gelou apud arabes est de auellana maiore quã nos nucellam dicimus. hoc granum satis est notum.

¶ Auellane note sunt. Jo. Serap. in suo antidotario in cõfectione alchechingi⁹ inquit abuse. ⁊ sunt auellane affate. Petr⁹ de crescẽtijs ait. auellane ex eis quedã sunt silue. que in nemoribus ⁊ sepibus nascũtur quedã domestice. silucstres sunt parue saporose grossam testam habẽtes. Domestice vero quedã sunt rotunde grosse: et quedam longe ex quibus longe saporosiores sunt ⁊ citius maturant: et assant auellane: vt dictũ fuit de cimino.

¶ Liqritia est radix dulcis satis nota. Albuchasis in tractatu scđo docet modũ faciẽdi succũ ipsius: et dicit quod fit de mẽse iulij: q: tunc planta eius est plena succo. cassi⁹ felix ca. de glicoritia inquit glicoritia grece ex eo dicta q̃ dulcẽ radicẽ habet: gliẽ em̃ grece dulce dicitur. Sal. ait maius iuuamentũ qđ est in liquiritia est in succo radicis eius. quidam praue sophisticant succum ipsius ex puluere ipsius et melle.

¶ Amilũ. i amidũ. Sera. in cap. de frumẽto docet duos modos faciẽdi amilũ siue amidũ. Sal. in. li. ad partenium dicit amilum omnibus notum. est enim quasi medulla frumenti.

¶ De melle passulato seu passularũ ingrediente cõpositionem hui⁹ loch. cõtrarietas existit aliqñ inter apothecarios nõ parua. aliqui em̃ male accipientes verba Mesue apponũt mel ⁊ passulas pro loch cõficiendo: qđ minime facere cõuenit: q: hec nõ est intẽtio dñi Mesue: nã nec ipsẽ nec alij post mel vix vnquam medicinas aliquas in suis cõpositionib⁹ subiungũt: sed per mel passularum intelligere debemus cum passulis confectum sicut etiam cõficitur cũ embelicis et anacardis et alijs rebus ⁊ modus ipsius est quod accipiantur passularũ mũdatarũ a fordibus eorũ. ʒ. iiij. aque cõmunis li. j. coquantur simul vsq; ad cõsumptionem aque: deinde fiat fortis expressio cui addatur mellis duplũ ponderis hoc est pro qualibet lib. j. carnium passularum addantur li. ij. mellis bene dispumati ⁊ iterum simul conquant vsq; ad necessitatẽ deinde deponatur ab igne: ⁊ vsui reserua in vase vitreato id erit mel passulatũ: si etiã mel mirtinũ facere volueris de modo ipsius docet Nicolaus in fine diacodion vt ostensum fuit.

Loch. de papauere [illegible] diapapauer. ℞. papaueris albi. ʒ. xxv. amigdalarũ dulciun[illegible] excorticarum granorũ pini gummi arabici. draganti succi liquiritie ana. ʒ. x. amij. ʒ. iiij. seminis portulace seminis lactuce: seminis citoniorũ an. ʒ. iiij. croci. ʒ. j. penidiorũ alborũ. ℥. iiij. sirupi de papauere quãtum sufficit etiã sit proprie sirup⁹ ex capitib⁹ papaueris albi ⁊ nigri ⁊ semine lactuce ⁊ violis.

¶ Loch de papauere ẽm intentionem Mesue est diapapauer: sed ẽm intentionem apothecarior aliud est loch de papa. aliud est diapapauer. tamẽ vnum pro alio potest dari. Ipse in sua practica describit multas descriptiones diapapaueris: vt in ea. de tussi ⁊ in. c. de fluxu sanguinis ab aure: sed non sunt in vsu: alia vero descriptio est quam nos habem⁹ in vsu et ex auctoritate Nico. de quo supra Auicen. in. v. can. habet vnam descriptionem loch de papauere sed nõ sunt idem: ista vero est nobilior illa.

Loch de squilla. ℞. squlle mellis dispumati partes cõuenientes: decoquantur in substãtia loch: ⁊ accipiatur sic lãbendo.

¶ Istud loch apđ nos est multum in vsu. idem Mesue describit aliam descriptionem in capi. de tussi humida sed eadem est. Aui. in. v. can. habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Squilla apud Aui. in. ij. can. est cepe muris eo quod interficit mures. circa instans squilla alio noie cepa marina d: illa q̃ sola reperit nisi sit plantata mortifera est. Succus aũt sqlle isto mõ fit. op3 vt mundet sqlla cũ cultello ligneo ex corticib⁹ supiorib⁹. ⁊ postea: inuoluat illa recte i pasta facta ex farina frumẽti vl chersene. i. siliginis ẽ3 albuchasi3: ⁊ ponat i furno panis tẽperato nõ nimis calido, nec nimis frigido ⁊ ibi dimittat vsq; q̃ postea erit cocta. deinde extrahat: et accipiãtur lamme squille ita calide. ⁊ habeas paratũ mortariũ lapideũ calidũ cũ pistello ligneo ⁊ [illegible]ne cõtundantur. postea cũ petia lini subtilis exprimantur fortite[illegible] succus extrahatur.

Loch de alt[illegible]cera vale[illegible]icut loch de squilla, et eius modus est sicut in illo: et est medicamen expertum.

¶ Istud loch de alsescera non est in vsu. ideo non est necesse vt ipsum describam. fescera vero ẽm Mesue est vitis al[illegible]a. que alio nomine briona vocat. hec apud Dia. voca[illegible]r ampellos leuce: ⁊ apud herbaticos cucurbita siluestris dicitur.

Loch sanũ ⁊ expertum. ℞. cinamomi: isopi sicce: liquiritie an. ℥. ʒ. iuiube: sebestẽ an. nũero. xxx. passularũ enucleatarũ: ficuũ siccarum. ⁊ dactilorũ pinguiũ an. ℥. ij. fenu. greci. ʒ. v. capillorũ veneris. M. j. anisi: feniculi: ireos calamẽti: seminis lini an. ʒ. iiij. hec omnia coquant in lib. iiij. aque vsq; dum remaneãt li. ij. ⁊ proijciant sup ea penidiorũ lib. ij. ⁊ coquãtur ⁊ impinguẽtur vsq; ad spissitudinẽ mellis: deinde proijciant super eum pinea[illegible]dataru. ʒ. v. amigdalarũ mundatarum: liquiritie: draganti: gummi arabici: amili an. ʒ. iij. ireos. ʒ. ij. misceãtur omnia ⁊ agitentur vsq; dum medicamen maceret et album fiat: ⁊ reserua[illegible]

¶ Istud loch apud nos est multum in vsu ⁊ est sanũ ⁊ expertum ad tussim ⁊ ad raucedinem vocis.

Loch ad caliditatem ⁊ asperitatem pectoris. accipe radi. liquiritie. ʒ. xv. chesmes: pinguiũ. ℥. ij. sebestẽ: iuiube an. ʒ. xv. decoquantur cũ facilitate cũ quatuor li. aq̃ vsq; ad lib. j. ⁊ proijciatur sup ipsum cassie[illegible]. ʒ. j. deinde colent a scosis ⁊ proijciãtur superillud rob. ℥. iiij. penidiarum lib. ʒ. deinde coquãtur donec impinguẽtur: deinde misceantur cũ eis farine fabarum. ℥. ij. ⁊ labatur ex eo.

Loch ad caliditatẽ ⁊ asperi[illegible]atẽ pectoris.

et ad tussim calidam: sed non est in vsu.

¶ Chesmes sunt: passule sine ossibus. et meliores ex eis sunt ille que veniunt de oriente que satis sunt note.

Loch aliud ex intentione nostra hoc non est in vsu: simplicia tamen que sunt declaranda declarabo.

¶ Per tria grana secundum quosdã: intelliguntur tria semina ex seminibus quatuor maiorib⁹ frigidis. s. semina melonis citruli ⁊ cucumeris: et quãdo reperitur quatuor granorum vt est in trifera persica quatuor semina communia maiora frigida intelliguntur. s. melonis citruli cucumeris et cucurbite.

Loch bonũ conferẽs ethicis ⁊ cõsumptis ⁊ ptisicis. ℞. papaueris albi: spodij. semis lini torrefacti: croci amigdalarũ dulciũ añ. ʒ. ij. amili dragagãti gũmi. s. gũmi arabi. seminis citoniorũ: semis citruli: qđ est spẽs cucumeris añ. ʒ. vj. granorũ nasturtij coctorum: amigdalarũ amararũ fabarũ añ. ʒ. j. ß. penidiorũ. ʒ. lx. dissoluãtur penidi[illegible] in aqua fontiũ ⁊ coquãtur ⁊ c[illegible]iãtur cũ eis ⁊c.

¶ Istud loch in vrbe Ticinensi non e[illegible] valde in vsu: sed in vrbe Mediolani magis: ipse Mes. in cap. de ptisi: qua si in fine habet vnã descriptionem ex auctoritate sabor qđ dicit loch cõferens ptisicis ⁊ cõsumptis: sed nõ sunt eadẽ: nec fit secundum illã descriptionem.

¶ Granis nasturtij cõtrariũ euenit ei qđ aduenit ligno aloes nã istud per decoctionẽ debilitat: immo extinguit. illa vero fiunt virtuosiora: nasturtiũ vero apud [illegible]iasc. vocat cardamus. Gal. in. vj. simpliciũ inquit cardam⁹. i. crocus ortulanus ⁊ est ex herbis spinosis. hic textus Gal. nõ videt bene sonare: sed credo q̃ fuit error scriptoris. nã ipsemet in septimo inquit cardam⁹. i. nasturtiũ: ⁊ sic est secundum veritatẽ: sed sicut dicit cardamũ debet dicere cartamũ. i. crocũ hortulanũ. Mesue inquit grano ⁊ nasturtij coctorũ nõ intelligitur q̃ debeãt coqui in aqua: sed intelligitur q̃ sint bene cocta. i. matura ad solem.

Loch ad asma bonũ. ℞. squille assate. ʒ. iij. radicis lilij celestis. ʒ. ij. [illegible]opi: pressij: id est marubij añ. ʒ. j. mi[illegible]e: croci añ. ʒ. j. ß. confice cum melle et fiat.

¶ Istud loch apud nos est multum in vsu. idẽ in capi. de asmate habet vnã aliã descriptionem ex auctoritate Jo. Sera. que eadem est: de modo assandi s[illegible]ill[illegible] vide supra vbi ostensum fuit.

Loch de amigdalis. ℞. amigdalarũ dulciũ ⁊ amararũ seminis lini torrefacti: granorũ pini anisi dragagãti [illegible]ũmi arabici: succi liquiritie et radicis eius ana. ʒ. j. ß. zuccari penidiorum añ. ʒ. iij. conficiantur cũ melle: ⁊ succi feniculi: ⁊ succi apij: prius bullitoruz quãtitate sufficienti.

¶ Istud loch apud nos est in vsu. Amigdala scđm Isi. apud grecos idẽ sonat q̃ latine nux lõga: hãc alij nucli cã vocãt q̃si minorẽ nucẽ. amigdala etiã pro morbo aliqñ accipit: ⁊ s[illegible]nt due eminẽtie iuxta radicẽ ligue i faucibus similes capitib⁹ mammillarum: et dicũtur brãci.

¶ Secundum eundem in sua practica.

Loch de aleis in. c. de tussi hũida. ℞. aleorũ mundatorũ li. ß. ⁊ elixa ea in aqua decoctionis cicerũ: ⁊ ysopi sicce vsq; dũ sint bene decocta: deĩde [illegible]ẽtur ⁊ terãtur alea sicut medulla: ⁊ proijce sup ea mellis ⁊ butiri añ. ʒ. vj. ⁊ decoquant lento [illegible]gne vsq; ad terminũ loch: ⁊ vtere bonum est.

¶ Istud loch apud nos nõ est in vsu. Aleũ secundum Isi. in. c. de oleribus dicit aleũ dictũ q̃ oleat vlpicũ appellatũ q̃ olei odorẽ habeat. Papias iquit. aleũ dictũ q̃ oleat: cuius odorẽ venenata ferre nõ sustinẽt: leo quoq; ⁊ pardus fugiũt: corporib⁹ tñ humanis salubre est: nã sui calore deducit ⁊ interius medicatur doloribus oculis vero in cibo crebrius sumptũ caliginẽ inducit. Aui. in. v. cano. habet vnam aliã descriptionem que eadẽ est.

Loch de caulibus in eodẽ capi. ℞. succi cauliũ lib. v. lento igne coque auferendo spumã eius vsq; duz redeat ad lib. ij. deinde coquatus cũ rob. i. musto cocto siue sapa: mellis li. j. vsq; dum ingrossetur: ⁊ bonum est.

¶ Istud loch apud nos est multũ in vsu. Jo. Serap. in suo breuiario i. c. de ptisi absq; febre hz vnã aliã descriptionem. ⁊ fere eadem est.

¶ Caulis a greco caulos qđ ẽ hasta hastile ⁊ virga virilis. s. veretrum: vnde caulis est tirsus cuiuslibet plante. Isid. inq̃t caulis est gñaliter herbarũ ⁊ olerũ medius frutex qui vulgo tirsus dicit q̃ a terra sursum cõscendat. est aũt gñale nomẽ: ois em̃ frutex caulis dr. cauliũ aũt genera quinq; cumanũ. s. pompelanũ arcinũ sabellicum brucium: apud Dia. caulis vocatur brasica.

Loch de pulmõe vulpis i ca. de ptisi. ℞. pulmonis vulpis sicci. succi liquiritie: capillorũ veneris semis feniculi añ. ʒ. iij. cõfice cũ zuccaro decocto cũ aqua quãtũ sufficit: ⁊ qñ cõficit cũ rob mirtino. ⁊ ẽ cõfortatiuũ ampli⁹.

¶ Istud loch apud nos est multũ in vsu: secundum intentionẽ Mesue ⁊ est medicamen galeni. Aui. decima tertij in cap. de cura vlcerũ pectoris et cura ptisis habet vnam aliã descriptionẽ: que est eadẽ: sed lumẽ male lucens inquit. loch de pulmone vulpis magistrale. videlicet qđ nõ reperit ab auctoribus: sed falsa est opinio sua: nam vide qđ sua descriptio est eadẽ cum ista. preterea Nicolaus florentinus libro. iij. in ca. de catarro ⁊ coriza ponit ad literã loch de pulmone vulpis: ⁊ ibi nec addit vł minuit aliquid: immo est eadem descriptio. Pulmonez vulpis anteq; administretur in medicinis oportet primo preparari: ⁊ modus eius est q̃ accipias pulmonem vulpis ⁊ mundet optime ⁊ incidatur per venas: postea abluatur cũ vino albo odorifero parũ calido: hoc fiat tñ q̃ pulmo vulpis efficiatur sine putredine: postea ponatur in olla ⁊ exiccetur i furno leniter calido: ⁊ post ipsius exsiccationem reseruet sed prius inuoluatur cum absinthio ⁊ vtere vbi oportet. Diascorides ait. pulmo vulpis cũ vino nigro asmati[illegible]s subueuit.

¶ Uulpes est animal satis notũ. Isido dicit vulpes dicta qu[illegible] volupes: est em̃ volubilis pedibus: ⁊ nunq; rectis itineribus: sed tortuosis anfractibus currit: fraudulentũ animal insidijsq; decipiens. nã dũ non habuerit escã fingit mortẽ: ad eamq; descẽdentes quasi ad cadauer volucres rapit ⁊ deuorat: hoc apđ arabes vocatur thaleb. Sera. in ca. de amigdalis inquit ⁊ qñ vulpes comedit amigdalã amarã cũ aliquo cibo moritur. Mesue ac Aui. volũt q̃ predictũ loch cõficiatur cũ zuccaro: sed hodie generał cõficitur cũ melle: etiã Nico. vult q̃ cõficiatur cũ zuccaro. Mesue inquit etiã si conficitur cum rob mirtino est confortatiuum optimum.

Loch de semine lini ad illum qui tussit in antidotario. Jo. Sera. ℞. se. lini torrefacti. ʒ. iiij. confice cum melle. et fiat loch.

¶ Istud loch est multū in vsu: tñ ego vidi ipsum fieri ex farina seminis lini nō torrefacti ⁊ melle ⁊ est mirabile ad tussim puerorum. Auicē. in. v. [illegible] cañ. in tractatu. v. de alohocat. ad spumalia habet loch ad tussim siccā: ⁊ est idē cū descriptione Sera. Linū. s. semē medicine aptū ad multa. Isi. in cap. de linis inquit. linū ex terra spē mittenti oritur. de fluxu nēq nomen eius ex greco est. nā linū greci linarin dicūt siue q sit molle ⁊ lene. Petrus de crescētijs in. c. de canabis dicit q est de natura lini: torrefit autem semen lini sicut alia semina.

Loch albothin ſm Aui. in. v. cañ. ℞. seis lini torrefacti: passularū mundatarū añ. lib. j. amigdalarū pini ⁊ amigdalarum dulciū amigdalarū amararū mundatarū añ. ℥. vj. auellanarū torrefactarū: glutinis albotin: radicum lilij celestis. i. ireos añ. ℥. j. myrrhe: croci: thuris masculi añ. ℥. ß. tere ⁊ cribelletur ⁊ inuoluātur cū lacte asinino: ⁊ cōficiatur cum eo: ⁊ fiant trocisci: ⁊ exiccētur in vmbra: deinde terātur ⁊ conficiātur cum melle.

¶ Istud loch apud nos non est in vsu.

¶ Albothim vero terbētina q̄ alio noie largatū dicitur: ⁊ granū ipsius ſm Aui. in. ij. cañ. vocatur granū viride ſm circa instans terbentina melior est albida vel citrina ⁊ clara sine putredine: p centuz annos seruatur. Sera. in ca. de terebinto dicit q sunt due species. s. domestica ⁊ siluestris domestica est bothin secūdum veritatē et fructus eius est granum viride ⁊ siluestris est lentiscus. ⁊ ambe habent gummi. Gal. in suis secretis in. c. de dolore ⁊ capitis ⁊ splenis ⁊ multorū aliorum inquit cere elechalimbac. i. terebentina vel albotin.

¶ Amigdale pini sunt grana ipsius vel semina que alio noie nuclei pinearū dicūtur greci vero dicunt strobilia.

¶ Loch de farfara magistrale. ℞. radicuz farfare. ℥. vj. lauent bene a sordibus earū: deinde bulliāt bene donec sint bene cocte: deinde bñ pistent prius cū dicta aqua. dissoluāt zuccari li. j. ß. coquant vsq ad formā electuarij: deinde addat pinearum mundatarū. ℥. j. ß. passularū. ℥. ij. pistent in mortario lapideo et misce cū sirupo suprascripto: deinde adde croci gariofilorū añ. ℈. ß. succi liquiritie. ʒ. j. gra. xv. cinamomi macis añ. ℈. j. misce: ⁊ fiat loch in forma bona.

¶ Hoc medicamē in papia nō est in vsu. imo magis est in vsu in partibus mediolanensib⁹. sed descriptio ipsius ab autorib⁹ non reperitur: farfara vo ſm modernos est vngula caballina siue vt alij dardanam vocāt. species ipsius due sunt vna est [illegible] prime dicta altera vocata nenufar vtraq in aquis nascitur: vna cum flore albo: altera cum flore rubeo. vt dictum fuit supra in [illegible]ectuario de farfara.

¶ Perfecimus fāutore domino fectionem de loch. prosequamur nunc circa fectionem siruporum ⁊ iuleb: prestet igitur almus nobis gratiam et sub vmbra alarum suarum protegat nos. De iuleb. sirupis acrob ſm do. Mesue et alios doctores per ordinem: si deus voluerit describam que sunt in vsu: et que non.

Modus operationis iuleb cōferentis aduestioni febriū. ℞. aque infusionis rosarū lib. v. zuccari lib. iiij. coquātur cū facilitate: ⁊ administretur cum aqua frigida.

¶ Iuleb. vel iulep. arabice est sirup⁹ simplex ex sola aq̄ ⁊ zuccaro vel adhibita aliquā parte aque rosacee: vt inquit Ioan. Serapi. in septimo Gentilis sup. v. cañ. Aui. dicit iulep. arabice iuleb grece est sirupus ex sola aqua rosata vel cōmuni ⁊ zuccaro. istud iulep apud nos est multum in vsu. sed non vtimur sub nomine iuleb. veruz est q facimus ⁊ facere debemus et vtimur sub nomine sirupi rosati ex infusione rosarum: ⁊ predictam infusionem ipse docet inferi⁹ quādo vo medicus ordinat iuleb nō intelligitur de ista descriptiōe sed illud iuleb quo vtimur apparebit infra sub noie iuleb aliud rosarū. Nicolaus ponit sirupū rosatum cuius infusio eadē est cum illa Mesue: tamen in dosi non concordant.

¶ Infusio rosarū est illa quam docet idem sub nomine operatio infusionis rosarum aut violarum.

Operatio infusionis rosarū aut violarū. ℞. foliorum rosarū aut violarum recentiū lib. vj. ponātur in vase vitreato terreo stricti orificij: ⁊ fundant sup ea aq̄ calide li. xv. ⁊ stringat orificiū vasis: ⁊ dimittat per horas. viij. tūc denuo colent: ⁊ in vase iterū tantūdē foliorum rosarū recentiū: aut violarū immittātur: ⁊ denuo eadez aq[illegible]a calefacta sup ea mittatur et stringat ori[illegible]iū simil[illegible]r. viij. horas: deinde coletur: et si cōseruare volueris ponat in vase vitreato stricti orificij: et distillet oleuz in orificio eius ⁊ stringat caput ei⁹ ⁊ exponatur soli dieb⁹. xl. ⁊ dr illud mucharus rosarū aut [illegible]iola. Hec opatio infusionis rosarum: aut violarū est illa de qua fit sirupus rosatus ex infusiōe rosarū: etiā illo modo fit infusio violarū pro faciēdo sirupū violatū ex infusione violarū vt dictū fuit supra: et qñ pdicta infusio est cōpleta potest cōseruari in vase vitreo et nō in vase terreo: qr putrefit: ⁊ in hac infusione zuccaro di[illegible]oluto ⁊ cocto ſm artē possunt fieri cōfectiones: ⁊ alia: vt est diarodon descriptione cōmuni: ⁊ ita de alijs. Modus iuleb violati cōferens ad febrē ⁊ inflāmationem ⁊ asperitatē pectoris ⁊ tussim ⁊ pleuresim. [illegible] opatio est sicut iuleb rosati.

¶ Iuleb vt dictum fuit est sirupus simplex ex sola aqua et zuccaro: ⁊ propter id dñs Mesue dicit. iuleb violatū quod fit ex infusione violarū: et nos facimus ⁊ nominamus sirupum violatum ex infusione violarū et ei⁹ modus est sicut modus sirupi [illegible]ati hoc est q pro lib. v. infusionis violarum addantur lib. iiij. zuccari: et fiat sirupus violatus ex infusione: et est ille de quo intelligitur quādo medicus ordinat iuleb violatum simpliciter. infra apparebit vna alia descriptio que vocatur sirupus violatus cōpositus qui etiam in vsu est. etiā apparebit aliud iuleb rosatum vel violatum ⁊ fit vterq ex aquis distillatis ⁊ non per infusionem.

Iuleb aliud rosatum. ℞. aque rosa. lib. iiij. zucca. lib. ij. et fiat iuleb.

¶ Istud iuleb quod fit ex aqua rosata distillata ab alembico est ille quo vtimur pro iuleb rosato et est ille de quo intelligitur quando absolute ponitur: due descriptiones iuleb posite fuerunt que fiunt ex infusione florum sicut rosarum siue violarum et nominantur suo nomine. Auicenna in quinto canoñ. etiam docet facere iuleb cū aqua rosata.

Julebviolatum. ℞.aque violarũ libras.iij. zuccari.libras.ij.coquantur:ꝛ fiat vt supra.

¶ Simili mõ iste iuleb debet fieri ex aqua violarũ distillata sicut fit iuleb rosatũ qđ etiã in vsu est in fundo vasis iuleb violati vel rosati aliqñ inuenitur zuccarũ induratũ in fundo vasis:qđ vocant moderni candum violatum vel rosatum.

Juleb alchesmes ẜm eundem in sua practica cap.sermo in aqua cicerum ꝛc.℞.alchesmes et decoquãtur in aqua decoctione sufficiẽti:ꝛ recipe huius aque partem vnã penidiorũ:partem.ʒ.decoquãtur vsqꝫ dũ sufficit ẜm eundẽ modũ fiat iuleb qđ in vsu non est.

¶ Alchesmes vel chesmes scriptũ hic cũ litera.s.sunt passule sine arulis:ſꝫ cermes scriptũ cũ r.est grana cũ q̃ tinguntur panni:ꝛ apud Dia.vocatur coccus.

Sirup⁹ de pomis. ℞.succi pomorũ dulciũ ꝛ acetosorũ añ.li.v.coquat᷑ succus vsqꝫ ad cõsumptionẽ medietatis ipsi⁹:ꝛ dimittatur ꝑ dies.ij.vsqꝫ dũ clarescat:deinde colet᷑ ꝛ cum li.iiij.zuccari:fiat [illegible]up⁹:ꝛ sunt qui submergũt in succo setã tinctã ex chermes.i.granis cum quibus tingũtur pãni ante succi depurationem vsqꝫ dũ fit rubea ꝛ recipiat virtutem tincture.ꝛ est excellentior.

¶ Iste sirup⁹ apud nos est multũ in vsu et maxime ẜm istam descriptionẽ qua dicit᷑ sirupus de succo [illegible]morũ:vel sirupus de pomis simplex ad differentiã alterius descriptionis que vocat᷑ de pomis ꝯpositus:de quo infra.

¶ Succus ẜm Isidorũ in cap.de potu dictus est ꝙ succo exprimatur vt ꝓtisane.Plinius in cap.de generibus succorũ ꝛ de odore ait interim que sunt cõmunia ex pomis oibus succis saporũ genera tres ꝛ decẽ reperiũtur dulcis suauis pinguis amarus austerus acer acutus acerbus albus salsus ꝛc.

¶ Mesue inq̃t ꝙ sunt aliqui qui submergũt setã tinctã ex chermes in isto sirupo:ꝛ est excellẽtior:sed raro apud apothecarios fit per illum m[illegible]um.

Sirupus de piris modus eius est sicut sirupi de pomis:sed non est in vsu.

¶ Auicen in quinto canonis habet vnã aliã descriptionem q̃ eadẽ est.idẽ in quarto cano.in fen.prima in ca.de cura morbili laudat ipsuꝫ sub noie sirupi [illegible]:nã altelea vt exponitur in suis sinonimis sunt pira ꝛ sirupus de altelea.i.de piris:vt exponit etiã Jo.arculanus super illo passu.

¶ Pirus vocata videt᷑ qđ ĩ ignis speciẽ formata:nã hoc genus pomi ab amplo incipit:ꝛ in angustum finit sicut ignis.pirus autem arbo[illegible]fructus eius pira sunt.

Sirup⁹ de citonijs valet sicut sirupus de piris ꝛ est idem mod⁹ vtriusqꝫ hoc est ꝓ qualibet lib.j.succi citoniorũ purificati adde li.j.ʒ.zuccari:ꝛ fiat ẜm artem et vocetur sirupus de succo citoniorum.

¶ Citoniũ ꝟo est fructus satis notus.Mesue hꝫ hic sirupũ de cito[illegible]:qui apđ quosdã est mina citonioꝝ simplex.tñ idẽ iterũ ponit descriptionẽ mine citoniorũ q̃ potest fieri cũ speciebus ꝛ sine speciebus.Aui.in quinto distinctione de sirupis hꝫ sirupũ de citonijs:ꝛ dicit quod est mina.quidam sapiẽtes dixerunt quod si necessitas fuerit in operando loco sirupi de succo citoniorum potest dari mina citoniorum sine speciebus:tamen differunt inter se.

Sirupus de succo acetose. ℞.succi acetose purificati lib.iij.zuccar.lib.ij.et fiat sirupus ẜm artem.

¶ Iste sirupus est multũ in vsu.Acetosa vero est herba satis nota:cuius ortus est in pratis folia ipsius dũ sunt viridia manducantur.apud Dia.ꝛ Serap.vocatur lapaciũ sicut patet si legatur vtriusqꝫ ca.de lapacio cum acetosis apđ Aui.Gul.placẽ.inq̃t ribes.i.acetosa vl' acetosella.hic textus Guliel.est falsus.nã ribes non est acetosa.sicut pꝫ ꝑ Ser.ac Aui.q̃ de vtraqꝫ.c.faciũt.verũ ad necessitatẽ vnum ꝓ alio potest poni:tñ idem non sunt.

Sirupus de succo cucurbite. ℞.cucurbitã magnam.ꝛ inuoluatur pasta ꝛ decoquat᷑ in furno:ꝛ recipe expressionis ei⁹ lib.v.zuccari albi lib.iij.misce ꝛ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus nõ est valde in vsu.Cõcurbita ꝟo cõmuniter satis est nota:reperitur alia cucurbita dicta siluestris apud herbaticos:et hec apud Diasco.vocat᷑ ampellos ieuce.i.brionia.

Sirupus de granatis acetosis valet ꝯtra febres colericas.℞.succi granatorũ acetosorum purificatorũ lib.v.zuccca.albi li.iij.fiat sirupus secundum artem.

¶ Iste sirup⁹ ẜm plurimũ est ille qui nobis est in vsu.tñ q꞉ idẽ describit vnam aliam de granatis dulcibus ambas describam.

¶ Granatũ malum.i.pomum granatũ.Serap.capi.de granatis ex auctoritate Gal.inquit ꝙ sunt ex eis acetosa ꝛ dulcia et virtus cuiusqꝫ eorũ est ẜm suũ saporẽ.ꝛ sapor totius granati ꝛ granorũ ipsius est plus stipticus ꝙ̃ sapor succi eius et pluris desiccationis.reperit᷑ aliud granatuꝫ:cuius sapor est muzus.s.cuius sapor est mixtus ex dulcedine ꝛ acetositate.

Sirupus de granatis dulcib⁹. ℞.succi granatorum dulciũ purificatoꝝ lib.v.zuccari li.iij.ꝛ fiat vt supra:sed sunt qui immergunt in suco setã tinctã ex chermes.i.grana cũ qua tingunt᷑ pãni:ꝛ est excellẽtior inter has duas descriptiones sirupi de granatis:sed secũdũ plures prima est nobilior.

¶ Petrus de crescentijs inquit mala punica sunt mala granata q̃ nota sunt ex quib⁹ quedã sunt dulcia:quedã acria siue acetosa quedaꝫ mediocris saporis inter dulce ꝛ acre composita.

Sirupus de corticib⁹ citri. ℞.corticũ pomorũ citri recentiũ lib.j.decoq̃ cũ libris.v.aque fontiũ vsqꝫ ad ꝯsumptionẽ duarũ partiũ:et cũ lib.j.zuccari fiat sirupus ꝛ cõdiatur.i.aromatizet᷑ cũ granis.iiij.musci ꝛ sunt qui in iuleb [illegible]ijciũt ex corticibus citroꝝ partes cõueniẽtes et proprie qñ vicinatur cõplexioni cocture eius est delectabilis:ꝛ qñ submergit᷑ in aqua decoctionis citri seta tincta ex chermes.i.granis tinctorum tũc est excellentior.

¶ Iste sirup⁹ apđ nos est in vsu:citrũ vero apđ arabes vocatur hateogi.Serapio in.c.de citro ait ex autoritate Gal.fruct⁹ hui⁹ arboris noiatur in greco pomũ aq̃.Itẽ in.vij.inq̃t mille medica.i.citrus huius fructus nondũ pomum medicum sed citrum ab omnibus nominatuꝫ.

Sirup⁹ de acetositate citri. ℞.succi acetositatis citri lib.xij.decoq̃ in vase vitreato sup

prunas

prunas cũ facilitate vsq; dũ cõsumatur tertia pars ipsi⁹: deinde coletur ⁊ dimittat͛ donec clarificet͛: et accipe ex eo qđ est clarũ lib. vij. et funde super ipsum ex iuleb claro ⁊ depurato. lib. v. et coquãtur donec inspissetur: si autem estas fuerit: dimittatur in sole donec acetositas consumatur.

¶ Iste sirupus de acetositate citri est multũ in vsu: ⁊ debz fieri cũ magna diligentia. apud nos generaliter faciũt ipsum hyemali tempore apud festum natiuitatis domini nostri iesu christi: q2 illo tempore citri deferuntur ex ianua ad nos: tunc faciũt sirupum.

Sirupus de agresta. modus operatiõis ei⁹ est sicut sirupi de acetositate citri: et quidam condiunt cum gariofolis.

¶ Iste sirupus est in vsu. auic. in quinto canonis habe vnã aliam descriptionẽ et est fere eadem. Etiã francisc⁹ de pedemõtiũ in. c. de cura. male cõplexionis stomachi cum materia simplicis ⁊ cõposite habet vnam aliã; descriptionem que eadem est cum illa. d. Auicen.

¶ Mesue dicit qđ modus operationis ei⁹ est sicut sirupi de acetositate citri. ⁊ si est quod accipiãtur lib. xij. succi vue acerbe ⁊ decoquãtur lento igne: vel ponantur ad solẽ vsq; ad cõsumptionẽ tertie partis: deinde coletur et dimittatur donec clarescat: tunc accipe ex eo. s. succo qñ erit clarus lib. vij. zuccari clarificati sicut iuleb li. v. ⁊ coquant͛ simul vsq; ad perfectã cocturã ⁊ reseruentur.

¶ Uue plura genera sed hic intelligunt͛ ille que in colore sunt citrine ⁊ russe. ⁊ dicũt sapiẽtes ꝙ predicte vue debent esse ex illis ex quibus fit agresta. Albucasim i tractatu scđo docet modum extrahendi succũ vue acerbe. Pet. de crescẽtijs inquit. agrestũ fit duplex liquidum et siccũ. agrestũ liquidũ fit hoc modo. cũ vue, sunt acerbe vsq; ad debitũ vel quasi, peruenerint ad augustũ colligũtur ⁊ pistãtur ⁊ in mastellũ vel tinã vel aliud vas ponũtur ad solem et eis aliquid de sale ponatur: postq; duos dies vel tres ad solem steterit accipiatur succus ⁊ repositus vsui reseruetur ⁊ quidam sal non ponunt. sed cũ comelius reseruat͛ ⁊c. ibi etiã docet facere agrestũ siccum.

Sirupus de granis mirti. ℞. succi granorũ mirti purificati lib. vij. zucca. albi lib. v. fiat sirupus s̃m artem.

¶ Iste sirupus apud nos est in vsu: mirtus est arbor: semen vero ipsius dicitur mirtillus: species eius due sunt scz alba ⁊ nigra. idẽ posses dicere domestica ⁊ agrestis: domestica vero est mirtus que semen nigrũ habet. agrestis est chubebe que alio nomine mirtus alba appellatur: et ambe sunt note.

Sirupus de albelac. ℞. albelac ⁊ enucleentur et cõterantur et coquantur vsq; ad consumptionem duarum partium ⁊ fiat sirup⁹ cum zuccaro s̃m artem.

¶ Iste sirupus apud nos nõ est in vsu. Io. Ser. in suo antidotario habet vnã aliã descriptionẽ albelac vel belac s̃m opinionẽ plurium doctorũ sunt dactili immaturi. alij dicunt qđ sunt anacardi: qđ ignoro. Mat. siluati. inquit. albelac est species dactilorũ. et sunt dactili immaturi. i. acetosi. Nico. florenti. in lib. iiij. in cap. de squinantia dicit albelac. id est aldela. i. dactili immaturi. et hec communis est opinio.

Sirupus de papauere. ℞. papaueris albi ⁊ nigri et proprie capitum eorũ. añ. ʒ. lx. et decoquantur in lib. iiij. aque pluuialis vsq; dũ redeat ad lib. j. ß. et cum zuccari albi: et penidiorum añ. ℥. iiij. et fiat sirupus.

¶ Iste sirupus s̃m intentionẽ doctorũ nõ est ille quo vtimur: sed ille quo vtimur est sirupus de papauere cõpositus cui⁹ descriptionẽ idẽ describit: de quo infra. Nico. habet vnã descriptionẽ: sed nõ est in vsu. Auicen. habet duas in. v. can. sed nõ cõcordant cũ ista: nec in vsu sunt. Miror ꝙ illud lumẽ vel verius tenebra apothecariorũ posuerit descriptionẽ sirupi de papauere ex autoritate Mesue: sed nõ cõcordat descriptio sua cũ illa dñi Mes. Rasis in lib. diuisionũ in ca. medicinarũ tussis asmatis ⁊ sanici habet vnã aliã descriptionẽ: sed non est eadem.

¶ Papauer quãdo simpliciter reperitur de semine papaueris albi intelligitur. Macer inquit. Dicunt vim gelidam siccãq; papaueris esse. Tres illi tribuũt spẽs. flos vnius albus. Alteri⁹ rube⁹ roseus pallẽsq; minoris flos est. hanc vulgo dicunt agreste papauer. Nobilior cunctis est semen que gerit albũ florem. ⁊ hoc est notum.

Sirupus dinarij et eius interpretatio est sirup⁹ de bisantijs. ℞. succi endiuie succi apij añ. li. ij. succi lupuli: succi boraginis aut buglose. añ. lib. j. bulliãt ebulitione vna ⁊ dispumentur ⁊ depurẽtur. ℞. eorũ depuratorũ li. iiij. zuccari tabarzet. i. albi lib. ij. ß. et coquat͛ cum facilitate donec fiat sirupus: et quãdoq; ad omnẽ par[tem] succi depurati ponitur aceti boni albi: ⁊ clari pars. ß. et quãdoq; bulliãt in succis foliorum rosarũ. ℥. ij. liquiritie. ℥. ß. spice. i. nardi. ʒ. ij. anisi feniculi: semis apij. ana. ʒ. iiij. et est mirabilis.

¶ Iste sirup⁹ est in vsu. sub noĩe sirupi de bisantijs: nõ autẽ dicitur sirupus de bisantijs qđ in ipso blacte bisantie ingrediuntur. sed potest dici de bisantijs a loco quodam nominato bizantiũ in confinio macedonie: vt dicit genti. super. v. can. A. Diaf. autẽ in ca. de purpurea marina. i. blacta bizãtia ait qđ bizantiũ est quidã locus in quo primũ inuenta fuit blacta bizantia. ⁊ ideo bizãtia a quodã loco potest appellari. Papias etiã dicit bizantium est vrbs thracie a pausania rege spartanorũ cõdita: post a cõstantino principe in maius aucta cõstantinopolis nũcupata. est totius caput orientis. Ioã. tortelius inquit. bizantiũ [...] cũ y greco sequẽte cõsonante. penultima cum t exili. et i. latino scribit͛. vrbs est tracie maritima a pausania spartanorũ rege prius condita. vt testatur iustinus libro suo epithomatis nono. nũc vero cõstantinopolis a constãtino imperatore qui eam adauxit ⁊ exornauit vocatur. idẽ etiã notat supplementum [cro]nicarũ lib. iiij. etiã alio vocabulo potest dici ꝙ bizan[tium] [...] genus denarij vel ducati. Unde guarinus veronẽsis ait. bizantiũ vel bizante olim dicta est constãtinopolis. inde bizantius bizãtia bizantiũ. vel bizante⁹ bizantea bizanteũ. i. constãtinopolitanus. hinc etiam adhuc moneta istius ciuitatis dicit͛ hic bizanteus. vel hic bizantius. ⁊ sic Mesue vult ꝙ per bizantiũ intelligamus denarium ⁊ hoc q2 iste [sir]upus apud medicos est charissimus. et etiã apud infirmos ꝓpter vtilitatẽ que reperitur in ipso sicut bizantij vel denarij sunt charissimi apud homines. ⁊ iste sirup⁹ potest fieri cũ aceto ⁊ sine: sed sine aceto est magis in vsu.

¶ Si autẽ sirupũ de bizantijs cũ aceto facere volueris addatur ꝓ qualibet lib. sirupi de bizãtijs sine aceto lib. semis aceti boni: ⁊ iterũ coquatur qđ tunc appellatur sirupus de bizãtijs cũ aceto. sed quãdo doctor ordinat sirupum de bizantijs simpliciter de illo qui fit sine aceto intelligitur ⁊ illos succos qui in ipso ingrediũtur oportet conseruare per totum annum ad necessitatẽ trociscorum de eupatorio ac aliorum.

Sirupus acetosus. ℞. zucca. boni albi li. v. et funde super illud in vase lapideo aque fontium dulcis ⁊ clare lib. iiij. et [c]oquat͛ semp

abijciendo ſpumam eius et ſit ignis in quo coquitur prunarū aut tenuis flāme ſine fumo ⁊ decoque hoc modo donec clarificetur ⁊ diminuta ſit aqua ſicut medietas ei⁹: dein de funde ſuper ipſum aceti vini albi clari li. ij. in leui ⁊ forti lib. iiij. ⁊ in mediocri lib. iij. ⁊ da ei poſt illud perfectionem ⁊ cocturam.

¶ Iſte ſirupus eſt multum in vſu. Meſue dicit ſermo. in ſirupo acetoſo dicēs ꝙ iam magnificata eſt inter verificatores virtus ſirupi acetoſi. ⁊ excellētia eius. ſ. in cōitate et poſſe ipſius in materias calidas ⁊ frigidas ⁊ ſubtiles ⁊ groſſas ⁊ viſcoſas ſiue adherentes ⁊c. iſte eſt ſirup⁹ acetoſus ſimplex. Sale. in lib. ſecretorū habet vnam deſcriptionem ſirupi acetoſi qua pſeruatur ſanitas corporis. ſed non ſunt idem. Auicen. in. v. habet multas deſcriptiones ſed non ſunt in vſu.

¶ Acetū i. oxos. oxi vero grece eſt acutū. Sera. in ca. de aceto ex autoritate Diaſ. dicit ꝙ infrigidat ⁊ ſtipticat ⁊ eſt bonū ſtomacho. ⁊ puocat appetitū. Pet. de creſcentijs docet qualiter fit acetū ⁊ de virtute eius. Liber qui dicit albuchaſis in trac. ij. ca. de preparatione medicinarum que fit ex plātis inquit. modus diſtillandi aquā ex ſquilla que occidit mures et que ponitur in medicinis ex qua fit ſirupus acetoſus hic intelligitur ꝙ ex aqua diſtillata ex ſquilla debet fieri ſirupus acetoſus. ſed iſta nō eſt intētio dñi Meſue ipſe dicit aceti vini albi clari et nō dicit aquā factā ex ſquillis vt vult Albuchaſis. Sale. in ſuis ſecretis dicit ſatureli. i. acetū acetoſum. et hoc eſt in ca. de ſtrictura anhelitus. ⁊ doloris ſtomachi.

Sirupus acetoſus cum radicibus. ℞. aque fontiū clare lib. x. pijce ſup ipſam radicis feniculi. apij endiuie. añ. ℥. iij. aniſi ſeminis feniculi apij. añ. ℥. viij. ſeminis endiuie. ℥. 5. coquatur cū facilitate vſqꝫ dū veniat ad lib. v. tūc pijce ſuper ipſam zuccari boni lib. iij. et clarificet ſicut pri⁹. deinde funde ſup ipſam aceti boni quātitatem ſufficientē iuxta modum ſuperioris doctrine ⁊ da vbi oportet.

¶ Iſte ſirupus eſt in vſu: ſed [illegible] vtimur ſub noie ſirupi acetoſi cū radicibus [illegible] aliter faciūt ⁊ facere debēt apothecarij ſub noie ſirupi acetoſi cōpoſiti vel ſub noie ſirupi de duab⁹ radicibus tñ Meſue habet tres radices qđ nō eſt cōſonū. ſed error hic eſt ꝙ radices cōmunes ſunt ad numerum quinqꝫ videlicet feniculi: apij: petroſilij: bruſci ⁊ ſparagi. de quarū ex iſtis quinqꝫ n[illegible] ingrediuntur in iſto ſirupo: ⁊ propter id nominatur ſirupus de duabus radicibus: endiuia vero non ponitur in numero iſtarum quinqꝫ.

Sirupus de cannis. ℞. ſucci granorū dulcium lib. iij. aque [illegible]lorum de ſeni et aqua cancarum zuccari aut penidiorum añ. lib. j. 5. et fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus nō eſt in vſu. Meſue habet ſirupum de cannis ſ. de canna de qua fit zuccarū. quidā mel canne vocāt hec in ſicilie partibus reperit ſicilia inſula eſt pe ſardiniā ab oriente cingitur mari adriatico. a meridie africo ⁊ ab occidente. forma cannarum zuccari eſt ſicut forme cannarū mellice foris ⁊ intus. ſꝫ ſi cāna mellis dulcē guſtum reddit. cāna vero melice hꝫ ɔtrarium.

¶ Malum ſeni ſiue mororum de ſeni ſunt moroni groſſi: de quo fit diamoron.

Sirupus de portulaca. ℞. ſucci endiuie cocti depurati lib. iiij. ſeminis portulace. ℥. xij. terātur ſemina ⁊ fundatur ſup ea ſuccus ⁊ dimittatur in vaſe lapideo per diē ⁊ noctē ⁊ coquatur cū facilitate vſqꝫ ad mediū: ⁊ addas zuccari lib. ij. fiat ſirupus ⁊ quandoqꝫ addit aceti lib. j. aut ſucci malorum granatorū acetoſorum lib. j. fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus nō eſt valde in vſu: ⁊ pōt fieri per duos modos vꝫ ſi accipiat ſucc⁹ endiuie coct⁹ ⁊ depuratus ⁊ addas zuccarū tūc eſt ſirupus de ſucco endiuie ſi aūt addas alia tunc eſt ſirupus de portulaca.

¶ Portulaca ſm circa inſtans habet maiorē efficatiā viridis ꝙ ſicca. Sera. c. de portulaca nominatur herba ſtulta parpitella. Hec apud Dia. vocat andragne. Macer ait. andragnis grece que portulaca latine dr hec vulgipes pulli more vocatur.

Sirupus de violis. ℞. violarū. ℥. ij. ſeminū citoniorum ſeminuꝫ malue añ. ʒ. viij. iuiube ſebeſtem añ. numero. xx. ⁊ coque cum lib. vj. aque cucurbite vſqꝫ ad tertiam partem: ⁊ cū lib. j. 5. zuccari fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus eſt in vſu ſub noie ſirupi de violis cōpoſiti. ſed qñ doctor ſimpliciter ponit Recipe ſirupi de violis: intelligitur de illo qui fit ex infuſione violarū cuius deſcriptionē vide ſupra. idem Meſue in ſua practica in c. ſermo in aqua cicerum. habet duas deſcriptiones: ſed iſta eſt nobilior illis.

¶ Viola ſm Meſue eſt medicina temperata cōueniens ⁊ fit per eam male qualitatis permutatio ⁊ nature ſolutio melior eſt quecunqꝫ eſt ex primis quā nō inuenit color reſoluens virtutem: aut pluuia diſſipans. Iſi. inquit viola propter vim odoris nomen accepit cuius genera ſunt tria ⁊ ſunt hec purpurea leuce. i. alba chein. i. viola citrina dicta ſaracenica ⁊ omnes ſunt note: ſcđm circa inſtans omni anno viola debet renouari.

¶ Malua. ſ. ſemē qđ ſatis eſt notū. Plini⁹ ait. Malue ſatiue ⁊ ſilueſtris duo ſunt genera. amplitudine foliorum diſcernunt maiorem greci malopē vocant in ſatiuis alterā a moliendo ventrē malabhē vacāte ſilueſtribus cuius grāde foliū ⁊ radices albe altera vocat ab excellentia effectus. Serap. capi. de malua dicit cubeze. i. malua. Aui. in ſcđo de cubeze cap. facit ⁊ inquit ꝙ eſt ſpecies malue et dicuntꝙ cubeze eſt ſilueſtris: ⁊ maluchia eſt domeſtica ⁊ cubeze quidē eſt ſpecies quedam que dicitur maluchia arborea ⁊ ipſa eſt altea ⁊ eſt olus iudaicum: et non eſt longum quin ſit ſpecies eius. et eſt melior que ſit in ipſa ⁊c.

Sirupus de iuiubis. ℞. iuiubarū lib. x. violarum: ſeminis malue. añ. ℥. v. capillorū veneris. ℥. j. ſeminum citoniorū papaueris ſcꝫ ſemen papaueris albi: melonis: lactuce: dragaganti. añ. ʒ. iij. liquiritie ordei mundi. añ. ʒ. viij. decoque in li. iiij. aque fontium: et cū li. ij. zucc. fiat ſirupus.

¶ I[illegible]ſirupus eſt in vſu: ⁊ maxime ſm iſtā deſcriptionē. Idem in ſua practica in capit. de aſmate habet vnā aliam deſcriptionē ex autoritate hamec: ⁊ eſt fere eadē: tamen iſta eſt nobilior illa.

¶ Iuiube apud Auicen. in ſexto cañ. meliores ſunt maiores earū. Dia. nota zizifa. ſed de forma ipſi⁹ nō loquitur. Aduenzoar in ca. de fractura oſſis cauſa doloris. dicit iuiube q̄ arabice dñr aupini hꝫ fructus ſicut cornu quod apud omnes ſatis eſt notum.

¶ Capill⁹ veneris ſm Meſue dicit apud quoſdā capillus fontiū: ⁊ dr capillus hois nemoralis capillus veneris vero eſt debilis in aqua et virtus eius cito tollitur.

Sirup⁹ đ papauere. Recipe papauerꝫ albi ⁊ nigri. añ. ʒ. l. capillorū veneris. ʒ. xv. liquie

ritie.ʒ.v.iuiube nūero.xxx.semis lactuce.ʒ.xl.semis malue: semis citonioꝝ añ.ʒ.vj.coquãt in li.iiij.aque vsq; ad duas ⁊ cū zuccaro ⁊ penidiorum.ana.℥.viij.fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est ille qui nobis scđm plurimū vsu venit: supra posita fuit alia descriptio ex auctoritate eiusdem: sed nō est ita in vsu.idem in ca.de tussi habet tres descriptiones sed non sunt in vsu nec eadem.

¶ Papauer sicut inuenitur in septimo simpliciū apud Gal.sunt multe species: nā inquit micon.i.papauer.sc; album micon caratides.i.papauer cornutū nominatū quidē, sic a fructu breuē conexionē habente sicut fenugrecum: vt assimiletur cornu bouino vocaẽ. ⁊ est aliud qđ dicitur micon: iracleia.i.papauer herculeum. vocaẽ autem ⁊ spumosum.quoniam totum albū est ⁊ spumosum.parum.secūdum circa instans semen papaueris albi ⁊ nigri seruatur per decem annos.

Sermo in aqua mellis. ℞.mellis boni ⁊ mūdi ꝓprie cui⁹ color est sicut color palee ⁊ qđ est iter tenue ⁊ spissum: ⁊ qđ est boni odoꝝ: ⁊ qđ modice acuitatis: ⁊ qđ nō est antiquū: ⁊ fit ei⁹ li.j.⁊ pone ipsum in vase lapideo aut vitreato: ⁊ funde sup ipm aq̃ font; dulcis: ⁊ clare.li.viij. Et coq̃ ipm cū facilitate: ⁊ auferaẽ spuma eius: ⁊ nō dimittaẽ sup ipm multiplicari: imo quamcito apparet auferaẽ.deinde coleẽ colatorio denso de panno ⁊ vtere ꝑm qđ ipse docet. Et sunt ex hoibus qui aromatizant illā cū specieb⁹ alefangineis: sicut zinzibere croco cinamomo: mace ⁊ similibus.⁊ sunt qui aromatizant cum galla muscata: ligno aloe ⁊ similibus.

¶ Mesue inquit: q posuerunt antiqui diuersitatem in aqua mellis: qui locuti sunt de ipsa: ⁊ scripserunt ei iuuamenta plurima que sunt in ea: q;litim sedat ⁊ multa alia: vt videtur ibi: hec apud nos est in vsu.quidā existimant q sit mellicratū: qđ ignoro: q; idē aliud capitulū facit de mellicrato: de;quo infra etiā idromel apud grecos est aqua mellita. Rasis in nono Almāsoꝛis.in.c.de collica habet modum faciendi idromel. ⁊ est quasi idē. Aui.in.v.cañ.habet duas descriptiones sirupi de fauis mellis: ⁊ idem est, cum idromelle ꝑm descriptionē Joan. Sera.⁊ si legis vtriusq; descriptiones videbis qđ sirup⁹ de fauis mellis apud Auicen.cum idromelle apud Jo. Serapi.sunt idem.

¶ Mel ꝑm Dia.est ros celestis quē apes colligunt. Jsi. in ca.de escis dicit mel grece appellatū est qđ ab apibus nomē habere probatur.nam apis grece melesse dicitur ⁊c. Mel ꝑm intentionem Mesue melius est qđ colore palee habet.⁊ qđ est tenue ⁊ [illegible] ⁊ qđ est boni odoris. ꝑm autem Serap.bonum [illegible] cuius color tēdit ad rubedinem neq; est nimis liquidum: ⁊ quando immiseris in eum digitum adheret digito ⁊ venit cū eo ⁊ mel[illegible] qui dem.est mel veris deinde mel estatis: mel vero hiemale est malum. Auicenna laudat illud qđ est vere dulcedinis: boni odoris declinātis ad acredinem ⁊ ad rubedinē ⁊ quod est vt palea in colore: quod non est subtile visco sum qđ nō abscinditur: ⁊ melius est vernale: deinde estiuum: hiemale autem est malum.idem ait Sera.

Secaniabin purū. ℞.mellis boni lib.ij. aceti boni.lib.j.aque fontiū clare ⁊ est dulcis li.iiij.⁊ quandoq; exigit dispositio vt addatur ad quantitatem aceti.sicut te scire fecimus in.c.de sirupo acetoso: ⁊ operatio est vt accipiatur mel ⁊ aqua ⁊ abijciatur spuma eius: deinde fundatur super illud acetum ⁊ decoquatur ⁊ non dimittatur eleuari ⁊ excrescere super ipm spuma eius imo auferaẽ omni hora ⁊ clarescat ⁊ cum coctū fuerit reconde.

¶ Iste secaniabin vel squingebin est in vsu: sed nos vtimur sub noie oximellis simplicis. Simon ianuen.dixit squingibin arabice est sirupus acetosus siue mellinus: qđ est oximel: ⁊ sic sapientes hodierni faciūt oximel simplex ꝑm istā descriptionē de secaniabin puro ⁊ sic debet fieri. vide Nic.in suo antidotario.nam habet scriptum oximel simplex quod idem est.

Secaniabin de radicibus. ℞.corticum radicis apij feniculi añ.℥.ij.seminis anisi: feniculi: apij.añ.℥.j.mundentur cortices.coterantur: ⁊ proijciantur super eos in vase lapideo aceti boni antiqui ⁊ albi li.x.aque libras.xij. ⁊ dimittatur per diem ac noctem: deinde coquantur donec eius tertia cōsumatur: postea coletur ⁊ proijciatur super ipsum mellis quod sit medietas eius. [illegible]quatur cum facilitate: sicut superius diximus.

¶ Secaniabin sicut dictū fuit est oximel ⁊ ꝓprie secaniabin de radicibus est oximel ⁊ est quo moderni pro oximelle composito vtuntur.oximel vero ꝑm Jsidorum appellatum: quod aceti ⁊ mellis permixta conficiatur materia vnde ⁊ dulcedinem retinet ⁊ acorem .idem in.c.de pleureⁱˢ habet vnam aliam descriptionem ex auctoritate [illegible] ⁊ ibi habet mellis ⁊ zuccari sulemeni.i. illius regionis: sed non sunt idem nec vtuntur illa.

Sirupus de menta ex intentione nostra ⁊ est excellētior priore. ℞.succi citonioꝝ muzorū: ⁊ est sapor cōposit⁹ ex dulci ⁊ acetoso sic [illegible] citonioꝝ dul.succi granatoꝝ acetosoꝝ: ⁊ dulciū ⁊ muzoꝝ.ana.lib.j.ʒ.proijciaẽ sup eos mente sicce lib.[illegible]ʒ.folioꝝ rosaꝝ.℥.ij.et dimittantur per die ⁊ noctē: deinde coquantur cum facilitate vsq; ad mediū.⁊ cū mellis vel zuccari lib.ij.fiat sirupus ⁊ aromatizetur cum gallia.s.gallia muscata.

¶ Ist[illegible]s est ille qui est in vsu.idem habet vnam aliam descriptionem: sed ista est excellētior priore. Auic. in quinto canoñ.habet vnam descriptionem sed non vtimur illa.

¶ Menta apud Diasco.vocatur ediosmum: mente aūt genera sunt quinq;: scilicet menta domestica que ꝓprie hortulana dicitur vel cōmuni[illegible]el odorifera. ⁊ est alia siluaticaq̃ mētastrū siue calamētū fluuiale dr: ⁊ est alia dicta balsamita siue mēta aquatica ⁊ hec iuxta aquas reperitur: ⁊ est alia, cuius folia sunt nigriora alijs ⁊ hec dicitur mēta romana vel saracenica.et est alia dicta mēta non odorifera et hec est calamētum.et oīa ista quinq; gña debent poni in vnguēto maciaton de quo infra.

Sirup⁹ de absinthio. ℞.absinthij romani lib.ʒ.folioꝝ rosaꝝ.℥.ij.spice.ʒ.iiij.vini albi boni antiq ⁊ odoriferi: succi citonioꝝ ana. lib.ij.ʒ.⁊ dimittantur per diē ⁊ noctē in vase lapideo: deinde coquanẽ cum facilitate vsq; ad medietatē: ⁊ cū mellis libr.ij.fiat sirupus expertus ⁊ nobilis.

¶ Iste sirupus est ille q̄ vtimur: idē describit vnā aliaz descriptionē: sed ista est nobilior. Absinthiū ſm eundez Mesue, est multiplex: sed illud qđ intēdimus nūc est absinthium romanū. Isidorus ait absinthium grecū nomen cuius probabilius est, qđ in ponti regione nascitur vnde absinthium ponticū nominat. Diasco. absinthiū est omnibus notum cuius probabilius est ponticum ⁊ cappadocium nascens in monte vnde nomen accepit. Haliabbas practica vocat ipsum bulengi.

Sirupus de fumo terre maior. ℞. mira. citrinorū chebulorū. añ. ʒ. xx. boraginis vel buglosse violarū absinthij cuscute. i. podagrelini añ. ℥. j. liquiritie rosarū. añ. ℥. ß. epithimi polipodij añ. ʒ. vij. prunorū numero. c. passularū enucleatarū lib. ß. tamarindorū cassie fistule añ. ℥. ij. hec oīa bulliant in aq̄ li. x. vsq̄ dū deueniāt ad lib. iij. ⁊ cū succi fumiterre cocti ⁊ depurati ⁊ zuccari añ. li. iij. fiat sirupus.

¶ Iste sirupus de fumo terre maior est ille q̄ est in vsu ⁊ habet maiorem efficaciam ꝙ̄ minor. Fumus terre ſm eundem ponitur inter medicinas benedictas sed de forma herbe ipsius non loquitur ⁊ hoc est qz credo qđ sit nota omnibus. Circa i[nst]ās dicit: fumus terre dicitur quasi fumus a terra in multa quanti[t]ate emittit. dicit aūt fumus terre qz generatur a quadā grossa fumositate a terra resoluta: ⁊ quanto viridior est tanto melior: et in sicco nulla est efficacia. Aui. in. ij. c. inquit fumus terre melior est ille qui est viridis recens acutus amarus ⁊c. Mesue dicit. boraginis vel buglosse q̄si dicat. pone vnū pro alio, ex istis duobus: qz in virtute ⁊ specie fere conueniunt: ambe confortant cor: sicut est notum.

Sirupus de ligritia. ℞. ligri. ʒ. ij. capillorū veneris. ℥. j. isopi sicce. ℥. ß. pijce sup illud aq̄ lib. iiij. ⁊ dimittant̄ die ⁊ nocte. deinde coquātur vsq̄ ad mediā partē. deinde pijce sup illud mellis ⁊ zucca. ⁊ penidiorū añ. ℥. viij. aq̄ rosate. ℥. vj. fiat sirupus ⁊ administretur.

¶ Iste sirupus apud nos est multum in vsu.

¶ Liquiritia vero apud Dia. vocat̄ gliquiritia. glocoritia vero reperit̄ in m[ulti]s libris de greco trāslatis: qđ est dictū dulcis radix nā glicō dulcis rixa radix. Isido. inquit girica grece, ex eo dicta ꝙ dulcē radicem habeat eadē ad ipsos qz sitientibus sitim sedat hec est satis nota. Gal. in. vij. simpli. ait ghus. i. liquiritia id qđ est vtile de hac planta est succus radicis eius. Me[sue] [in i]sto sirupo aque rosate ꝙ sapientes volunt intel[li]gi [a]quam rosatam, distillatam per alembicū: quidā vero dixerunt quod intelligitur de aqua que fit ex infusione rosarum: sed non est credendum.

Sirupus de isopo. ℞. isopi sicce. radicū apij. petroselli. fenicu. ligritie añ. ʒ. c. ordei mūdi. ij. ß. seīs malue: dragagāti: semīs citoniorū añ. ʒ. iij. capillorū veneris. ʒ. vj. iuiubarū sebestē añ. nūero. xxx. passularū enucleatarū. ʒ. xij. ficuū siccarū ⁊ dactilorū pinguiū ana. nūero x. albarum penidiarum lib. ij. ⁊ fiat.

¶ Iste sirupus est in vsu ⁊ maxime ſm istā descriptionē. Idē Mesue in capitulis de tussi hz quatuor: vel quinq̄ descriptiones sirupi, de isopo: quarum nulla cū ista concordat nec etiam inter se.

¶ Isopus sicca ad differentiā isopi humide dicit̄ q̄ est sordes aggregata sup lanā. Isidorus isopus herba purgandis pulmonibus apta. vnde ⁊ in veteri testamento per isopi fascic[ul]os aspergebant̄ agni sanguine quos mundare volebant: de ipso vide supra in diaisopo.

Sirupus de prassio. ℞. prassij. ℥. ij. isopi capillorū veneris añ. ʒ. [i]j. ligri. cala. anisi. radi. apij. feni. añ. ʒ. v. seīs malue fenugreci. ireos ana. ʒ. iij. seminis lini: seminis citoniorū añ. ʒ. ij. passularū enucleatarū. ℥. ij. ficus siccas pingues numero. xv. penidiorū lib. ij. mellis boni dispu. lib. ij. fiat.

¶ Iste sirupus est in vsu ⁊ maxie ſm istā descriptionē. Idē in. c. de asmate hz duas descriptiōes ex auctoritate hamec: sed cum ista non concordant nec in vsu sunt.

¶ Prassiū. i. marubiū albū. Pli. ait. greci psion vocāt alij linostrofon: nonnulli philopede aut philogares. Circa instans ait. marubiū herba q̄ et alio noīe prassiū dr. folia eius medicine cōpetunt: herba collecta: ⁊ in vmbroso loco suspēsa pannū seruari pōt. est aliud prassiū qđ vocatur, prassiū viride: ⁊ hoc ſm intentionē nicolai est flos oris. prasson apud grecos est porrū prassium vero est marubium album: ⁊ est herba satis nota.

Sirupus de cala. cōfert spleneticis. ℞. calamenti domestici ⁊ sil. añ. ʒ. ij. keisim. i. leuistici: dauci: squinanti añ. ℥. v. passularum enucleatarum lib. ß. ⁊ mellis li. ij. ⁊ fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est ille q̄ cōiter est in vsu. idē hz vnā aliā descriptionē: sed hec est nobilior illa. Gal. in li. secretorū hz vnam aliam: sed non est eadem: nec est in vsu.

¶ Calamentū domesticū ſm modernos est vsuale. Circa instans calamentum inquit herba est que alio noie nepita dicitur.

¶ Calamētū mōtanū melius est: qz est magis siccū cū flores pducit dz colligi. Dia. ait calamitē ꝙ̄ pulegiū agreste multi dicūt: ⁊ ipsa mōtuosa est ⁊c. calamētū vo agreste ſm intentionē Nicolai est nepita siue herba dicta a vulgo gataria siue neuida. nā sine dubio nepita est calamenti spēs. vñ Macer. Herbā quā nepitā vulgari sepe vocamus. Hanc medici greco calamenti noīe dicunt.

Siru. de eupatorio. ℞. radi. apij. feni. endi. añ. ℥. ij. lig. sq̄nā. cuscute. absinthij: rosa. ana. ʒ. xvj. capillo. veneris: bedegar: suchaa: florū buglo. aut radi. eius: anisi: fenic. eupatorij. añ. ʒ. v. rauedse. i. reubarbari: masticis añ. ʒ. iij. spce assari. idest assare baccare. folij. ana. ʒ. ij. coque in aque lib. viij. vsq̄ ad tertiā: ⁊ cuz li. iiij. zuccari fiat sirupus addēdo succi apij endiuie q̄titatem sufficientem ⁊ vsui reserua.

¶ Iste sirupus apud nos est multū in vsu. ⁊ magnificata est virtus eius vt docet experiētia: sed nō solū in opillationibus, epatis vt in alijs, pprietatibus: sed sunt q̄ faciūt: ⁊ q̄n credūt aliqua facere nihil faciūt: ⁊ hoc est propter simplicia que in ipso ingred[iu]ntur: vt ostendam.

¶ Bedeguar siue bedeguard idē sunt: ⁊ est [apud] Dia. Acātis le[uce] vocat: sz apud Ser. est spine alba de q̄ ipse Ser. scribit in lr̄a. b. bedeguar. ⁊ in lr̄a. s. scripsit spina alba: q̄ idē est, sil'e facit. A. in. ij. cañ. sed opinio ignorātiū apothecariorū multorū ē qđ bedeguar sit q̄dā res sil'is spongie q̄ nascit̄ sub q̄dā plāta q̄ apud Dia. vocat̄ cinosbatus. i. rubus canis ⁊ in ea aliq̄n repiunt̄ vermes: ⁊ sic meo tpe vidi multos eā ponere in isto sirupo loco bedeguar: sed decipiunt̄. nā vide Nico. flo. in li. vij. in. c. de cācro q̄ dicit. dicūt q̄dā expimētatores qđ fiat puluis ex eritō q̄ oriť sup rubū canis q̄ a q̄busdā sed nō recte ponit̄ p bedeguard. Moderni gn̄alr, in puluere q̄ fit ꝯ botiū gule hn̄t bedeguard: sed lr̄a nō est bona: qz p̄dictus puluis reperit̄ apud Ray. de villa noua in. c. de botio gule ⁊ ibi dicit. ℞. spine rosa. ⁊ credo, ꝙ sit illa spōgia q̄ falso bedeguar, dr. Ille q̄ de nouo scripsit lumē apothecariorum

dicit ꝙ bedeguard est radix cardonis bñdicti masculi qđ nõ est credẽdũ: sed vt veritati aptior sit via: hic volo scribere formã veri bedegu[illegible]d. ⁊ qđ dꝫ administrari in isto sirupo ſꝫ Ser. ex aucto[illegible]ate Dia. q dicit bedeguar i. spina alba. Dia. noiat acanthis leuce ⁊ in greco est spina alba: ⁊ est plãta q nascit in mõtibꝰ zagial: ⁊ hꝫ folia similia cameleũte albe: nisi qꝛ sunt strictiora ⁊ albiora ⁊ sup ea est simile borre albe: ⁊ sunt spinosa ⁊ hꝫ stipitẽ longũ duobꝰ brachijs in grossitudine digiti pollicis vł plꝰ color eiꝰ est vergẽs ad albedinẽ ⁊ sup summitates eiꝰ sunt capitella spinosa silł'ia eritio marino: nisi qꝛ sũt minora: ⁊ oblõga: ⁊ flos eiꝰ est coloris purpurei ⁊ semẽ eiꝰ est simile grano cartami: sed apud Dia. est silł'e grano ginco qđ idẽ est: nisi qꝛ est rotũdius eo: ⁊ id qđ administrat ex ipsius plãta est radix vide ergo si bedeguard est illa spongia: vt volunt ignorantes.

¶ Suchaa est etiam spẽs cardoni ⁊ est ꝓpinqua bedeguar est quã Dia. vocat acãthis arabicã. i. spinã arabicã ⁊ est silł'is supradicte. i. silł'is bedeguar. nascit spinosa ⁊ alba. Mat. sil. vult ꝙ succa sit cameleũta alba qđ non credo. Nã dia. ⁊ Ser. de vtraq; faciũt distincta capł'a et ſm Chri. de ho. suchaha bedeguar qđ nõ est: ⁊ ſm lumẽ est radix cardonis bñdicti femine qđ nõ repio apud auctores: ſꝫ sit quõcũq; suchaha apđ Dia. est acãthis arabica. ⁊ ſm Ser. est spina arabica. ⁊ ſm Ra. est megailẽ ⁊ idẽ Ser. ex auctoritae Gal. ait. hec herba est silł'is plãte bedeguar nisi qꝛ virtꝰ eiꝰ desiccat ⁊ stipticat plꝰ eo: ⁊ fructus ⁊ radix eiꝰ est fortior. ſm Pau. succhaha est herba dulcis q extẽdit sup terrã: ⁊ facit capita grossa ꝓpe radicẽ ⁊ exeũt ex illis capitibꝰ flores sanguinei ⁊ sic est ſꝫ veritatem ꝙ suchaha est herba spinosa alba expandẽs se sup terrã. cuius flos est in colore sanguinis ⁊ hec est proprie suchaha que administratur in ipso sirupo radix eius vsui medicine competit.

¶ Postq; dixi de bedeguar ac suchaha q sunt spẽs cardonis: ẽt mea intẽtio est declarare quasdã al'ꝰ spẽs q ponunt in nũero cardonũ: nã primo est cameleũta alba ⁊ nigra: sed de alba Sera. dicit ꝙ sunt hoies q noiant eã acasiã: ⁊ de nigra dicit ꝙ noiant eã hoies cameleuntaꝫ propter varietatẽ florũ eius: qꝛ ex eis reperiunt virides multũ ⁊ aliqui ad albedinẽ declinantes: ⁊ aliqui ad celestẽ colorẽ ⁊ quidã ad rubedinẽ sanguinis ſm diuersitatẽ locorũ in quibꝰ nascunt. ⁊ est aliꝰ cardꝰ q alio noie scolimas vocat ⁊ iste apud quosdã est cardꝰ dictꝰ arcosof. sed ignoro verũ. Ser. in suo ca. ait in fine capituli de cardo. comedit planta ista recens, sicut comedunt sparagi. ego vero nec nego nec affirmo ꝙ scolimas sit arcosof. i. artigioch. sed nomẽ suũ verũ est chinera: aut alio noie dicit archosof. de quo vide rasim in tertio almansoris qui virtutẽ eius describit: sed formã nõ: tñ iste cardꝰ est spinosus cuius capita comedũt deferunt de ianua. Auic. ij. cañ. dicit cheuchem sed est gũma alcorsof. Joã. Sera. in suo antidotario in fine inquit cancarzed. i. gũmi alcorsof. Auer. in. v. coł'. inqt harchaf. i. cardus alchi vult dicere archigioco: ⁊ est alius cardꝰ quo vtunt homines ad gargellãdũ pãnos ⁊ bireta ⁊ silł'ia: ⁊ iste apud Dia. vocat dispacus. ⁊ a multis ignorantibꝰ virga pastoris: ⁊ est alius cardus dictus astaraticon: siue centũ capita celestis coloris: ⁊ [illegible] apud nos nascitur iuxta vias: ⁊ est alius q dꝛ centũ capita alba: ⁊ hic est [illegible]ringꝰ: ⁊ est aliꝰ q a modernis cardꝰ bñdictꝰ appellat e[illegible]e est quẽ hodie herbã turchã vocãt siue sedũ vt apud Dias. siue eregeron vt apud Pli. flos buglosse aut radicũ eius flos vero vt vult Papi. dictꝰ est ꝙ cito fluat quasi fluor. Isido. vero inquit. flores nominantur ꝙ cito defluãt de arboribus: quasi fluores quod cito fluant.

¶ Folium idest malabatrum in hac descriptione loco eius ponitur macis. vt dicit Auicen. in. ij. capi. de folio. si vero in ipso ingrederetur spica potest poni: sed qꝛ spica ingreditur macis.

Sirupus de thimo. ℞. extremitatũ timi. ℥. ij. calamẽ. mẽte sicce añ. ʒ. v. seminũ anisi feniculi. apij. dauci. añ. ʒ. iiij. passularꝫ enucleatarũ. ℥. iiij. ⁊ cũ lib. ij. mellis fiat sirupus: ⁊ aromatizetur cum. ʒ. ij. gallie muscate.

¶ Iste sirupus est in vsu. Thimꝰ ſm Isido. appellatum est ꝙ flos eiꝰ odorẽ refert: de quo Virgi. redolẽtq; thimo fragrãtia mella. Pli. Thimũ flore sato nascit: nec durat nisi in afflatu maris propter thimũ eñ qđ in attica regione abundat mel atticũ summe laudis in toto mũdo est. Mes. in. c. de isopo quẽ vocat hasce inqt. dicũt qdã ꝙ est isopus hortensis. ⁊ dicũt alij ꝙ est vna ex spẽbus origani: ⁊ i fine forme predicte plãte ait. ⁊ plãta eiꝰ vt dꝛ est mater epithimi: ergo est thimꝰ: nã sine dubio hasce est thimus ⁊ flos ipsius e[illegible] epithimꝰ: quidã thimũ policariã maiorem vocant alij hasce. Mesue hab et hic extremitatum thimi: ⁊ est melior pars plante eius.

Sirupus de epithimo. ℞. epithi. boni hortẽsis. ʒ. xx. mirabola. citri. indorũ. añ. ʒ. xv. cuscute fumiter. añ. ʒ. x. thimi buglo. calamẽti. embli. belleri. ligritie. polipodij. agarici. sticados. añ. ʒ. vj. rosa. seminis fenicu. anisi. añ. ʒ. ij. ß. prunorum numero. xx. passula. enucleatarũ. ℥. iiij. tamarin. ℥. ij. ß. zuc. libr. iij. rob. i. vini cocti lib. ij. ⁊ fiat sir[illegible]pus.

¶ Iste sirupus [illegible] in vsu. Ep[illegible]thimuꝫ vero ſm Mes. est ex herbis supra crescẽtibus alijs herbis ⁊ est silł'e cuscute ſm dia. Epithimũ est flos thimi silł'is timbre. i. saturegie. Isi. inquit. epithimũ grece latine dꝛ flos thimi. nam flos grece thimũ vocatur. est aũt flos timbre silł'is circa instans epithimũ flos ⁊ nõ herba medicine cõpetit. ⁊ qñ producit flores colligi debẽt. Mesue laudat subrufum creten[illegible] acuti odoris. A. laudat cretẽse ⁊ hierosolymita. ⁊ est d[illegible]liue ad rubedinem.

Sirupus de sticados. ℞. florum sticados. ʒ. xxx. hasce. i. thimi calamẽ. origa. añ. ʒ. x. anisi piretri añ. ʒ. vij. pipis lõgi. ʒ. iij. zinzibe. ʒ. ij. passularũ enucleatarũ. ℥. iiij. mellis li. v. condias cũ cinamomi calami. aroma. spice. idest nardi croci. zinzibe. pipis nigri ⁊ lõgi. añ. ʒ. j. ß. liga in pãno raro. ⁊ suspẽde in sirupo: dosis eiꝰ est. ℥. j. cũ aqua decoctiõis spice ⁊ florũ alchilil. i. chilchil. ⁊ est flos roris marini.

¶ Iste sirupus est in vsu maxime ſm descriptionẽ. idem Mes[illegible] in ca. de egritudinibus neruorũ hꝫ vnã aliã descript[illegible] e[illegible] ex auctoritate iudei ⁊ dicit ꝙ est medicina mirabilis cõferens omnibus egritudinibus neruorum: sed nõ est eadẽ nec in vsu: tñ ibi hꝫ ziniã qđ est in iua siue camepitheos vt dictum fuit in electuario de iua.

¶ Sticados ſm mesue medici laudant arabicũ ⁊ melior pars plante est flos post f[illegible]lia Dia. dicit sticados ab insula galatie que sticados [illegible] nomẽ acceperit. in rei veritate illud sticados quo moderni vtuntur nõ est, veruꝫ sticados de quo intelligunt Mesue. ⁊ Aui. vt dictũ fuit in confectione de sticados.

Sermo in mellicrato cõdito ⁊ sunt q vocãt mellicratũ sirupũ factũ ex vino ⁊ melle: ⁊ cõditũ vocãt quidã qđ fit ex melle ⁊ vino ⁊ sunt ex hoibus q vocãt vtrũq; vtroq; noie ⁊ modi eorũ sunt diuersi. ℞. vini boni antiq li. x. mellis boni ⁊ dispumati libr. ij. ꝓijce sup ea cinamo. boni ⁊ subtilis. ʒ. v. spice aromatice. i. nardi. ʒ. j. gariofilorũ ziziberis ligni aloes macis añ. ʒ. iiij. heil. i. cardam[illegible]ni maioris.

ʒ.ij.croci.ʒ.j.ß.tere cōtritione grossa ⁊ colet cū colatorio grosso de panno ⁊ aromatizet cum musci dragme vnius tertia.

¶ Mellicratū ſm Dia. est mulsa ⁊ ipse docet facere: sed nō hoc mō. mellicratū ūo ſm Simonē est vinū: ex melle ⁊ aqua factū ⁊ vocat mulsa. s. ex tertia pte mellis ⁊ duabus aq̄: differt aūt ab idromelle: eo qd̄ idromel plus aq̄ habeat: quasi ipsa sit aq̄mellita. mellicratū ūo est vinū ex melle a crasis qd̄ est vinū: ⁊ ipsa est mulsa. Isi. inquit mellicratū vinū melle mixtū medius quasi melleus.: qr ex melle fit sicut calamitas pro cadamitas: nō est aqua mellis vt quidam cerdiderunt: nam supra etiam posita fuit descriptio aque mellis.

Modꝰ cōditi de citonijs ⁊ est miua. ℞. succi citoniorū acetosorū li. xx. vini antiq boni lib. x. coquant cū facilitate vsq dū ɔsumpta sit eiꝰ tertia semp auferēdo spumā eiꝰ: deide colet ⁊ dimittat residere ⁊ clarescat. postea proijce super illud mellis boni ⁊ dispumati lib. vj. ⁊ iterū bulliant ⁊ auferatur spuma eiꝰ ⁊ coquantur vsq dum habeat perfectam cocturam ⁊ reseruetur.

¶ Conditū ex citonijs ſm intētionē Mesue est miua: ſʒ ſm Aui. ⁊ Guil. placē. est sirupus de citonijs. tñ Mesue ponit etiā descriptionē sirupi de citonijs q̄ aliud est. hec. s. miua pōt fieri cū specieb' ⁊ sine spēbus ⁊ ambe sunt in vsu: sed ista miua citoniorū sine specieb'. Rasis autē in ix. Almansoris in. c. de his que confortant stomacum: ⁊ ciborū perficiunt digestionē: hʒ descriptionē miue ⁊ sirupi acetosi de citonijs. Idē in libro diuisionū: in. c. de medicinis solutionis ventris ait. confectio miue cōstrictiue: que est sirupus de citonijs.

¶ Citoniū est pomū notū. Petrꝰ de crescētijs dicit coctanū siue citoniū est arbor nota. ⁊ ex his q̄dā sunt q̄ faciūt piracitonia ⁊ he arbores maiores sunt: ⁊ minora habēt folia: ⁊ q̄dā sunt arbores minores ⁊ latiores habentes frōdes. quarū fructꝰ ꝓprie vocant coctana. Papias ait mala cidonia esse dicta ab oppido in insula creta.

Miua citoniorū cū speciebus. ℞. vini citoniorū acetosorū lib. xx. vini boni antiqui lib. x. coquant cū facilitate vsq dū cōsumpta sit eiꝰ tertia sup auferēdo spumā eiꝰ deinde coletur ⁊ dimittat residere ⁊ clarescat. et pijce sup illud mellis boni ⁊ dispumati lib. vj. ⁊ iterū bulliat ⁊ auferat spuma eiꝰ ⁊ pijciant super illud species alefangine ligate in panno suspenso sup illud medicamē ⁊ sunt ꝓprie cinamomi. ⁊ heil añ. ʒ. ij. gariofilorū. ʒ. ij. zinziberis mastic añ. ʒ. j. ß. croci. ʒ. ij. ligni aloes macis añ. ʒ. j. ß. oīa preter crocū terant cōtritione grossa. ⁊ suspendant in panno sicut diximus omni hora fricando illud sup medicamine donec fiat ⁊ spissitudo. deinde aromatizet cū. ʒ. x. ai' tertia musci hoc est. ℈. j. ⁊ gallie. s. muscate. ʒ. ij. ⁊ reseruentur.

¶ Hec vero est miua citoniorū cū spēbꝰ siue mina aromatizata. i. q supra miuā citoniorū simplicē adduntur q̄dā aromata. i. quedā redolētia ⁊ sunt ꝓprie illa que in pāno ligant: ⁊ de p̄dictis aromatibus aromatizant et q̄dā alia cōdita vt est secacul cōditū ⁊ alia huiusmodi.

¶ Heil sicut dixi fuit ex auctoritate Ser. est cardamomū maiꝰ: de quo miror q Auic. in p̄dicta cōfectione hʒ cardamomū maiꝰ ⁊ minꝰ ⁊ heil. Chrisostophorꝰ de honestis in predicta cōfectione dixit: q heil est spēs cardamomi quā non habemus hic: sed loco eius assumitur cardamomū maius: quasi dicat quod heil non est cardamomum maius hoc affert in dubitationem.

¶ Guil. placen. eodē loco hʒ cardamomū maiꝰ ⁊ minꝰ ⁊ melegetā etiā textꝰ Guil. ſm opinionē Bartho. mōtagnane est falsus: nā sicut dictū fuit supra in electuario de aromatibꝰ cardamomū maius est melegeta: ⁊ sic hodie generaliter habetur opinio qd̄ heil sit cardamomum maius: siue melegeta: que alio nomine grana paradisi vocatur. etiam Mat. sil. in ca. de cardamomo errauit dicens ex auctoritate Sera. q heil est cardamomū minꝰ: nam Serapi. non dicit q heil sit cardamomum minus imo dicit q est maius ⁊ sic est.

Sermo in aceto squil. ℞. ex lamis sqlle ꝓprie q̄ sunt medie inter corpꝰ ⁊ corticez ipsiꝰ q̄titatē quā volueris: ɔsue eas sepati in filo cū stillo ligneo. ⁊ dimitte siccari ī vmbra diebus. xl. post illud cōminue eas in frusta cum incisorio ligneo ⁊ pone ad omnē librā eius aceti bōi albi li. viij. ⁊ pone ī vase vitreo stricti orificij ⁊ stringe caput eiꝰ: ⁊ dimitte in sole per alios dies quadraginta. post illud cola ⁊ administra vbi oportet.

¶ Mesue inq̄t q ɔcordati sunt antiq̄ sup iuuamēta aceti squillitici ad egritudines multas. descriptionē ipsius describit etiā Sera. in. c. de squilla: ⁊ sirupū de squilla ⁊ multa alia liber qui dicitur albuchasim docet modum preparandi: ⁊ desiccādi. ⁊ de forma castrādi squillā ⁊ cōficiendi acetum squilliticū ⁊ distillandi aquam ipsius ⁊ demū albificandi acetum squilliticum ⁊ sic de singulis. squilla dicitur cepe muris: eo q interficit mures.

Oximel squilliticū descriptione democriti. ℞. origa. isopi sicce. albasce. i. thimi cheisim. cordumeni: sticados añ. ʒ. v. coquant in tribus libris aque vsq dū deueniant ad lib. j. ⁊ proijce super ipm mellis lib. ij. mellis passulati lib. ß. succi alfescere. ℥. v. aceti squillitici lib. j. ß. auferatur spuma eius omni hora: ⁊ coquatur ad perfectā decoctionem.

¶ Oximel grece ē sirupꝰ acetosꝰ tā cū zuccaro factꝰ q̄ cū melle. itē hʒ duas aľs descriptiōes: ſʒ nō sunt in vsu vt est ista: ⁊ sunt q̄ faciūt ipm: sed decipiunt vt ostendā.

¶ Cheisim. i. leuisticū hortulanū. ⁊ est aliud cheisim dictū cāpestre ⁊ istud est est cordumeni: qd̄ apd̄ ignorātes nō est notū. supra ostēdi q cordumenū est carui agreste siue leuisticū: tñ opinio multorū est falsa: qr hic Mesue ī isto oximelle hʒ cheisiz ⁊ cordumenū: ergo nō sūt idē: sed error est horū: q̄ nō cognoscūt spēs leuistici. ſʒ ſʒ modernorū sniaz sunt due spēs. s. hortulanū ⁊ cāpestre: hortulanū ūo est illud q̄ cōiter vtunt: cāpestre ūo est cordumenū: ⁊ est leuisticū cāpestre siue mōtānū ⁊ est semē qd̄ reperit sub plāta q̄ dr̄ paucedanū: ⁊ sic est opinio herbaticorū: tñ scias qn̄ reperit in cōfectiōe aliqua vbi solum ingrediatur cordumenū: intelligitur de hortulano sed hic ambe species debent poni.

¶ Mel passulatū est medicamē qd̄ fit ex melle ⁊ passulis expssis vt ostendi supra in cōfectione loch de pino.

¶ Alfescera vel fescera est vitis alba que alio noīe brionia vocatur siue ampellos leuce vt apud Diasc. Gal. in vj simplicium inquit. carinabia: idest vitis alba ⁊ dicit alscūre: hanc plantā quidam nominant brioniā: ⁊ quidam abradentes cutem summitates eius comedunt in principio sui ortus sicut mos est.

Oximel iuliani ſm Gal. ī tracta. ij. ad glau-

conē in.c.de cura podagre facte ab humore colerico. ℞.folioꝝ rute.origani.añ.ʒ.iiij.radicis mādragore:an̄.añ.℥.ij.ireos.℥.j.agarici.℥.ij.tede pinguis li.j.cocognidij.℥.iij.lacteri.alipiados añ.℥.s.polipodij.℥.ij.folij costi spice nardi añ.℥.j.reupōtici.℥.j.squille interioris cimarū ebuli añ.℥.iij.assari.i.assare bacare.ʒ.j.canopi.℥.iij.epitimi ellebori: acori ana.℥.ij.ysopi amomi iperici:cimini.añ.ʒ.j.anisi.℥.ij.aceti acris lib.j.mellis li.ij. cōfice aūt hoc modo.lacterides:⁊ costū cocognidū.⁊ spicā nardi teres diligēter: ceteras aūt herbas infundes in aceto ꝑ dies tres.et postea coques donec media pars aceti decoquatur.⁊ tunc proiectis herbis mittes.⁊ cū iterū decoctū fuerit ad spissitudinem mellis supra scriptas species tritas miscebis.⁊ vtere vbi oportet.

¶ Istud oximel apd̄ nos nō est in vsu. Nic.in suo antidotario hꝫ vnā aliā descriptionē q̄ quasi eadē est. Alex.in c.de catarticis ad podagrā ex flegmate hꝫ vnā aliā q̄ eadem est:simplicia autē que declaranda sunt declarabo.

¶ Teda pinguis est nomen qd̄ apud rusticos appellatꝛ theia:⁊ est lignum pingue pini.vel abietis.⁊ vtūtur ipso ad faciendum lumē pro candelis. Sera.in ca.:de pino inq̄t ꝙ vna est spēs pini.ex cuius sudore extrahitur pix.⁊ cum ligno suo fit lumē sicut cum cera.

¶ Cocognidium sicut dictum fuit est semen mezereon.

¶ Lacterides.Joā.Sera.in.vij.c.de laxatiuis simplicibus inq̄t lacterides est mēdana:qua dr̄ fruct⁹ amarus: hec quā Aui.in.v.cano.vocat menhētene.ergo est cataputia minor:nā vide Sera.in ꝑprio.c.de cataputia minore:q̄ inq̄t. Mēdana.i.cataputia minor:⁊ est plāta quā multi cōputāt inter spēs laticiniorū ⁊ hec plāta apud nostros rusticos dr̄ cagarolla:⁊ in hortis abundat.

¶ Alipiados ſm Nic.est cocognidium vel laureola:qd̄ nō vr̄ esse verū:nā si ↄsideretꝛ bn̄ in p̄dicto oximelle ingreditꝛ cocognidiū.i.semē mezereō:⁊ etiā alipiados qd̄ nō fieret si idē eēnt ſꝫ cōiter tenetꝛ ꝙ alipiados sit laureola.

¶ Canopis ſm Nic.est median⁹ cortex sambuci.silr̄ ait Sal.qdā crediderūt ꝙ esset canapis.qd̄ nō est:nā alexāder inquit.Canopis est cortex medianus sambuci.

Acetū passulaꝝ ſm Ant.cermisonū in.c.de egritudinib⁹ capitis. ℞.acetū vini nō multū vinosi li.ij.passulaꝝ.℥.ij.bulliāt vsqꝫ ad cōsumptio.tertie ꝑtis aceti:deinde coletꝛ.⁊ fortiter exprimantꝛ passule.deinde iterū passule terantꝛ in mortario.⁊ fiat eaꝝ expssior acetū tali vsui reserua.ſꝫ apud nos tale ace[...] nō ē in vsu. Siru.ↄferēs ad ea q̄ dixim⁹ est nobile ⁊ exptū.⁊ ↄfert q̄rtane. In practica Mes. in.c.de soda frigida ab humore melācolico. ℞.capilloꝝ veneris.radicū buglosse domestice siluestris:⁊ floꝝ earū:polipodij.epithimi añ.℥.j.foliculoꝝ sene.camepitheos.sticados añ.ʒ.vij.camedreos.squināti.elebori nigri añ.ʒ.iij.fumiterre.ʒ.viij.eupatorij.ʒ.iiij. succi pomorū dulciū.℥.viij.oīa ꝑter epithimū ⁊ succū pomoꝝ bulliāt in li.iiij.aque vsqꝫ ad lib.ij.deinde bulliat in eo ebulitione vna epithimum ⁊ coletur: ⁊ cum succo pomorū ⁊ li.j.zuccari fiat sirupus.

¶ Iste sirupus est preciosi⁹ ac dignissim⁹ ↄ quartanā ⁊ suo noīe ab apothecariis nō est sic appellat⁹:sed ad meliorē declarationē feci sub isto nomine:q: in mediolano multi medici ordināt sirupū ad quartanā: ſꝫ apud apothecarios fit sub nomine sirupi de pomis cōpositi ⁊ idē est Franciscus de pedemontiū hꝫ vnā aliā descriptionē sirupi ad quartanam que non est eadem: nec est in vsu sicut infra ostendam.

¶ Buglossa est lingua bouis:⁊ proprie domestice siluestris vero buglosa est borago cuius herba cibo apta et medicine:flos:folia:⁊ semen: ac radix in isto sirupo debent poni.

¶ Pomū vero ab opimo.i.a copia.i.vbertate est dictuꝫ inter alia poma parisiana sunt magis laudata quam alia:post hec est pomum dictum redolens.

Sirupus de psilio.ſm eundē in ca.de ptisi. ℞.spodij.seminis portulace.semīs citoniorūꝫ papaueris albi añ.ʒ.ij.psilij.mundi.ʒ.v. succi arnoglose cocti ⁊ dispumati.ʒ.xxx.cancrorum fluuialium lo[...]rum ſm doctrinam ʒ.xx.decōq[...]antur in li[...].5.aque vsqꝫ ad lib. j.⁊ cum lib.j.zuccari fiat sirupus.

¶ Iste sirupus apud nos nō est valde in vsu. Raynaldus de villa noua in li.iiij.in.c.de ethica hꝫ vnaꝫ aliam descriptionē:sed nō est eadē.psiliū ꝟo est semē silꝛe pulicibus ⁊ laudabile est ad ↄseruādū cāphorā:in bladis ac viis [...]būdat:⁊ vulgari sermone linosella dicitur.

¶ A[...]noglosa ſm papiā i lr̄a a.inq̄t qd̄ est q̄ a latinis dr̄ plātago.i.lingua agni:in lr̄a p.ait.plantago a romanis dicta ꝙ plāta ei⁹ cito terre adhereat.herbe:quam greci arnoglosam vocāt. Macer herbā q̄ nr̄a lingua pl[...]tago vocatꝛ.hanc arnoglosam grec⁹ vocat q: est lingue. Agnire silis folijs plātaginis. hui⁹ sunt gemine spēs: ſꝫ maior prima vocatꝛ. Altera vero minor quā vulgo lāciolatā dicūt ⁊ sic est.plātago ꝟo maior ſcd̄m opinionē modernorū est quā nr̄i rustici bletā siluestrē vocāt minor est quā falsi herbatici linguā caninā vocāt ſꝫ decipiuntꝛ: in pratis a[...] ac viis repiuntꝛ. Cācer fluuialis not⁹ est.alib̄ caplm̄ facit de c[...]ro marino:⁊ ibi inq̄t. cū dr̄ cācer marin⁹ nolum⁹ itelligere ꝑ hoc oēꝫ cācrū maris:imo spēm cācri q̄ ꝑprie hꝫ oīa mēbra dura vt lapis.

Sirup⁹ saborꝫ ſm eūdē in ca.de mania ⁊ melāc[...]lia sanguinea. ℞.succi buglosse domestice.[...]ualis ⁊ siluestris.i.boraginis añ.li. ij.succi pomorū dulciū redolentium lib.iiij. foliculorū sene.℥.iiij.croci.ʒ.ij.zuccari tabarzet.i.albi li.iij.fit autē [...]c.sene ꝑiciatꝛ in succis ꝑ diē ⁊ noctē post cotritionem ei⁹.deinde bulliat ebullitiōe vna aut duab⁹ deide cū zuccaro fiat sirup⁹ croc⁹ aut confricetur in panno ⁊ eius decoctione et fiat.

¶ Isto sirupo in ꝑtib⁹ Mediolani vtūtꝛ apotecharij.q̄dam crediderūt ꝙ esset sirup⁹ de pomis cōposit⁹:ſꝫ alib̄ est.Jo.cōcorregi⁹ i.c.d̄ mania ⁊ melanc[...]ia inq̄t. sarbor rex medorū q̄ ab hodiernis practicātib⁹ penitus hr̄ in vsu quo vt plurimū vtor ⁊ i q̄ multā inueni vtilitatem.

Sirup⁹ de herbis ſm Frā.de pedemōtiū in ca.de cura vomit⁹ sanguis. ℞.spodij.ʒ.iiij. berberꝫ.℥.iiij.vue acerbe.ʒ.ij.cicoree.M.5. zuccari li.ij.fiat sirup⁹ ſcd̄m [...]em.

¶ Iste sirupus non est in vsu.

¶ Berberis est fructus rubicundus satis notus apud Auicē.in.ij.cañ.vocatꝛ amiberberis:sed apud Dias.vocatur oxiachātos:ꝛ est arbor minuta spinosum habēs fructū rubicundū ꝛ ex eo fructu a modernis cōficitꝛ litium ꝛ arbor ipsiꝰ vocatꝛ darsisahā. Ab alijs crispinꝰ arbor. Negāt quidā ꝙ hec arbor sit darsisahā:sed errant vt dictū fuit.do. Pet.de crescētijs inqt.berberi sunt fructus cuiusdaꝫ arboris parue valde spinose sicut arbor mali punici.i.arbor mali granati domestici ꝛ sunt rotūdi rubei:quasi subnigri sicut fructus spine albe aliquātulum oblongi ꝛc.

Sirupꝰ de endi.ſm eūdē Frāci.in.c.de cura male cōplexiōis epatis simplicis ꝛ cōposite. ℞.endi.vtriusqꝫ.añ.M.j.semi.cōmu.recētiū.℥.ij.aceti al.℥.ij.zucc.tabarzet.i.albi.li.j. et sirupizetꝛ cū aq̄ ordei ꝛ aromatizetꝛ cū sandali vtriusqꝫ ꝛ spodij.añ.ʒ.j.ꝛ vsui reserua.

¶ Iste est siru.de endiuia cōpositus ad differentiā simplicis q̄ fit ex succo.ꝛ zuccaro sicut ostendā infra in tracta.de magr̄alibꝰ.gētilis scripsit vnā aliā descriptionē ꝛ ſm illā gn̄alr̄ faciūt sirupū de endiuia cōpositū ſm gentilē:cuiꝰ infra apparebit descriptio.sunt quidā qui faciunt ipsum ſm Francis.ꝙ etiam est laudabile.

¶ Endiuia ſm Gal.in oc[...]uo simpliciū est seris. Dias. vocat ipsam seridis.ꝛ est illa qua cōiter [...]tuntꝛ. Hic frāciscus habet endiuie vtriusqꝫ qḋ intelligitꝛ vsualis ꝛ cicoree que flores azurinos habet. Auicen.in ca.de endiuia in.ij.canoñ.ait ꝙ magis iuuatiua ex eis epati est illa que est magis amara.ego existimo qḋ ipa sit cicorea: quia est magis amara ꝛ mirabiliter confert epati.

Sirupꝰ de epatica ſm eūdē in eodē.c.v[bi] est sirupꝰ de endi. ℞.epatice.M.j.lēticulaꝝ aq̄ M.j.florū cucurbite.violarū rosa.añ.℥.j.cimarū squināti.ʒ.j.zucca.tabarzet.i.albi.li.j. irroretꝛ cū succo granatorū.℥.iiij.et aromatizetur cū sandali ꝛ spodij.añ.ʒ.j.et fiat.

¶ Iste sirupus non est in vsu.

¶ Epatica ꝟo est herba nascēs sup lapides semper madidos iuxta flumina ꝛ fontes su[...]tēsa lapidibus. Sera.ca.de epatica ex autoritate Gal.inqt nascitꝛ in lapidibus humectatis.ꝛ ca[d]it sup ea ros ꝛ est siṁlis lenticule aque.hec est illa quā Dis.vocat licenē circa instās ait epatica herba est.ꝛ quāto maiora folia hꝫ tanto melior est:ꝛ dr̄ epatica:qꝛ ꝑncipalr̄ est iuuatiua iepati.arabes vocāt ipsam azezalsahel.rustici nostri frigidari[...]cūt.

¶ Lenticula aque ſm Dias.sup aquā inuen[...]tans rotūda est sicut leticula colorē viridē habens. Sera.dicit ꝙ est ex ea marina:ꝛ est ex ea aque dulcis sed illa q̄ est dulcis vtuntur vt plurimum.

Sirupus de nenufare ſm eūdē Frācis.ꝛ i eo.c.vbi est siru.de epati[ca]. ℞.florū nenufaris.℥.ij.vngule caballine aquatice.psilij integri.acetose.añ.℥.j.semi.cōmu.℥.ij.seminū frigidorū.℥.ß.radicū feniculi.℥.j.bulliāt in aqua ordei:et addatꝛ li.j.zuccari aceti albi et succi granatorū añ.℥.ij.et aromatizetꝛ cū sandali et spodij.añ.ʒ.j.et addatur parū spice ne frigiditate opilationem inducat.

¶ Iste siru.nō est valde in vsu:Guil.placē.in suo trac.de ꝯfectio.hꝫ vnā aliā descriptionē ſꝫ nō est eadē.ipse Guil. facit suā descriptionē ex decoctione florū nenufaris incorporata cū zuccaro ꝛ albumine ouorū et fit sirupus ſm artem isto modo vt docet Guil.idem ait circa instās in ca.de nenuf[ar].

¶ Nenufar.i.nimpha apḋ Dia.ꝛ nascitꝛ in aq̄s stātibꝰ sicut dictū fuit.spēs eiꝰ suntꝛ due.s.vna q̄ in medio floris croceū hꝫ colorē.ꝛ est ꝓprie nenufar siue vngula caballina.alia ꝟo hꝫ florē albū ꝛ i[sta] ē nenufar vsuale ꝛ ambe in aquis nascuntꝛ. vide de ipso in electuario de farfara.

¶ Vngula caballina aquatica est nenufar ſm modernos q̄ florē croceū hꝫ ꝛ eius folia ad similitudinē nenufaris albi.ꝛ ista est illa q̄ apud herbaticos farfara vocatur.nō nascitꝛ aūt in vineis.vt quidā falso crediderunt. imo hec duo genera in aq̄s currētibus ꝛ nō currētibus reperiūtur.hic Frācis.habet semina cōia.sed nō specificat si debēt esse semina cōia maiora vel minora.sed species volūt ꝙ sint semina cōia minora frigida.ꝛ sunt hec scꝫ portulace scariole lactuce ꝛ endiuie.

¶ Semina frigida simplr̄ intelligūtur semina cōia.maiora.frigida que sunt ad numerū quatuor.s.melonis cucumeris.citruli ꝛ cucurbite.et sic in isto sirupo semina minora ac maiora frigida debent poni.

Sirupus ex intētiōe nr̄a exptus ad quartanam ſm eūdē in ca.de medicinis febriū melancolicarū. ℞.kalendule lauādule pimpinelle lupuli quinqꝫ folij.i.pētafilon:trifolij lingue arietis.capillorū veneris.endiuie cū radicibus boraginis.fumiterre.radicū buglosse vtriusqꝫ et florū earū.cicoree:epatice bedeguar.i.spine albe quercule maioris et minoris caparoꝝ recentiū et corticū radicū eorū corticū tamarisci.scolopēdrie cū radice añ.M.j.violarū.florum boraginis añ.℥.ij. prunorū sebesten.añ.nūero.xxv.sene cuscute.thimi epithimi.anisi feniculi.añ.℥.ß.ligritie.passularū sticados.añ.℥.ß.ordei mundi pugillū vnū.semi.cōium.corticū citri.añ.℥.ij.squināti.ʒ.ij.quinqꝫ radicū cōium residentium in aceto.℥.ij.ꝑdicta bulliāt in aque lib.vj.vsqꝫ ad mediā.deinde colentꝛ:et colature addatur succi buglosse.succi pomoꝝ dulciū añ.li.j.ß.et dissoluantꝛ in eis zuccari lib.ij.et mellis rosati lib.ß.aceti predictarum radicum.℥.iiij.et aromatizetur cū sandali.ʒ.j.gariofilorū.ligni aloes.añ.ʒ.ß.et fiat sirupus ſm artem et vsui reserua.

¶ Iste sirupus ſm intentionē Frācisci est sirupꝰ expertꝰ ad quartanā:q̄ apud nos in vsu nō est maxime ſm istā descriptionē sed supra fuit posita vna descriptio huius sirupi:que ꝯfert quartane.ꝛ ille est quo vtimur sub nomine sirupi de pomis cōpositi.sꝫ qꝛ in isto Frāci.ingrediuntꝛ quedā simplicia q̄ de[...]rāda sūt ideo declarabo.

¶ Chalēdula vel kalēdula ſm Nicolaū ꝛ Māfredū de monte [im]periali est herba dicta herba blanca de qua Matt.silua.speciale facit capitulū ex autoritate plinij et vocat ipsam charamos.quidā crediderūt ꝙ esset primula veris siue herba paralesis.sed falso:nam ſm opinionē modernoꝝ vera chalēdula est herba dicta apud nos herba blanca:in hortis reperitꝛ:cuius folia comedūtur sicut alioꝝ olerū. Joan.angli.in ca.de paralesi dicit chalendula.i.solsequiū vel primula veris. Idem in ca.de sterilitate ait.ꝛ chalendula crescit in hortis portans florem rubeū vel croceū:de quo flore faciunt puelle coronas ꝛ in mulieribꝰ in quibꝰ aliqñ infiāt māmille ꝓpter retētionē menstruoꝝ dētur flores chalēdule cum spica ꝛ vino:qꝛ tumorē sedat ꝛ mēstrua prouocat.

¶ Laureola ſm Matt.siluati.est primula veris:sed nō scribit de forma ipsius.sed lauendula ſm modernos est planta sicut libanotides:cuius folia similia sunt ros[marini]

marino: ſꝫ albiora cũ flore purpureo paruo: apud nos in hortis reperitur cũ odore iocundo. hunc florem mulieres ponunt in pannis p[illegible]pter odorem suum.

¶ Pimpinella est herba fa[illegible]a sicut saxifragia sed minora folia habet hec apud nos est nota.

¶ Trifoliũ ſm Sera. est andacocha ⁊ spẽs eiꝰ sunt plures. nã est trifoliũ trigonũ. vel polifilon qđ latini trifoliũ odoratum dicũt: ⁊ est trifoliũ acutũ ⁊ est trifoliũ leporinum: ⁊ est alia species a modernis dicta planta leonis siue herba flaura ⁊ sic de singulis. Isidorus inquit. trifolium est qđ greci trifilum vocant ꝙ sit folijs trinis per singulas annotationes.

¶ Lingua arietis. ſm Aui. est duorum generuꝫ scilicet parua ⁊ magna. hec est quam Dia. arnoglossam vocat siue alio nomine siue bletem siluestrem: minor dicitur a falsis herbaticis lingua canis. sed aliud est.

¶ Quercula maior ſm Simo. Januensem est camepitheos ⁊ interpretatur apud grecos infima pinus a cami. ꝙ est breue ⁊ pitheos qđ est pinus eo ꝙ oẽs species ipsiꝰ odorẽ pini habeant. hec a modernis est vera iua quã Mesue in. c. de egritudinibꝰ neruorum laudat sub nomine ziniam: ⁊ idem est.

¶ Quercula minor est camedreos ⁊ non camepitheos: vt dicit Mat. sil. guil. pla. inqt quercus terre vel quercula minor est camedreos. ⁊ est dicta infima quercus a cami. i. infima. et dris dria grece id est quercus. inde camedreos. idest infima vel parua q̃rcus: q̃ folia sunt similia folijs quercuũ. in antidotario vniuersali positũ est trisogũ. i. camedreos. Pli. camedreos est herba quam latini querculam dicunt. Aui. in secũdo canoñ. in. c. de camedreos dicit ꝙ nominatur quercus terre. ⁊ est quam hodie calamandrinam vulgariter vocant.

¶ Quinꝫ radicũ apothecarij gñaliter debẽt scire ꝙ p quinꝫ radices cões intelligũtur radices feniculi. apij. petroselini. brusci ⁊ sparagi: ⁊ sic iste quinꝫ poni debẽt in isto sirupo. radix aũt ſm Isido. appellat ꝙ quasi radijs quibusdã fixa terris in p funda dimergatur: nã phisici dicũt parem esse altitudinem radicũ ⁊ arborum: alij radicem a similitudine radiorum dictã putãt: vel q̃ si eradatur nõ repullulat.

Diamorõ Nico. ℞. mororũ celsi lib. ij. mororũ bati li. j. mellis li. ℥. iij. Cõfice sic. succũ mororũ cũ melle ⁊ sapa in vase eneo stãnato ad prunas leues ad pfectã decoctionẽ bulire desine. Cũ aũt scire volueris si coctũ sit: pone guttã sup marmor ⁊ inclinato marmore si se vt mel retinuerit coctũ est: ⁊ tunc cola: et in stannato vase vsui reserua.

¶ Diamorõ ſm intẽtionẽ Nico. dr a moris celsi batinũ a moris rubi. Mesue in suo antidotario in distinctione de loch hꝫ ꝯfectionẽ de moris: ⁊ dicit ꝙ est diamoron ⁊ sic est nã sua descriptio cũ ista Nico. cõcordat: ſꝫ gñaliter cõficit ſm istã descriptionem. ipse Mesue in practica. in ca. de sinãtia gutt[illegible] hꝫ vnã aliã descriptionẽ ex auctoritate Alexãdri: ſꝫ nõ est in vsu. in eodẽ. c. hꝫ vnã aliam quã dicit diamorõ: quã Gal. cõposuit [illegible] est in vsu. Gal. vero in tractatu demeimir describit duas descriptiones quarum vnam ipse composuit. aliam composuit Andromacus. sed non sunt vsuales.

¶ Mora celsi sunt fructꝰ arboris sic dicte ⁊ ex folijs huius arboris pascunt vermes q̃ generãt sericũ. Isid. in. c. de noibꝰ arborũ inquit sicomorus sicut ⁊ morus greca noia sũt. dicta aũt sicomorus: eo qđ sit folijs silis moro. hãc latini celsam appellant ab altitudine. q̃ nõ est breuis: vt morus. sicomorus vero ſm sniam modernorũ est nomẽ compositũ: a ficos grece qđ est ficus: ⁊ moro latine. ⁊ vocat ficus fatua: siue ficus pharaonis. Mesue loco eius habet mororum de sini: quod idem est.

¶ Morꝰ batꝰ. i. mora. Mesue hꝫ mororũ dulciũ ⁊ idem sũt: ⁊ est rubus ferẽs mora. est aliud rubꝰ canis q̃ apud Dia. canosbatus vocatur. ⁊ est spina que nostro idiomate rosagna vocat. Isido. ait morus a grecis vocata quã latini rubũ appellãt. Gal. in. vj. simpliciũ inquit. in laich est rubus vel de bato qui dicitur rubus.

¶ Sapa ſm compositorẽ est vinũ coctum siue mustum coctum vsꝫ ad cõsumptionẽ duarum partiũ. Mesue loco eius habet rob. i. carenum siue triplicatũ: ⁊ dicit carenũ: eo ꝙ feruẽdo parte careat tertia. Mat. silua. inqt. sapa est mustũ coctum ad consumptionem trium partiũ.

¶ Vas eneũ. i. vas de aramine. Nico. vult ꝙ pdictus sirupus fiat in vase eneo stãnato ⁊ hoc est: q̃ generaliter apothecarij faciũt sirupos in cazijs de ere q̃ nõ sunt stãnate. ⁊ ibi coquunt: sed faciũt male: q̃ ille cibus vel potus qui coquitur et stat in illis vasis si comeditur facit aliquãdo incurrere elephãtiam: ⁊ cancrum: ⁊ dolorem epatis ⁊ splenis: ⁊ malitiã cõplexionis. Isiđ. in. c. de vasis olearijs inqt. lẽticula modicum vas eneum vel argẽteum quadrãgulum latere apertum: qđ ⁊ lechitum. est enim vas olei quo reges ⁊ sacerdotes vngebantur a liniendo dictum.

Mel rosatũ Nico. ℞. mellis albi dispumati lib. x. succi rosarũ recẽtiũ li. j. ponant in caldario ad ignẽ ⁊ cũ bullire iceperit viridiũ rosarũ cũ forficibꝰ vel cũ cultello incisarũ. lib. iiij. addant: ⁊ tãdiu bulliãt quousꝫ ad succi deueniant c[illegible]sumptionem. ⁊ dum bullierit semper agitetur cũ spatula: ⁊ cũ coctum fuerit in subtili vase recondatur.

¶ Mel vero rosatum ſm intentionẽ Nico. apud grecos appellat rodomel: q̃dã geleniabin vocãt. Mesue in antidotario. in distinctione de cõditis hꝫ vnã aliam descriptio[illegible] ſꝫ ista Nico. est illa qua gñaliter vtimur: tñ inter ipsas est parua differẽtia. circa instans in. c. de rosis hꝫ vnã aliam descriptionẽ: ⁊ eadẽ est. Isido. inqt in. c. de potu. rodomel dr: eo qđ in succo rose mel admisceat. geleniabin: ⁊ chaliebinũ repio in practica Haliabbatis pro geleniabin: ⁊ sunt rose cõdite hodie⁊ vo p geleniabin mel rosatũ [illegible]ntelligũt. si mel violatũ facere volueris eodẽ modo fit: sed non est tantum in vsu vt est rosatum.

Oxizachara. Nico. ℞. zuccari li. j. succi malorũ granato. ℥. [illegible]iij. aceti. ℥. iiij. ponant sup ignẽ in vase stãnato. ⁊ tã[illegible]diu bulliat cũ spatula semp agitãdo donec ad quantitatẽ zucca. veniat: et in pixide possit deportari ad modum electuarij.

¶ O[illegible]ara ſm intẽtionẽ Nico. dr ab oxi qđ est acetum ⁊ zuccaro: ipsẽ Nico. habet vnã aliam descriptionem que dicit oxi ſꝫ hec dicitur ab acetoso succo malorum granatorum: sed in vsu non venit.

¶ Malũ granatũ est pomũ granatũ qđ satis est notuꝫ. Papias inqt. mala granata. i. punica dicta: qđ interiꝰ grana habeant olẽtia q̃ co[illegible]dunt ⁊ significãt ecclesiã de multis gẽtibus congregatam vel gratias habentes.

¶ Acetũ qđ oxos dr. Isido. in. c. de potu. Nic. vult ꝙ oxizachara coquatur tm̃ ꝙ possit ferri in pixide ad moduꝫ electuarij: sed nos gñaliter facimꝰ ipsam ad formam sirupi: ⁊ nõ ad formam electuarij. Isidorus in. c. de vasis olearijs inquit pixides vascula vnguentaria ex buxo facta: nam quod nos buxum greci pixum vocant.

Sirupꝰ de mirobalanis citrini[illegible] ſꝫ Rasim in tractatu de egritudinibꝰ iũct[illegible]rarũ in ca. de medicinis mũdificãtibꝰ sanguinẽ ⁊ colerã. ℞. mirobolanorũ citrinorũ. ℥. cẽtũ ⁊ ablue cũ aqua calida reubarbari. ℥. centũ mitte in aquã frigidã ita ꝙ aqua supemineat duobus digitis. postea in estate p[illegible]ne ad solẽ per

quatuor dies. deinde aquā abijce iterū: ⁊ remaneāt mirabolani: ⁊ iterū mitte in aliā aquā ⁊ dimitte tādiu donec amittāt saporeʒ suū ⁊ albescāt. deinde aggrega p̄mā ⁊ scd̄am aquā. ⁊ cū. ʒ. cētū māne albe coq̄ ad ignē ⁊ remoue spumā donec fiat sicut iuleb. et si vis acue eū cū scamonea super qualibet li. pone ʒ. vnā scamonee ⁊ super qualibet lib. pone. ℥. j. aque rose et vtere quādo volueris.

¶ Iste sirupꝰ nō est in vsu credo ꝙ sit ex carioribꝰ alijs. mirabolani citrini magis sunt laudati illi qui in colore suo sunt citrini multe citrinitatis declinātes ad viriditatem ⁊ in pondere sint graues ⁊ grossi ⁊ cortex ipsoruʒ sit spissus dēsus completus ossa parua. Guil. placentinus inquit. mirabolani sunt quinq̧ specierum: sed citrini sunt meliores omnibus alijs.

Siru. de turbith: s̄m eūdē in eodē tracta. in ca. de medicinis q̄ purgāt flegma et crudos humores. ℞. turbith. li. j. mitte ī tribꝰ libris aq̄ frigide ⁊ moreꝛ vna die ad solē. deinde cola: ⁊ deinde si saporē amiserit [illegible] ijce: ⁊ aquaʒ serua: sin aūt appone aliā aquā: ⁊ iterū appone ad solē donec amittat saporē. postea aggrega illas duas aquas ⁊ mitte vnā li. zuccari ⁊ coque donec fiat sicut iuleb educit multoties humorē flegmaticū. et si volue[ri]s citius facere coque ad ignē: qm̄ est debilior a principio: sed postea non est ita clarus.

¶ Iste sirupus non est in vsu.

¶ Turbith s̄m Mesue est radix herbe cuiꝰ folia sunt sicut folia ferule minora tm̄ ⁊c. Dia. de ipso ca. fa[c]it. sʒ nō inuenitꝛ sub noīe turbith. sʒ ipse vocat tripoliō. quapropter miror ꝙ Mat. sil. de tripoliō capitulū facit: sed non cognouit q̄d esset sed postq̄ ego aggregaui. c. de tripliō apud Dia. cū ca. de turbith apu[d] [Se]ra. vidi ꝙ idē sunt. scias ꝙ flos ipsius mutat colorem suum ter in die nam in mane est albus ⁊ in [m]eridie declinat ad colorem purpureum: in vesperis vero fit rubeus.

Siru. de vua s̄m Auicē. in. v. cano. ℞. succi vue pōtice stiptice li. vj. ⁊ decoquanꝛ vsq̄ ad tertiā. ⁊ fundanꝛ sup ip̄m mellis li. [illegible] [su]mac radicis ligritie. gallarū balaustiaꝝ ⁊ supioris rosaꝝ oīʒ aū. sextariū vnū et est. ʒ. vj. s̄m gentilē croci. ʒ. ij. mirre aluminis iameni aū. ʒ. j. decoquatur ⁊ col[e]tur ⁊ potetur.

¶ Iste sirupus apud nos non est in vsu. Frāci. de pedemōtiū in. c. de solutione cōtinuitatis stomachi ⁊ vlceribus. ⁊ ruptura ⁊ eius cura hʒ vnā aliam descriptionē: sʒ est ex autoritate Aui. ⁊ eadem est.

¶ Vua pōtica stiptica. i. in sapore. nō aūt intelligitꝛ pōtica ab illa regione. sʒ dr̄ ⁊ intelligitꝛ pōticū q̄r pōticū. i. fortē hʒ saporē. Pet. de crescētijs docet modū cōseruationis vuaꝝ. [d]e virtutibus: ⁊ de apparatu vindemie: ⁊ de tempore vindemiandi: ⁊ sic de alijs.

Siru. de fructibus s̄m eundē in eodē canone. ℞. succos cidonioꝝ. et malorū pirorū et granatorū. muzoꝝ. et sumach. et zarur. ⁊ decoquanꝛ leui igne donec ingrossenꝛ: si autē vis dulcorar[e] ipsum p̄ijce super ip̄m zuccari quantū vis et bulli ipsum et cola et vtere.

¶ Iste siru. nō est in vsu. idē hʒ vnā aliā descriptionē inferius: sʒ nō est eadē. Gal. q̄ [in] lib. secretorū hʒ vnā aliam que eadē non est: nec alique sunt vsuales.

¶ Fructꝰ. Isid. in. c. de arbori. ait ꝙ fructꝰ nomē accepit ab eminēte gutturꝭ p̄te q̄ vescimur. idē ⁊ fruges fructꝰ aūt ꝓprie dicunꝛ agroꝝ ⁊ arboꝝ q̄bus vtimur. in aīalibus vo abusiue ⁊ trāslatiue vocari fructum dicimus.

¶ Zarur s̄m Aui. i. ij. cano. est noīatū triāgulꝰ latinoꝝ ⁊ zarur est spēs quā noīant greci telesimō: ⁊ sentabinū. ⁊ qn̄q̧ noīant eā malū siluestre. zaror vel zarur s̄m intentionē modernoꝝ est fructꝰ silꝭis piro in figura sua: sʒ est minor. q̄dā putauerūt ꝙ esset sorba. sed nō est. verū est ꝙ loco zarur ponit sorba. Sera. in. c. de sorba ait zaror. i. faciens appetitū: ⁊ est sorba. ⁊ ibi describit formā ipsiꝰ. si zarur sit sorba aut nō: nō nego nec affirmo: sʒ vnū ꝑ alio potest poni. zaror s̄m Matt. siluati. est mespilū siue azarola vel tricoctū Gal. in. vij. simpliciū inq̄t mespilum q̄d tricoctuʒ nominaꝛ: eo ꝙ tria habeat ossula oīa inter se. Joan. arculanus in ca. de opilatione epatis inquit. zaror. i. sorba. Nico. florēti. in lib. iiij. ca. de squinantia dicit ꝙ zarur est mespilla.

¶ Sirupus de fructibus aliꝰ s̄m eundē: sʒ nō est in vsu. sed q̄r ibi ingrediunꝛ quedā simplicia que nō ingrediūtur in alia descriptione: ego solum illa declarabo.

¶ Alnabach s̄m eūdem in scd̄o cano. est fructus arboris dicte sadar. ⁊ hec est quā Dia. agrifoliū vocat: cuius semē est silꝭe piperi dulcis saporis. idē aliud ca. facit de lotheos ⁊ dicit ꝙ caligarij rosum vocāt. Joānes concoregius in ca. de capillis dealbādis ⁊ denigrādis inq̄t. ℞. foliorū roci de quo p̄parātur coria: hec nō sunt agrifoliū nec lothos: vt q̄dā volūt. Sera. de nabach sp̄ale caplm̄ facit ⁊ inq̄t: nabach est cortex similis cortici mori. ⁊ odoris boni: hoc nō est ca. de vero nabach. sʒ est caplm̄ de nascatimon: sicut ptʒ si legis illud caplm̄ de nabach apud eūdē cū ca. de nascatimō apud Dia. videbis ideʒ sunt. sʒ textus Sera. ibi est falsus. nā ipse Sera. in. c. de sadar inq̄t. Sadar est arbor ⁊ fructꝰ eius est nabach. ergo est agrifolium: ⁊ non est cortex: ⁊ hec arbor nascitꝛ in partibus Januēsibus: semē est rubicūdū maius pipere comestibile: ⁊ vocant ipsum herbatici laurū siluestrem.

¶ Amiberis s̄m eūdē in scd̄o cano. est azatarach: ⁊ est ex eo rotūdū: rubeū: cāpestre: ⁊ nigrū. lōgum arenosum aut mōtanum: ⁊ est forte hec arbor quā Dias. oziachātos vocat: ⁊ est arbor dicta apud herbaticos crispinus siue berberi: ⁊ satis sunt noti.

Sirupꝰ scti Ambro. s̄m magr̄m Antoniū guaineriū in ca. j. de febre tertiana pura interpolata ⁊ eiꝰ cura. ℞. parū milij a cortice supiori depilati: q̄d pistū appellaꝛ: et decoq̄ facies in aqua donec crepeꝛ: q̄r cito decoquitur: deinde de tali bulliēte brodio accipiantur. verbigratia. ℥. iiij. et imponātur. ℥. ij. vini: et ita calidum bibat[u]r: et mirabiliter sudorem prouocat: et sedat sitim.

¶ Ist[e] [sir]upus s̄m intētionem domini magistri Antonij: mediolanenses tp̄e magni estus vtuntur eo: ⁊ cōiter appellant ipsum pistum vini: ⁊ sic adhuc gn̄aliter vtuntur ipso: sicut est notum apud ipsos.

¶ Miliū. i. miliū quo vtimur gn̄aliter. Serap. c. de milio inq̄t ex autoritate Dias. ꝙ sunt due species vna earū est asperū habēs granū ⁊ est illud q̄d pōt teri: ⁊ a quo aufertur cortex sicut fit a rixi ⁊ alia spēs est fortissimi ⁊ asperrimi grani: ⁊ nō pōt ab eo auferri cortex. Gale. in. vij. simpliciū inq̄t dogni. i. miliū. hoc granū est de speciebus granorum: ⁊ est simile panico quod notum est.

Siru. de pimpinella s̄m Joan. anglicū qui alio noīe rosa anglica nominaꝛ in ca. de cura ptisis. ℞. pimpinelle: ꝯsolide maioris cō

solide minoris ꝯsolide medie: ysopi recētis politrici ceterac. adiā[t]hos scariole: radicis: vngule caballine aquatice. i. farfar. añ. M. j. capillorū veneris. M. iij. violarū. ʒ. ij. foliorū nenufaris q̄tuor seminū frigidorꝝ. mūdatorꝝ ligritie mūde. añ. ʒ. j. cādi. i. zuccari cādi: penidiorū medulle seīs bōbacis. seīs citoniorū. boli ar. seīs lactuce portulace papaueris albi mirtillorū succi ligritie. añ. ℥. ß. dragagāti: gūmi arabici. amidi foliorū rosarū rubearū spodij sanguinis draconis. ana. ʒ. iij. seīs altee. seīs malue: vue passe mundate ab arilis. i. a granis pinearū. caricarum. i. ficuum. añ. ʒ. ij. ordei mundi li. j. zuccari. li. iij. fiat sirupus cum aqua pluuiali: ⁊ bene clarificetur ⁊ detur mane ⁊ sero.

¶ Iste sirup⁹ nō est in vsu. Pimpinella est herba cuius folia sunt sīlia saxifragie: sꝫ minora. hāc gnāl'r lōbardi in hortis hñt. Matthe⁹ saluaticus inq̄t. pimpinella ca est herba multū sīlis saxifragie. vñ dr̄. pimpinella pilos saxifragia non habet illos.

¶ Cōsolida maior est herba q̄ a vulgo anealcho dicit. Dias. de ipsa capi. facit sub noīe simphitū. ⁊ ibi describit duas spēs: quarꝝ prima nascit iuxta riuos. cui⁹ flos est albus radicē hꝫ subnigrā: ⁊ est illa q̄ iuuamētū hꝫ in medicina. Aui. in scdo cañ. de ipsa capitulū facit sub nomine sucutū. sꝫ in arabico est simphitū. ⁊ sic appet manifeste ꝙ illud capitulū de sucutū apud Auicē. cū capitulo de simphito apud Dia. sunt idē: sed ipse Aui. non habuit pfectā noticiā q̄d esset: q2 dicit est semperuiua: ⁊ dicit ꝙ est spēs seminis mandragore: ⁊ dicit aliud nec Guilelmus placentinus agnouit eam sicut patet in ca. de anagalo. ⁊ in ca. de succuto. hanc quidam anagalicum consolidam vocant.

¶ Consolida minor est herba hñs folia sīlia artetice: sꝫ nō sunt ita nigra sicut artetice. sꝫ flos ipsi⁹ est purpure⁹. fact⁹ i modū floris sticados: hec herba in pratis ac vijs nascit. hāc rustici pa piēses soda vulgariter vocāt.

¶ Consolida. de ista pauci autores sermonē faciūt: sed vide de forma ipsius apud manfredum de mōte imperiali. si vero nō poteris hr̄e. ponatur loco eius radix consolide maioris in pondere.

¶ Politricū vel politricō grece dictū multarū comarū: nā greci thrix comā seu capillū vocāt. Pli. politrica distāt a galitricis ꝙ iuncos habeant albos ⁊ folia plura maiora q̄ fructice quoqꝫ maiora sunt. Dia. inquit adianton s[iue] galitricō. vel polittricō. sed aliud est. ⁊ sic ex isto sirupo possumus certificari ꝙ adiantō non est capillus veneris: nec politricō. vt quidā volunt.

¶ Ceterach ſm modern[orum s]niam est herba q̄ in muris humidis: ⁊ i lapidib⁹ nascit: ⁊ ſm intentionē meā ē spēs scolopēdrie. verū moderni distingunt aliter vo[cant] ceterach. est herba dicta apud herbaticos adorata: ⁊ scolopendria lingua ceruina: infra apparebit descriptio sirupi de scolopendria. ⁊ ibi melius ostēdā si deus voluerit.

¶ Adiantū. Dia. inquit. adiātū siue galitricon vel politricon. folia hꝫ coriādro sīlia scissa in summitate. hꝫ ramos subtiles duos logitudine vni⁹ palmi nigros ⁊ non hꝫ stipitē nec florē nec semen. hoc est ca. de capillo veneris sicut ptꝫ si legis capit. de capillo veneris apd̄ Aui. ⁊ Sera. videbis ꝙ idē sunt. sꝫ moderni distinguūt p diuersas herbas: vꝫ ꝙ aliud est adianton aliud est capillus veneris: aliud est politricon: aliud est galitricon: lꝫ tres prime species habeāt quasi eandem virtutem.

¶ Bombax vel bōbix ſm quosdam est vermis q̄ facit sericum. Papias inquit. bombix grece vermis. est penultima producit. Sera. inquit. coton id est bōbax. Auicen. in. ij. cano. vocat ipm kotū ⁊ ait ꝙ semen ei⁹ est calefactiuum ⁊ lenitiuum hoc est notum.

¶ Altea ſm gal. in. vij. est malua siluestris Macer. inquit. Alteam malue spēm nullus negat esse. Alteāqꝫ vocant illā ꝙ crescat in altum. Hāc ipsam dicūt euiscū ꝙ quasi visco illius radix cōtrita madere vr̄. A multisqꝫ solet agrestis malua vocari.

Sirup⁹ de lilio scd̄m eūdē in eodē. c. hoc est in ca. de cura ptisis. ℞. radicū enule campane: ireos añ. ℥. j. isopi calamēti: adiātos añ. M. j. succorū caulīū: galitrici añ. ℥. ij. carniū dactilorū: succi ligritie añ. ʒ. j. muscilaginis: seminis lini: ⁊ fenugreci añ. ℥. ß. mellis dispumati lib. j. ⁊ si non abhorreat amara. tunc addatur de prassio. id est marubio ⁊ gramine. ana. ʒ. iij. et fiat.

¶ Iste sirup⁹ apd̄ nos nō est in vsu: ſm itētionē Jo. anglici siue cōpositoris ē sirup⁹ de lilio q̄ florē purpureū gerit: sed gnāl'r hr̄ opinio ꝙ qñ repit sirup⁹ de lilio simpliciter de lilio albo intelligi debeat. tñ hic Joannes hꝫ sirupū de lilio ⁊ ibi nō hꝫ nisi ireos. q̄d est radix lilij celestis: ⁊ ppter ho[c] dico ꝙ iste ē sirup⁹ lilij purpurei. si aliquis voluerit facere sirupū de lilio albo, īfra apparebit eius descriptio.

¶ Enule cāpane. nō aūt est enula q̄ eleniū dr̄. sed poti⁹ est q̄dā spēs panacis de qua Dia. c. facit sub nomīe panax chiroma dicit: q2 nascit in mōte pel[i]on: folia habet amaraco similia ⁊ florē aurosum: ⁊ radicē tenuem. hec apu[d n]os nō est cognita. Ireos apud Aui. in scd̄o cañ. est ra[d]ix lilij cel[e]stis. vide ergo ꝙ iste sirupus est verus sirupus de lilio celesti seu purpureo generaliter: moderni admirantur q̄d Mesue in capi. de ireos dixerit ireos due sunt species. Una que florē habet purpureū: ⁊ alia que hꝫ album. Electio habēs florē album melior est in omni re[. h]oc est ireos q̄ florē gerit albū est melior q̄ꝫ qui gerit purpureū q̄d nō reperit esse verū: circa instās inquit. liliū est domesticum ⁊ siluestre. sed siluestre album gerit florē purpureum ⁊ efficacius est ⁊ sic hodie pro lilio celesti siue ireos [r]ecipitur radix lilij q̄d florē purpureum facit ⁊ nō album[.] vt dicit Mesue.

¶ Galitricō siue cētrū galli. e[st p]lāta quā multi moderni vulgari noīe bozomo vocāt. ei⁹ spēs sunt due. vna q̄ in hortis nascit q̄ comedit sicut alia olera. alia nascitur in pratis: ⁊ hec est siluestris: ⁊ est illa quā rustici nostri vulgariter scarlezam dicunt: ⁊ ista ſm plures est nobilior i[n me]dicina q̄ hortulana. circa instans dicit galitricō [i]d est centrum galli.

Sirup⁹ digestiu⁹ ſm eundē in ca. de cura paralesis. ℞. seīs feniculi: petroselij. dauci. i. semi. pastinace siluestris anisi: saluie: origani lauēdule: primule veris. betonice silerꝫ mōtani sticados: sanamūde: abrotani: iuniperi. añ. M. j. zinziberis piretri costi: nigelle: piperis nigri ⁊ lōgi: ozimi: ruthe sicce basiliconis maiorane: aristologie rotūde baccarꝫ lauri sinapꝫ: gētiane añ. ʒ. ij. pistent ⁊ coquātur ⁊ colent: ⁊ fiat sirup⁹ cū melle quātū sufficit vl' cū li. ij. mellis si vis vl' cū li. j. si patiēs sit robust⁹ ⁊ rudis. tñ si patiēs sit delicat⁹ ponat min⁹ d' abrotano. ⁊ si vis adde acetū sq̄lliticū. Et voco istū sirupū de sanamunda.

¶ Iste siru. nō ē in vsu: sꝫ itētionē c[ompo]sitoris est sirup⁹

digestiuus. idē inferius in ipa descriptione ait. voco istū
sirupum de sanamūda. id est gariofilata de quo infra.
¶ Lauēdula scdm mat. sil. est pmula veris. sz non credo.
qr in hoc possumus certificari q lauēdula nō sit pmu=
la veris. qr in isto sirupo hz lauēdulā ꝛ primulam veris
q si essent idez nō repeterentur.
¶ Primula veris scdm Nicolaum est herba scti petri. si=
ue herba paralesis qd idē est. moderni vero ponunt q
de hac reperiunt maior ꝛ minor. ꝛ maior scdm veritatem
est herba scti Petri que oibus est nota. minor vero est
illa que in pratis ac vijs reperitur. cuius folia comedū
tur sicut aliorū olerū. Et ista a vulgo dr herba margari
ta ab alijs el primo fiore.
¶ Sanamunda. i. gariofi. nō est pes leporinꝰ: vt qdam
ignorātes herbatici volūt. sz gariofilata siue sanamun=
da siue anātia est herba similis agrimonie: cuiꝰ radix
odorem habet gariofili. hec apud nos nascit iuxta hor
tos ꝛ in cāpis hāc adolescētes suo tpe euellunt et por=
tant ipam i manibus pter odorē. folia ipsius sunt illa
q hnt efficaciā i medicina. de q ait circa istās. gariofila
ta vel gariofilatū dr pprie qdā cōfectio ex gariofilis
confecta. vn folia ꝛ nō radices in medicinis ponuntur.
ꝛ quanto est recens tanto melior est. Pli. aūt vocat ipaz
gethim. hic sirupus scdm intentionem cōpositoris est siru
pus de sanamūda. i. gariofilata.
¶ Ozimū. s. ozimū gariofilatū. qd alio nomine alfelēge
misch vocatur. hic Ioā. anglicꝰ i isto sirupo hz ozimū ꝛ
inferiꝰ hz basiliconē. qd idē est tn spēs ozimi sunt plu=
res ꝛ sic hic p ozimo possumus intelligere semē ozimi
gariofi. ꝛ p basilicone possumꝰ intelligere herba ipam
ozimi vl quādā spēz ozimi vt ē ozimū citratū. i. melissa.

Sirupus de raffano scdm eundē in capi. de
cura paralesis. ℞. radicū raffani lapacij acu
tilis. peonie. ana. ptē. j. temperētur cū vino
ꝛ aceto p diē ꝛ noctē: tunc recipe saluie eupa
torij camedreos camepitheos. calamēti. pē
tafilōis isopi. añ. M. j. anisi. maratri. i. feni
culi carui peonie. ana. ʒ. j. acori sqnanti. añ. ʒ.
ij. nucis muscate. cinamomi. ana. ℥. ß. folio
rum boraginis. ℥. j. corticis fraxini ꝛ arbo
ris tremule. añ. ℥. ß. mellis lib. j. decoquan
tur ista in aqua extinctionis ferri ꝛ in tpe ca
lido ꝛ in etate iuuētutis posset addi scolopē
dria cum herbis predictis.

¶ Iste sirupꝰ nō est in vsu dias. c. de raffano inqt raffa=
nū greci: nos vo radicē vocamus: eo q totꝰ deorsum
mittitur: cū reliq olera magis sursuz psiliāt ꝛc. infra po
nit qd est aliud genus raffani qd multi aromachion
dicunt ꝛ sic inuenit apud Sera. in. c. de semine raffani
vbi sic ait. sz raffanus agrestis quē romani vocāt aro=
morachiō. Sal. i. viij. iqt raffanꝰ. i. raffanida. Isi. ait raf
fanū greci nos radicē vocamꝰ. eo q totꝰ deorsuz mittit.
¶ Fraxinꝰ. est arbor satis nota. Pe. de cresce. inquit. fra
xinus est arbor satis magna q in pinguibꝰ ꝛ humidis
nemoribus delectat eius lignū satis igni cōpetit. ꝛ est
optimū p circulis vegetum ꝛ tinarū. eius semen est fa
ctū ad modū lingue passerū ꝛ propter id apud nos vo=
catur lingua auis.
¶ Arbor tremula scdm opi. plurium modernorum est ar
bor granati silvestris. sed scdm opi. bartholomei mōtaga
na alid est. nā ipse bartholomeꝰ i suis cōsilijs in cōsilio
de regimine ardoris vrine p medicinalia inqt. ibi admi=
nistratio est trociscorū de charabe et pprie q scribūtur
nono Almāsoris alleg. c. quorū descriptio hec ē. ℞. cha
rabe gūmi arboris tremule. et est populus sed in verita=
tate ille textus est falsus. nā mat. sil. in litera inqt arbor
tremula. i. arbor granati silue. Ioā. arcu. in ca. de mictu
sanguinis ꝛ saniei ait. gūmi tremule arboris. i. granati
siluestris. Rasis in suis sinonimis in fine libri ait.

Sirupus de mezereon scdm eundē in ca. de
fluxu ventris. ℞. radicū feniculi. petroseli
ni. bruci. radicum peonie lapatij. acuti ari
stologie rotūde. ana. ʒ. j. isopi. pulegij mōta
ni. pentafilonis camedreos. camepitheos.
thimi. rosarū ana. M. j. mēte modicū succo
rū boraginis scabiose fumitere. añ. ʒ. ij. semi
nis peonie. anisi maratri. carui. ana. ℥. j. a
meos. ʒ. ß. cuscute. ʒ. vj. visci qrcini. epithimi
sene foliorum sticados arabici añ. ℥. j. poli
podij. ʒ. j. ꝛ si sit i estate ponatur īter herbas
scolopendrie corticū genestre fraxini añ. ℥. j.
mezereon boni. ℥. j. mel. rosa. li. j. ß. fiat dige
stiuum qd vocet siru. mezerinus.

¶ Iste sirupus apd nos nō est in vsu. Mezereō aūt her
ba est q apud dia. vocat camelea ꝛ eiꝰ semē est cocogni
diū. Uide supra de ipso in electuario de mezereon.

Sirupus de rubea tinctorum scdm eundē
in. c. de sterilitate. ℞. arthemisie rubee ma
ioris. sauine. añ. li. ß. tn sauina amara est iō
pōt poni in minori quantitate. foliorū men
te foliorū absinthij summitatū origani ꝛ ca
lamenti. añ. ʒ. ij. spice nardi. ʒ. j. squinanti. ʒ.
ij. calami aromatici. ʒ. iij. anisi. maratri. car
ui. ana. ʒ. j. sileris montani: ameos. ana. ʒ. ij.
peonie. ʒ. ß. mellis rosati. li. ij. fiat sirupꝰ quo
vtatur mane ꝛ sero.

¶ Iste sirupus nō est in vsu. Rubea aūt maxime tincto
rum est herba cuius radix vsui medicie cōpetit. dia. aūt
de ipa duo ca. facit vnū sub nomie eritrodanū alid sub
noie rubea: ꝛ hec herba apud rusticos dr rosa. ꝛ ab ali=
qbus dr vena tinctorū sed vena citrina aliud est.

Sirupꝰ macedonicꝰ scdm eūdē ꝛ ibidē. ℞.
radicū petroselini domestici: ꝛ macedoni
ci. apij. feniculi. aristologie lōge ireos. lilij.
enule cāpane rubee maioris. añ. M. j. ß. ar
themisie. pulegij calamenti. isopi. epatici.
origani. diptami. solsequij. añ. M. j. cinano
mi. anisi. carui. peonie. dauci. maratri. scili
cet seminis ameos. añ. ʒ. j. spice celti. ʒ. ij. spi
ce nardi. ʒ. j. cassie lignee. costi. añ. ʒ. ß. liquiri
tie. ʒ. ij. mellis quod sufficit ꝛ fiat.

¶ Iste sirupꝰ apud nos nō est in vsu: macedonicū aūt est
olixatrum. ꝛ est ex speciebus apij ꝛ est quam diasc. hipo
sellinum vocat: alij apiū agreste vocāt siue vt latini ob=
fastrum melius est hortino et albidiꝰ. radix est illi gros=
sa et alba et mollis. folia habens obrotunda et viridia
in capite plenū ē flore i quo semē ē viride ꝛ oblōgū ꝛ vi
scidū aromaticū hns odorē. radix eiꝰ odorata ꝛ alba ꝛ
estomacat. nascit i locis vmbrosis humidis: ꝛ in hortis
herba h cibis apta est cruda cocta comedit sicut apiū.
Hec apd modernos alexādrū vocat. Nic. ēt dicit alexā
drū vl olixatrū ē macedonicū seu petroselinū macedo=
nicū idē est. Matt. siluaticꝰ de ipso loqtur i ca. de apio.
¶ Solsequiū scdm simonē ianuē. a multus vocatur intu
ba. ergo est endiuia. nā intuba est nomē grecū: sed a la=
tinis endiuia nūcupat. circa instans in. c. de spōsa solis
ait. spōsa solis eliotropia intuba cicorea dionisia solse=
quiū idē sunt. mat. silua. capi. de cicorea dicit cicorea la

tine vel sponsa solis vel solseq̄a ẜm Nic. solseqꝫ ē mira sol .i. spōsa solis siue cicorea. hic textꝰ nicolai nō videt sonare bñ: qꝛ mira sol nō e[illegible]cicorea. imo ē pētadactilus hec vero plāta ab aliq̄bꝰ p[illegible]dactilia vocat et ab aliis eliotropia. Joā. vo anglicꝰ seu cōpositoꝛ in ca. de palesi ait. kalēdula .i. solseq̄ū vel pimula veris. ergo est herba. dicta a vulgo herba blāca ⁊ hec vr̄ habere plura noīa: nam cicorea potest dici solsequiū eliotropia idē kalēdula idem. sed qꝛ intentio cōpositoris ē ꝙ solsequiū sit kalendula ergo debemus eam ponere.

Sirupꝰ de pulegio scd̄m eūdē ibidē. ℞. arthemisie .i. altilie. ℥. iij. sanamūde calamēti. caprifolij. origani pulegij camomille. mellisse. costi. balaustiarū. sinsibrij .i. mēte aquatice. radicuꝫ feniculi. petrosellini .i. cordumeni lapacij. radicum lilij. capillorum veneris recentis adianthos. enule campane. añ. ℥. j. maratri seminis petrosellini calami aromatici vtriusqꝫ sticados anthos thimi epithimi. nucis nuscate: macis seminis basiliconis. camedreos. endiuie. pastinace. añ. ʒ. ij. mellis li. ij. zuccari. lib. vini albi quar. j. 5. fiat sirupus scd̄m artem.

¶ Iste sirupus nō est in vsu ẜm vero intētionē cōpositoris iste sirupus est de mēte albucasim q̄ ipsum describit in sua practica.

¶ Pulegiū aūt herba ē satis nota. circa instās in ca. de pulegio ait. pulegiū i tpe florū colligit p annū ẜuatur. dia. in. c. de diptamo dicit: diptamū mlti dicūt pulegiuꝫ agreste esse. sine dubio pulegiū est spēs diptami sicut apparet apud sera. in. c. de origano. idem in. c. de calamento de pulegio loquit. pli. inq̄t. pulegiū femina: efficacior est aūt flore purpureo. mas cādidū hꝫ ⁊c. siluestrica q̄ de domestico dicta est efficacior vis est q̄ȯ sile est origano: minoribꝰ folijs q̄ꝫ satiuū ⁊ a quibusdā diptamos vocatur gustatum a pecore caprisqꝫ balatū cōcitat vnde quidā greci literas mutātes ibeconō vel bliconō vocauerūt ẜm aūt modernos pulegiū regale est vsuale: sꝫ pulegiū indum seu ceruinū est diptamum.

¶ Sanamūda .i. gariofilata seu assara bacara agrestis siue auātia: vt inq̄t cōpositor. in. c. de vulneribꝰ recētibꝰ in carne ⁊ neruis ⁊ hec apud herbaticos dr̄ pes leporinus sed non recte vide in sirupo de sanamūda quod de ipsa aliquid ostendam.

¶ Caprifoliū ẜm Nicolaū est matrisilua. matrisilua aūt apud Dia. peridemenō vocatur ex folijs ipsiꝰ apȯ quosdā fit liciū ⁊ est herba q̄ iuxta hortos inuenit ⁊ est illa quā rustici vocāt cezolo infra in vnguēto de matrisilua meliꝰ ostēdā si deus voluerit.

¶ Adiāthos seu adiāthos ẜm Dia. adiathū siue galitricon siue politricon est herba q̄ hꝫ folia silia coriādro scissa in summitate hꝫ ramos subtiles duos in lōgitudine vniꝰ palmi nigros ⁊ [illegible] hꝫ stipitē: neqꝫ florē: neqꝫ semen hoc vr̄ esse capitulū de capillo veneris. Nā adiāthos seu politricon spēs sunt capilli veneris ⁊ [illegible]t ex hoibus q̄ ponūt vnū p alio. Hic cōpositor in isto sirupo habet adianthos q̄ȯ pōt dici esse florē roris marini: vel potest dici adianthos confectio de floribus roris marini: sed quia compositor in isto sirupo iterum inferiꝰ habet anthos: ideo idē nō sunt.

¶ Anthos vo apȯ grecos est flos. Vñ anthos .i. flos roris marini ⁊ adiāthos: ē spēs capilli veneris: de qua vide circa instās i. c. ȯ rore marino q̄ sic ait cū aūt reperit. recipe anthos vel roris ma. dicūt poni flores: ⁊ sic est.

Sirupus columbinus scd̄m eundem in ca. de sterilitate. ℞. radicū feniculi petrosilij ysopi recentis radicum lilij: radicū apij capillorū veneris recētiū ceterach .i. asplenō. pollitrici adiāthos. radicū scabiose buglose. añ. ℥. j. herbe scti Christo. amarusce. pedis colūbini pipinelle cōsolide minoris. vtriusqꝫ lactꝫ corticū mori celsi fumitere ipericō .i. herbe scti Joannis añ. ℥. 5. liquiritie mūde. ʒ. j. maratri .i. feniculi florū boraginis florū camomille. seīs brusci. seīs sparagi. florū violarum. añ. ʒ. j. zuccari li. ij. fiat sirupus quo vtatur mane ⁊ sero.

¶ Iste sirupus non est in vsu. ẜm intētionem cōpositoris curat omne apostema ⁊ omnē inflationē tēpore frigido. ⁊ a veneno liberat. dicitur aūt sirupus columbinꝰ a pede columbino qui ingreditur.

¶ Pes aūt colūbinus ẜm Serap. est amomum sed hic aliꝰ intelligit. apud modernos pes colūbinꝰ est herba de quo infra in tro. diacorali de forma ipsiꝰ apparebit.

¶ Herba scti Christofori: scd̄ꝫ Nicolaū est filiꝰ añ preꝫ vel oculꝰ cōsulis: scd̄m vero Matt. Syluati. filiꝰ añ patrē est herba q̄ ex auctoritate pli. dr̄ gariofilū: ⁊ est herba faciēs florē sicut butalmos cuiꝰ stipites faciūt ramulos plurimos: sed ramꝰ post natꝰ excedit lōgitudine añ natū: ⁊ ob hoc fil[illegible] añ patrē vocat. Similiter oculꝰ xp̄i: hec herba apud nos in pratis inuenit: sed flos eius nō est ita: vt inq̄t Mat. sil. qꝛ eiꝰ flos nō est sicut butalmos: nā butalmos hꝫ florem citrinū similē flori camomille: ⁊ oculꝰ ꝯsulis hꝫ florē nigrū. q̄ nō ꝯueniūt sꝫ error ē hic nā butalmos ẜm antiquā trāslationē hꝫ flores nigros: sicut hꝫ oculus xp̄i: sꝫ scd̄ꝫ trāslationē nr̄aꝫ butalmos siue oc[illegible]ꝰ bouis: hꝫ flores citrinos. ⁊ oculꝰ Christi seu herba [illegible]i Christofori hꝫ flores nigros vt est notum.

¶ Amarascus seu amaracus. scd̄m Dia. ⁊ pli. ⁊ Isi. est sansucꝰ q̄ alio noīe maiorana vocat. scd̄m aūt. Modernorū opinionē amaracꝰ est alachoen seu vehuē vt apȯ A. in fi. cañ. ⁊ est illa q̄ a Dia. ꝑthemō dr̄. ⁊ apȯ Serap. matricari[illegible] ⁊ sic credo ꝙ intētio ꝯpositoris sit ꝙ amaruscus sit matricaria. qꝛ in illa materia multum valet.

¶ Sirupus de scolopēdria ẜm magistruꝫ Pet. de tussignana i. c. de ytericia. ℞. scolopēdrie. lingue ceru[illegible]e. endiuie epatice. absinthij. cicore. añ. ℥. 5. cuscu[illegible]. ʒ. j. seminū cōiū s. maiorū florū boraginis buglose añ. ℥. j. capillo. venerꝫ. radicū feniculi. petrosilij brusci añ [illegible] 5. ⁊ cū zuccaro fiat sirupus scd̄m artem qui aromatizet cū isto puluere. ℞. folij loco eius ponit macis. spice. s. nardi lacce cassie lignee. añ. ʒ. ij. ligentur in panno lineo ⁊ bulliant in sirupo [illegible]sui reserua.

¶ Scolopēdria scd̄m Sera. ex auctoritate Diasco. nominatur hoc noīe ꝑpter similitudinē cuiusdā vermis dicti scolopendria. ⁊ eiꝰ expositio est. xiiii. pedū hꝫ folia multa egrediētia ex vna radice ⁊ nascit in petris in muris edificiorum: et non habet stipitem nec florem. nec semen et folia eius sunt sicut folia polipodij et pars eiꝰ inferior est quasi rubea: ⁊ pars superior viridis ⁊c. hec est quam Diasco. a splenon vocat ⁊ sic si le[illegible]is bene illud capitu. de asplenon apud Diasco. cum capitu. de scolopendria apud Serap. videbis quod idem sunt: sed moderni p asplenō intelligunt ceterach sꝫ ego credo ꝙ in tpe antiquo vera scolopendria erat ceterach que a modernis herba dorata vulgariter vocatur. ⁊ sic vocatur. et sic in isto sirupo pro scolopendria intelligitur ceterach siue herba dorata. alia vero scolopēdria que inuēta fuit a modernis vocatur lingua ceruina et

ambe in isto sirupo ingrediuntur.

¶ Lingua ceruina ſm modernorum opinionem est vera scolopendria que folia magna longa et lata habet ab vno latere rugosa ⁊ hec ſm herbaticos est vera scolopendria: alie vero species nõ habent cognitionē per scolopēdriā sed si vocas ceterach scolopēdriam negant et falsa est opinio vt ostensum fuit.

Sirupus de sebesten scdm bartho. monta. in suo antidotario. ℞. sebestem. ℥. ij. rubee tinctorū. ℥. ß. anisi: cimini. liquiritie. seminis lactuce: melonis: cucumeris: maluarū añ. ℥. ij. alchechingi. fenugreci: sticados prassij añ. ʒ. iij. seminis apij: ameos seminis petroselini: radicum tribuli marini dauci: feniculi: meu. ʒ. ij. sanguinis ericij ꝑparati scordeon añ. ʒ. v. lapidis spongie: iudaici corticum auellanarum añ. ʒ. vj. coquantur in li. ij. aque vsqꝫ ad consumptionem medietatis deīde coletur ⁊ colature addātur aceti squilitici. ℥. ij. ß. zuccari scđe decoctiōis li. ij. ß. coquatur lento igne: fiat sirupus.

¶ Iste sirupus apud nos in vsu non est. Sebestē sicut dictum fuit in electuario de sebesten est quidam fructꝰ sicut granum oliue. hic fructus colligitur ⁊ exiccatur donec fiat passus: ⁊ sic vtimur.

¶ Tribuli scdm Diasc. gña sunt duo siccus ⁊ humidꝰ: sed humidus est ille q̄ nos vtimur ⁊ gerit semē ad modū castanee: ⁊ ꝑpter id a multis castanealꝰ dr̄ [illegible] sunt recētes comedūtur ⁊ dixit Mattheus siluaticꝰ ꝙ ex semine eiꝰ fit panis. nā ipē est dulcis ⁊ nutrit ⁊ sic vtimur loco panis tritici: ⁊ apđ Aui. i scđo cañ. vocatur halck.

¶ Ericiꝰ aliꝰ est marinꝰ aliꝰ est terrenus. Isidorus ait. criptiꝰ aial spinis coopertū qđ exinde dr̄ noiatum: eo ꝙ subrigit se qñ spinis suis claudit q̄bus vndiqꝫ ꝓtectum est cōtra insidias ⁊c. Auicē. in scđo cano. dicit eritiꝰ siluestris est notus ⁊ mōtanus est aduldn habens spinas sagittales ꝓpinquꝰ nature siluestris vel terreni. ille ꝟo q̄ est marinꝰ est spēs habētiū ost[illegible]ca. Guilel. placē. dicit eritiꝰ est triuꝫ specierū vnus q̄ est notus. alius qui habet spinas sagittal[illegible] ⁊ appellatur porcus spinosus ⁊ alius est marinus: ⁊ est species pisciū habētiū ostracū. ille q̄ est notꝰ est ille quem intelligere debemus: ⁊ de modo preparandi dicunt quidam sapientes ꝙ modus preparandi est sicut modus sanguinis hirci.

¶ Iudaicus. s. lapis q̄ dr̄ iudaicus: cuiꝰ fig[illegible] similis glādi albus bone figure multū habēs l[illegible] angulatas in longitudinē ꝓtendētes ⁊ noiatur summitates lacerate ⁊ est lapis q̄ dissoluitur in aqua: ⁊ nõ hꝫ saporem: ⁊ dr̄ iudaicus: q2 in partibus iudeorū reperitur.

Sirupus de cicoree ſm Guilelmū placētinum in suo antidotario. ℞. foliorū cicoree. M. j. foliorū boraginis lactucarū: violarū squariole: ligue bouine. i. buglose acetose bactisoscere ⁊ est herba cuiꝰ flos est celestis et eiꝰ semē est vt semē scariole: ⁊ agrestis: sꝫ nõ albū neqꝫ nigrū: ⁊ nascit in bladis vt plurimū credo ꝙ sit scariola agrestis. añ. M. ß. reubarbari. ʒ. ij. pistentur herbe ⁊ coquātur in lib. ij. aque donec. iij. pars consumpta fuerit: ⁊ colet ⁊ addatur in illa aqua li. ij. zuccari. ⁊ cum dissolutum fuerit zuccarū ad ignē cum aqua i[illegible]rum coletur ⁊ ponatur ad ignē cuꝫ reubarbaro puluerizato ⁊ ligato in vna pecia: ⁊ sepe exprimat cū manu pecia reubarbari tandiu permittatur decoqui ꝙ bene sirupizatum fuerit totum ⁊ tūc ab igne deponatur ⁊ reseruetur.

¶ Iste sirupꝰ est ille quo vtimur ⁊ maxime ſm istā descriptionē: ⁊ sic adhuc i mediolano vtūtur ipso: ⁊ sic faciunt in alijs ciuitatibꝰ: sed collegiū nostrorū doctoruꝫ papiēsium magis laudat vnā descriptionem quā describit Nico. floren. ⁊ dicūt ꝙ illa Nicolai est nobilior ista Guilelmi ⁊ hoc est q2 ipse Nicolaus hꝫ plura simplicia in sua descriptiōe q̄ Guilelmus. ⁊ sic est de reubarbaro maiorem quantitatem hꝫ Nicolaus q̄ Guilelmus. Si aūt facere volueris sirupum de cicorea ſm Nicolaum infra apparebit eius descriptio.

¶ Cicorea ſm quosdā est intuba. alij solsequiū alij spōsam solis vocāt. Columella in lib. de cultu hortorū ait. Cicorea iā teneris frōdēs lacticula fibris. Pli. ait intubum erraticum apud nos q̄dā ambulāt. In egypto cicoriā vocāt ⁊c. Cicorea ꝟo ſm cōpositorē est rostrū porcinū ⁊ est herba cuius flos est celestis ⁊ sic est ſm veritatē: ꝙ ꝟa cicorea ſm sniam modernorū hꝫ flores azurinos: ⁊ est spēs endiuie: de q̄bus Guilel. in isto sirupo. nõ hꝫ nisi tres spēs. s. cicoreā. endiuiā ⁊ scariolā: sed Nicolaus in sua descriptione habet sex: de qua infra.

¶ Scariola etiā est spēs endiuie vel cicoree. Mattheꝰ sil. in. c. de lactuca inquitꝙ sunt eius tres spēs: vna est q̄ vocat agrestis: quā greci sarraliā vocāt: nā sine dubio sarralia ſm Isi. ē lactuca agrestis: vt ait in. c. de oleribꝰ vbi inq̄t. lactuca agrestis est quā sarraliā noiamꝰ: eo ꝙ dorsum eiꝰ in modū serre est. Simon ianuensis dicit scariola scdm modernos est velut lactuca agrestis: nisi q2 in dorso costaruꝫ hꝫ spinas paruas ꝓ endiuia ponitur ſm Serap. et circa instans scariola est endiuia. et ſm petrum de crescentijs. endiuia est scariola vel lactuca agrestis. infra in alia descriptione de speciebus endiuie si deus voluerit ostendam.

¶ Bactisoscere apđ nr̄os auctores nõ reperio aliquem de ipō loqui: sꝫ scdm intētionē cōpositoris ē q̄dā herba cuiꝰ flos est celestis ⁊ eiꝰ semē est vt semē scariole agrestis: sꝫ nõ est albū neqꝫ nigrū: ⁊ nascit in bladis vt plurimū ⁊ credo ꝙ sit scariola agrestis q̄d aūt sit cōmuniter ignorat: sꝫ ſm plures est illa herba q̄ in bladis reperit: quā nos vulgo moneghetā vocamꝰ: ⁊ sic meo tpe vidi eā poni i isto sirupo: sꝫ ſm plures sapiētes errāt illi apothecarij q̄ ponūt ipsam et male faciūt medici q̄ dimittūt ipsam poni. ⁊ hoc aduenit. q2 non hn̄t cognitionē quot spēs endiuie vel scariole sint: sed ſm modernorum opinionem species scariole sunt. vj. vel. vij. de quibus tres vel quatuor sunt que faciunt florē celestē: ⁊ vna de ipsis hꝫ florem ac semē: vt dicit cōpositor: ⁊ in bladis reperitur sicut monegheta. Uerum existimauerunt aliqui ꝙ monegheta sit bactisoscere: eo ꝙ apud tuscos ita vocetur: sꝫ error est nec eorū sermo apud sapiētes acceptat: nam opinio ꝯpositoris est apte ꝙ sit scariol[illegible] agrestis q̄ similis est maneghete: vt in[illegible]ere vr̄ in pn̄ti loco. Si ergo cōpositor credit ꝙ bactisoscere sit scariola agrestis: nos d[illegible]mus intelligere scariolā agrestem q̄ formā hꝫ vt ipse docet: ⁊ nõ moneghetā: que nõ hꝫ odorē nec saporē ⁊ ꝑ bactisoscere siue scariola agresti intelligitur cicorea agre. siue scariola agrestis q̄ florem celesteꝫ gerit. preterea oēs spēs endiuie vel scariole vel cicoree. sunt laudate in isto sirupo.

Sirupus de opio ſm eundē in eodē tractatu. ℞. opij pondus gra. ordei. iiij. iusqami: pōdꝰ gr. viij. ordei corticū mādragore gra. j. ß. seis apij. ℈. iij. semis papaueris: semis lactucarū añ. ℥. j. ß. foliorū lactucarum endiuie vel cicoree añ. M. j. folioꝝ papaueris ⁊

mercuriale añ.M.j.pistenł grosso modo ⁊ bulliāt in lib.iij.aque donec cōsumał medietas ⁊ coletur: ⁊ addatur zuccarum: ⁊ inspissetur ⁊ clarificetur ⁊ reseruetur.

¶Iste sirup⁹ in vsu nō est.opiū ſm A.in.ij.cano.est succus papaueris nigri: ⁊ egyptū ipsum seminant.macer in cap.de trib⁹ generibus papaueris inquit.exuuūs teneris opiū faciūt capitellis: incisa leuiter summa cute lac qꝫ qđ inde defluit excipiūt cocleis siccūqꝫ reseruāt: antidotis multis aptū varijsqꝫ medellis: sunt qui cōtūdunt cum lacte suo capitella: de quibus expressum siccant in sole liquorem ⁊c.

Sirupus de plātagine ſm Rainal.de villa noua in li.ij.in ca.de dissenteria epatica ⁊ intestinorum. ℞.succi plātaginis depurati.℥.iiij.aque pluuialis vel rosarū qđ melius est li.j.spodij: nucis cipressi balaustie sumac sanguinis draconis gūmi arabici: masticis thuris.gallarū ipoquistidos: lapidis ematitis rasure eboris añ.ʒ.ij.terantur oīa in predicto succo: ⁊ aqua rosata vsqꝫ ad medietatem coquantur ⁊ addito zuccaro fiat sirupus.

¶Iste sirup⁹ apud nos nō est in vsu.plātago vero apud Aui.in.ij.canone.vocatur lingua arietis: et sunt ei due species.s.maior ⁊ minor: maior est quā rustici nostri bletam siluestrē dicunt: ⁊ minor est quinqꝫ neruia que alio noīe lanceola vocatur: ⁊ hec est illa que apud falsos herbaticos pro lingua canis habetur: sed errāt. Dia.ait vocał arnoglossa siue eptapleuros.i.septem costarum: Sera.ait lisen alkamel.i.lingua arietis ⁊ dicitur arnoglossa: et eius expositio est lingua agni: ideo qꝫ greci nominant arnon agnum: ⁊ glossam linguam: ⁊ dicitur etiam eptapleuron.i.habens septem costas.nam in folio eius sunt septem coste: et epta in greco est septem et pleura idest costa.

Sirupus de iua ſm Nico.flo.in lib.iij.in ca.de paralesi. ℞.iue.M.ij.saluie: maiorāe rorisma.polij.i.polij mōtani origani: calamēti: mētastri: pulegij: isopi thimi: ruthe domestice ⁊ siluestris: betonice serpilli añ.M.j.radicū acori: aristologie lōge ⁊ rotūde: paucedani valeriane brionie: gētiane diptami añ.℥.ß.radicum feniculi: petrosilij: apij sparagi: brusci añ.℥.j.sticados anisi feniculi: leuistici ameos carui sileris mōtani añ.ʒ.iij.piretri.℥.j.ß.passularum.℥.ij.aq̄ ⁊ mellis quātū sufficit: ⁊ aromatize[illegible]ar cuz cinamomo: nuce musc.⁊ cubebis ⁊ fiat. Iste eñ sirup[illegible]s in hac materia est optimus.

¶Iste sirupus nō est in vsu. Iua vero vt dictū fuit est verū camepitheos ⁊ nō est camedreos: vt qdā crediderūt: sīlr tenet qꝫ iua nō sit camepitheos: sed errāt. Nā ego vidi apđ multos apothecarios in sacculis cāepitheos: sed nec in sapore: nec in odore nec in forma nō est cāepitheos: de quo loquunł nr̄i auctores: sꝫ loco cāepitheos habēt camedreos.vñ per hoc dico si aspereris illā iuam qua moderni vtūtur ꝓ iua muscata: videbis qđ in forma ⁊ in reliquis est verum camepitheos.

¶Ioan.angli.in ca.de dolore iuncturarū ait qđ ꝓdest guttosis: vñ v̄sus.si capias iuam guttā tollet tibi vinā.

¶Serpillū ſm Pli.a serpēdo putāt dictū: qđ in siluestri euenit in petris maxime satiuū nō serpit sꝫ ad palmi altitudinē crescit. Dias.serpillū siue vt alij herpillū latini cicer erraticū vocant: ⁊c.folia ⁊ florem ſm circa instans medicine competunt.

¶Valeriana.id est fu.

¶Brionia.i.cucurbita agrestis. Papias ait empellos leucos seu brionia qꝫ latini albam vitē vocant. vide de ipsa in confectione de alfescera.

Sirup⁹ de lilio ſm eundē in li.v.in.c.de bolis. ℞.flores lilij albi: ⁊ decoquanł in aqua: nō quidē soli: qꝛ nocēt stoma.cū proprietate eorū: sed cū alijs aro.corrigētib⁹ maliciā eorū: ⁊ fiat siru.cū zuc.⁊ decoctio eoꝝ ſm artē.

¶Istius siru.sicut inquit ibi Nico.nō reperitur descriptio apud aliquos auctores: ſm intentionem ipsius potest fieri sicut ipse docet.

¶Liliū scꝫ liliū album qđ florem album gerit. Rosa anglica hꝫ vnā descriptionē sirupi de lilio: sed ibi nō hꝫ nisi ireos.i.liliū celeste: ⁊ ꝓpter id ille est sirupus de ireos vt dictū fuit. Macer ait.lilia iure feq̄ que nec specie nec odore.cedere credunł. Roseo collata decori.nec min⁹ in multis hoīm sunt apta medellis eius radicis bulbus qui lilia profert ⁊c.hoc liliū satis est notum.

Sirupus optim⁹ ad omnē emorosagiā vndecūqꝫ fiat ſm eundē i lib.v.in ca.de preseruatiōe a sputo sanguinis ⁊ cura ei⁹. ℞.ipoqstidos chimolee: boli armeni: acatie: coralli albi ⁊ rubei: mumie: psidie: galle mēte balaustie: gummi arabici: dragāti simphiti: corigiol[illegible] semis arnoglosse.i.semis plātaginis suma[illegible]: radicū pentaphilonis.i.quinqꝫ folij: sanguinis draconis añ.j.decoquantur in aqua pluuiali vsqꝫ ad tertiā ⁊ coletur: ⁊ addantur lib.iij.zuccari: et fiat sirupus.

¶Iste sirupus apud nos nō est in vsu: sed ſm intentionem Nicolai est optimus in illa materia.

¶Chimolea ſm Dia.est gicimolia cui⁹ alia est alba atqꝫ densa alia purpure[illegible] apud Auicē.vocatur lutū chimolea.vide de ea sup[illegible] in confectione esdre.

¶Psidia ē cortex mali granati [illegible] psidia ē storax liqda.

¶Simphitū de ipso dictū fuit qđ est cōsolida maior: siue anagalicū.vide de ipso sirupo in pimpinella.

¶Corrigiola.i.polligonia siue centūnodia siue virga pastoris. Dias.vocat ipsam poligonos masculū.et ibi etiā d[illegible]ibit aliā que dicitur poligonos femina. Pet.de cres.in[illegible] virga pastoris est cardus siluestris: ille textus nō videtur bene sonare: nam virga pastoris nō est cardus: vt ipse ⁊ alij dicunt: nā si legis capitulū de poligonos apud Diasco.cū ca.de virga pastoris apud Serapi. Auicē.videbis qđ idem est. Et idem Ioā.Sera.in ca.de lapide vocat ipsaꝫ dim[illegible]on: ⁊ hec herba in vijs multū reperitur. Matt.silua.in cap.de dipsaco fulonū.dicit qđ est virga pastoris: sed non recte. Quidā vocant corrigiolam sanguinariā: sed ſm aliquos sanguinaria est illa herba quam hodie bursam pastoris vocamus: siue a vulgo herba gugirolla.

Sirupus aromaticus ſm eundē in eodē lib.in ca.de debilitate digestionis. ℞.cubebarū: gariofilorū: zinziberis cina.nucis musc.cardamomi macis: calami aromatici.añ.ʒ.j.ß.spice masticis assari squāti folij.añ.ʒ.vj.amomi ameos.costi.ciperi.carpobalsami.i.fruct⁹ balsami xiloaloes.i.ligni aloes añ.ʒ.iiij.suppistata infundanł in vi[illegible] albo veteri

pōderis lib.x.tribus diebus decoquatur ad tertiā partē: ⁊ cū frigescunt manibus fricentur et colētur: et cum lib.iiij.mellis decoquātur in vase bene obturato reponantur cum musco aromatizentur.

¶ Iste siru.nō est in vsu.dr aūt aromatic⁹ ꝓpter species odoriferas q̄ in eo ingrediunt. Isid.in.c.de arborib⁹ aromati.inqt aromata sūt queq; fragātis odoris q̄ india et arabia mittit siue alie regiones: nomen autem aromata traxisse videntur siue quod aris imposita diuinis inuocationibus apta videantur: seu qd ipsa aeri inseri ac misceri probantur: nā quid est odor nisi aer cōtractus.

Sirupus de cicorea ſm eundē in eodez lib. in.c.de opilatione epatis. ℞.endiuie domestice ⁊ siluestris cicoree et taraxacon añ.℥.ij.cucurbite epatice scariole lactuce fumiterre lupinorū.añ.℥.j.ordei non excorticati alchechingi.añ.ʒ.iiij.ligritie capillorū veneris cetherach politrici adianti cuscute añ.ʒ.vj.radicuz feniculi ⁊ apij et sparagi añ.ʒ.ij.ferueāt in aqua sufficiēti ⁊ co[illegible]at: et cū zuccaro albo solido fiat sirupus ꝑ cui⁹ vnaquaq; libra ponātur ad decoquendū.ʒ.iiij.reubarbari electi et.Ↄ.iiij.spice ligati in pecia rara que sepe exprimatur donec sirupus sit perfecte decoctus.dosis.ʒ.iij.cum aqua [illegible]lsionis seminū cōmunium frigidorum.

¶ Iste sirupus ſm collegiū nr̄orū doctorū ticinensiū est ille quo vti debemus.aliqui tñ magis laudāt descriptionem Suil.placē.⁊ ea vtunt sicuti mediola.q̄ descriptionem Suli.preparant.Jo.Matt.gradi in ca.d[illegible]cura malarum dispositionum epatis habet vnam aliam descriptionem que quasi idē est cum illa Nicolai: licet aliqua simplicia mutauerit: aliqua omiserit.nunc vero intēdo declarare omnes species endiu[illegible]icoree vel scariole.

¶ Endiuia nomē latinū est post grecuz intuba arabes etiā post grecū habē[illegible]e dicūt. In hac vero volo ostendere oēs spēs cicoree vel endiuie vel scariole: sed primo volo ostēdere illas species de quibus ipse Nicolaus in proprio lib.loquitur nam in ca.de debilitate epatis ait sic.dixit Auicē.taraxacon quā Sētilis dicit esse cicerbitā siue rostrū porcinū: ⁊ Suli.dicit ipsa[illegible]:oreaz ⁊ illa species q̄ a multis vocat plāta leonis[illegible]textus Nicolai vr corruptus.nā ipse Nicolaus debebat dicere qd dēs leonis que est species cicoree ⁊ non planta leonis que est herba dicta flaura vel herba maura q̄ odorem aspalti habet: ⁊ hec est species trifolij qd est cōsonū.idē in ca.de opilatione epa[illegible].dicit.taraxacō est species spōse solis ⁊ inferius in eodē ca.inqt.Rostrū porcinū est cicerbita ⁊c.habita opinione Nico.sequit opi.Jo.ang.in ca.discrasie calide epatis que est qd altaraxacon est rostrum porcinum vel cicorea idē sentit in.c.de fistula vlcere cancro ⁊ sanie oculorum.

¶ Postq; ostendi verba Nico.⁊ Jo.ang.de taraxacō ⁊ rostro porcino etiā volo ostendere opinio.aliorū: ⁊ dico quod species endiuie vel cicoree sunt septē ad numerū: de quib⁹ ipse Nico.sex spēs in isto sirupo ponit.Suil.autē in sua descriptione nō ponit nisi tres.s.cicoreā.scariolam ⁊ baptisocerem ⁊ ꝑ ordinem ostendam.

¶ Endiuia domestica.i.vsualis est herba satis nota siluestris vero pōt dici ꝙ sit crispin⁹ herba cicorea vero ſm sniam modernorū hʒ flores azurinos vertentes seipsos ad solē quare spōsaz solis ⁊ solsequiū vocauerūt de qua circa instās ait.spōsa solis est cicorea.vel intuba vel sol sequinū.hec c[illegible] satis est nota.Sera.i.ca.de endiuia inquit.vnde sunt spēs.nā est ex ea domestica ⁊ est scariola ⁊ est ex ea siluestris que est taraxacon.⁊ est tertia species que dr cādarek.⁊ c[illegible] mirō etiā ſm circa instās ⁊ petrū de crescē.endiuia est scariola.Gale.in.viij.simplicium dicit seris id est endiuie inferius dicit.

¶ Cōdrine est species cicoree vel lactuce.Aui.in.ij.cañ.in ca.de endiuia ait.quod est ex ea siluestris ⁊ hortulana ⁊ est duarū specierū: ⁊ magis iuuatiua ex eis epati est illa que magis amara.ego credo ꝙ sit cicorea.idem aliud capi.facit de taraxacon: ⁊ dicit qd est species endiuie etiam ista nota est.

¶ Scariola vo ſm Simo.iannē est velut lactuca agrestis.nisi qr in dorso costarū hʒ spinas paruas: sed Mat.sil.⁊ Isido.volunt quod lactuca agrestis sit scariola: vt dictū fuit: etiā hic dicam herba Isidori qui in ca.de oleribus dicit lactuca agrestis est quā sarraliā noīamus: eo quod dorsum eius in modum serre.Simon in hac errat: nā in cap.de scariola dicit qd ipsa est velut lactuca agrestis vt in.c.de sarralia inquit ex autoritate Isidori quod sarralia est lactuca agrestis et in fine dicit quod est scariola: ⁊ sic volunt multi moderni.

¶ Cicerbita vero sicut dicit Nico.est rostrum porcinū ſm Suli.est cicorea.⁊ est herba cui⁹ flos est celestis.etiā reperiuntur due alie spēs que florem celestem habēt et oēs in bladis reperiuntur: et sic si bene cōsideretur videbis qd spēs endiuie vel cicoree sunt septem: sunt iste vez endiuia domestica.i.vsualis: cicorea que ab omnibus nota est rostrū procinū ⁊ dens leoninus differūt parū inter se: scdm modernoruz opi.in pratis reperiuntur cū flore croceo: nisi solum in folijs differunt post maturationem florū producunt quandam lanuginē albam que cū tangitur euolat: ⁊ alia est dicta crispinum a vulgo: ⁊ hec apud quosdam est lactuca asini quod non credo sicut patz si legis ca.de anchusa apud Dia.videbis qd cū.c.de crispino nō cōuenit ⁊ est alia species que dr cicoriastrū ⁊ est scariola q̄ etiā in bladis reperit et oēs iste spēs vocantur endiuia vel cicorea vel scariola: et he note sunt apud sapientes.

¶ Alchechingi vel chechingi est strignus agrestis.ſm Dia.⁊ est herba proferens granum rubicūdū simile ceraso in vesica inclusum citrina in colore q̄ a multis vessicaria dr: sed apud lōbardos siacho noiatur ⁊ in vijs reperitur. Aduertendū est in descriptione p̄ntis sirupi ꝙ in oibus codicib⁹ Nico.quos vidi deficit dosis ordei ⁊ alchechingi ingrediētiū dictā descriptionē qd credo accidisse errore scriptoris potius q̄ alia cā: sed vt haberet modus dosandi predicta duo simplicia volui ꝯferre hāc descriptionez cū illa quā ponit.Jo.Mat.gradi qui etiā predictū sirupum describit et inueni eas in ordine pondere ⁊ in oibus alijs cōcordare ⁊ ipsum dosare predicta duo simplicia hoc modo.sumit em̄ ordei nō excorticati ʒ.ij.Alchechingi capil.veneris ⁊c.ſm ordinē Nicolai añ.ʒ.vj.ideo ⁊ nos debemus etiaz proculdubio eo modo dosare illa duo.videlicet ordei nō excorticati.ʒ.ij alchechingi.ʒ.vj.quāuis preter nostrā voluntatē appofuerint impressores equale pōdus eorum: nam si sumeremus.ʒ.ij.hecingi excederet debitum pondus nec bene proportionaretur alijs.

¶ Cetherac.sicut dictum [illegible] in sirupo de scolopendria est herba que a modernis herba dorata dicitur.politricon [illegible]herba que in puteis ⁊ in locis humidis reperit vt dictum est.s.in sirupo de pinpinella.

Sirupus de ficubus ſm eū in eodē lib.in.c.de cura colice ex fece.℞.ficuū alb.ʒ.j.aq̄.ʒ.x.coquant ad lētū ignē vsq; quo venerint ad statū iuleb de quo accipiatur omni die.ʒ.iiij.

¶ Iste siru.apud nos nō est in vsu ficus.i.carica.Sera.in ca.de ficu ex autori.Gal.inqt.ꝙ sunt ex eis domestice ⁊ siluestres ⁊ mōtane.⁊ ex domesticis q̄dā sūt recētes ⁊ q̄dam sicce.virt⁹ recentiū est debilis: qr admiscetur eis de humiditate: sicce sunt meliores maxime carnose siluestris vero ficus secundum quosdam vocatur caprificus.et dicit Plini.ꝙ huius fructus nūq̄ maturescunt

Sirupus

Sirup⁹ de arthemisia ſm eundẽ in li.vj.i.c. de retẽtiõe mẽstruoꝝ pter naturã. ℞.arthemisie. M.ij.pulegij:calamẽti:mẽtastri:origani.mellisse:pſiccarie:sauine sansuci.i.maiorane camedreos perforate:camepitheos mricarie cũ flore:cẽtauree minoris:ruthe betonice:melisse añ.M.j.radicũ feniculi:apij: petrosilij:sparagi:brusci:saxifragie:enule: diptami:ciperi rubee tinctoꝝ:ireos:peonie añ.ʒ.j.ſeis iuniperi:leuistici:petrosilij:apij: anisi:nigelle:carpobalsami:costi:assari.i.assare baccare:piretri:cassie lignee:cordumeni calami aromatici:fu.i.valeriane añ.℥.ß. cõquassent꞉ ⁊ infundant꞉ in aqua pluuiali sufficiẽti per diẽ ⁊ noctẽ:postea decoquãtur ad medietatis aq̃ cõsumptionẽ:tũc deponatur igne ⁊ dimittat꞉ donec aq̃ tepuerit:tũc manibus in ipa aq̃ positis fricent꞉:postea colent꞉: ⁊ i colatura addat꞉ mellis vel zuccari quãtũ sufficit:⁊ fiat sirup⁹:⁊ si humor fuerit viscos⁹ acetoset꞉ cũ aceto acuto vel squillitico:⁊ fiat sirupus aromatizatus cũ cinamomo ⁊ nardo.i.spica nardi:cuius dosis sit.℥.ij.

¶ Iste sirupus apud mod.in vsu non est.⁊ maxime ſm istã descriptionẽ.sed illa descriptio qua vtimur est magistralis quã moderni practicantes maxime papiẽses multũ laudãt et multũ valet ad ea q̃ dicit Nico.Joan. Mat.gradi.in cap.de prouocatione mẽstruorũ hʒ vnã aliam descriptionem que ab hac nõ differt.

¶ Arthemisia ſm circa instans est mater herbarum cuius folia magis cõpetunt vsui medicine q̃ radix.Dia.in ca.de arthemisia dicit arthemisie tria sunt gña.vnũ est q̃ vocat꞉ arthemisia monodos.i.mr̃ herbarũ que est fructuosa ⁊ sil'is absinthio.folia pinguiora ⁊ maiora hñs ⁊ hastas lõgas nascitur in maritimis locis lapidosis ⁊ sabulosis.altera arthemisia tagetes noiat꞉ que tenera est semen habens minutũ ⁊ vnam hastã folijs plenã ⁊ nos lingua latina vocamus tanasiã vel ſm quosdã athanasia:est ⁊ tertia arthemisia que leptafilos dr̃ nascit꞉ circa fossas ⁊ agros flosculũ eius si cõtriueris sansuci odorez habet.Gal.in.vj.simpliciũ ait berengesif.i.arthemisia. ſʒ textus aui.ij.cañ.non videtur multum consonus:qr ponit q̃ est abrotanum q̃ cõiter non creditur:nisi sumpsisset abrotanum pro arthemisia.

¶ Mellisa ſm moder.sniam est oximũ citratũ cuius folia odorem citri habẽt etiã citraria dr̃.miror q̃ Nicol.in isto sirupo habeat.℞.mel[illegible] ⁊ inferius iterũ replicat eãdem.credo q̃ sit error scriptoris vt ostendã in alia litera.

¶ Persicaria.i.herba sctẽ marie.et est herba q[illegible] habet folia similia persicis signata apud nos iuxta hortos reperit꞉:existimãt quidam q̃ hec sit zinziber caninũ vt videtur sentire Aui.in.ij.cañ.etiam putauerunt quidam q̃ ipsa sit piper aque.

¶ Perforata.i.herba scti Joan.siue fuga demonũ siue ipericon:⁊ dr̃ perforata:qr folia eius habent foramina parua:in locis domesticis reperit꞉.Auer.v.col.ait heufericon.i.ipericon nelifricon.⁊ quidã appellãt hanc herbam cordialẽ eo quod assimilatur cordi.

¶ Matricaria etiam est arthemisia ⁊ est illa quã Diasco.vocat septafilos:sed Auicen.in.ij.cano vocat ipsam vehuen꞉ aliquãdo alacoen.⁊ acc.quam lombardi crispulã dicunt:de ipsa melius ostendam infra in.c.de trociscis alindararacon.si deus voluerit.

¶ Mellissa vt dictũ fuit:est ozimũ citratũ.miror q̃ Nico.in isto sirupo hʒ superius mellissam ⁊ inferius iterũ habet mellissam:sed existimo q̃ sit errore scriptoris.nã Jo.matt.gradi.loco ei⁹ hʒ abugillissam.i.lactucã asini. sicut pʒ apud Aui.in.ij.cañ.in pprio ca.de abugillisse. et idem de ipsa quatuor ca.facit:vnũ sub noie abugillisse:aliud sub nomine hearselli.aliud sub nomine lactuce asini.aliud sub nomine sciniar:⁊ hec apud Dias.vocatur ancusa.sapientes vero existimant q̃ Nico.volelebat dicere abugillisse.vt dicit Jo.mat.⁊ dicunt q̃ loco eius potest poni lactuca vsualis.

¶ Leuisticũ apud Aui.vocatur cheisim.⁊ est semen satis notum:sed eius genera sunt duo.s.hortulanũ ⁊ campestre:hortulanũ vero est propriũ illud qd̓ notum est. campestre ſm modernoꝝ opi.est cordumenũ siue carui agreste.⁊ ambe in isto sirupo ingrediuntur.

¶ Cordumenũ ſm Sera.est carui agreste.Jo.archula. in ca.de epilentia in electuario qd̓ valet ad oẽm epilentiam inquit q̃ cordumenũ est cardamomũ:sed mihi nõ placet.liber qui dicit꞉ albuchasis in tract.ij.in ca.de forma stipticandi oleũ ad faciendũ oleũ de lino ait carui agreste ⁊ est cordumenũ.silr̃ ait Guil.pla.in distinctione de tyriaca vt dictũ fuit.⁊ hoc pro cordumeno intelligit꞉ semen leuistici cãpestris ⁊ hoc semen qd̓ reperit꞉ sub plãta paucedani:⁊ hoc est ex secretis simplicium.

Siru.de endiuia cui⁹ inuẽtor fuit Gent.de fuligineo.℞.succi endiuie:succi epatice añ. li.iiij.clarificent꞉ predicti succi ad ignẽ vt expedit rosarũ violaꝝ:lenticule:aq̃ florũ nenufaris pollitrici añ.℥.ß.capillorũ veneris ordei mũdi:semi.cõiũ maioꝝ frigidoꝝ añ.℥.j. fiat siru.cũ zuccaro:quãtũ sufficit ſm artem et aromatizet꞉ cum sandalis albis et rube.et berberis semi.citonioꝝ ligni aloes cinamomi corticũ citri añ.℈.j.⁊ vsui reseruetur.

¶ Iste sirupus ſm plurimũ est ille quo vtimur pro sirupo de endiuia cõposito:tñ sunt qui faciunt ipsum ſm descriptionẽ quã superius posui ex autoritate Francis. de pedemontiũ et sic ambo habẽt efficaciã. Epatica est herba satis nota.Dias.vocat ipsam licenam vt dictum fuit in sirupo de epat[illegible].

¶ Sirupus ad matricẽ magr̃alis.℞.matricarie:carpobalsami:calami aromatici: xilobalsami:sileris mõtai:cassie lignee añ.ʒ. iiij.anisi:feniculi.semi.carui:pulegij:origani:ca[illegible]ti:rorismarini:serpillij añ.M.j.ligni aloes:doronici:cinamo.añ.ʒ.ij.semi.agni casti.cuscu.añ.℥.iiij.radicũ mãdragore:iusquiami añ.℥.ß.mellis dispumati quãtũ sufficit:fiat sirup⁹ ſm artẽ [illegible]etur mulierib⁹ habentibus malũ stomachum frigidum:⁊ ad passionem matricis mirabiliter valet.

¶ Iste sirupus ſm istam descriptionẽ est in vsu in partibus Mediolanensibus ⁊ debet fieri decoctio cũ aqua ferrea ad pondus lib.j.vini albi odoriferi:et boni coquatur vsq̃ ad cõsumptionẽ medietatis.Mat.siluati.de ipsa loquitur in litera ferugo.matricaria est a[illegible]themisia ⁊ illa quã Dias.vocat parthemon:sed Auicẽ vocat ipsam vehuẽ.aliquãdo alcoehu idem est:et hec est herba quã lombardi crispulam vocant.

¶ Isti troc. sunt in vsu maxime ſm istam descriptionẽ: sunt vero ex hominibus q̄ faciũt troc. de violis ſm vnã descriptionẽ quã idẽ in. c. de turbith. ponit ex auctoritate hamech. sed isti sunt nobiliores. Rasis in libro diuisionum ca. de. medicinis colice hꝫ duas descriptiones: sed non sunt eedem: nec in vsu sunt.

Trocisci nostri de agarico ſm Pe. de ebano in. c. de vomitu. ℞. agarici boni vigorati. ʒ. v. zinzi. ʒ. j. saligẽme. ʒ. j. ß. masticis. ʒ. j. calami aromati. ʒ. j. ß. turbith. ʒ. ij. anisi. ʒ. j. aceti. ʒ. [...] fiant ex eis tro. da cũ aqua calida.

¶ Is[ti] tro. apud nos nõ sunt in vsu maxime ſm istã descriptionẽ: illa ṽo descriptio q̄ est magis vsualis est vna descriptio quã describit Mesue in lib. de ꝯsolatiõe medicinarũ: in ꝓprio ca. de agarico q̄ sic inq̇t. ⁊ Gal. dixit fiãt tro. ex eo. s. agarico cũ vino infusionis zinziberis in quo puluis [ip]siꝰ sepe submergatur. ⁊ fiet operatio eius completa: ⁊ ex rebꝰ sibi additis vigorãtibus ipm est spica et aqua casei ⁊ ꝓprie sumpta ex capris. Gal. nõ ponit in ipsis salgẽma: sed gñaliter moderni addunt cũ infusione zinziberis parũ sali[s] gẽme: ⁊ fiunt inde troc. et ad minꝰ debẽt fieri tribꝰ vic[ibus] ⁊ si p̄dicti tro. fiũt cũ agarico prauo tũc illi troc. in colore efficiu[ntur] nigri ⁊ quãdo fiunt cũ agarico albo leui: et frangibi[li] ⁊ dulci in primo gustu: tunc in colore sunt albi: ⁊ etiã. sunt meliores. dicũt quidam differentiam esse inter troc. de agarico ⁊ agaricum trociscatũ sꝫ medicorũ modernorũ opinio est vera qḋ inter a[ga]ricũ trociscatũ ⁊ tro. de agarico nulla sit dif[fer]entia: m[aximẽ] si fiãt ſm descriptionem: quã dixi de mente Gal. scias etiã si loco infusionis zinziberis addas oximel: ⁊ facias inde trociscos sicut priores tunc vocatur agaricum trociscatum cum oximelle: cuius etiã est magnificata operatio. Democritus autem dicit qḋ agaricus est medicina familie: q[uo]d singulas ptes corporis commoditatem affert.

Trocisci de spica ſm Frã. de pedemontium in. c. de medicinis apostematum stomachi. ℞. florũ sq̄nanti: tapsie. ligni aloes cina. reubarbari ana. ʒ. i. croci mirre. apij anisi pipis añ. ʒ. j. semis calami aromatici. spice nardi añ. ʒ. iij. bdelij subalbidi. ʒ. ij. masticis storacis. liquide añ. ʒ. j. armoniaci. ʒ. ß. fiant troc. in pondere. ʒ. j.

¶ Isti troc. non sunt in vsu. Ras. in. ix. Almã. in capi. de dolore ⁊ apostemate stomachi habet vnã aliam descriptionem ⁊ fere eadem est.

¶ Spica. s. spica nardi siue spica aro[ma]tica. siue spica

suium: vt dicit Auic. Macer inquit. Esse gradu primo calidā siccāq͂ periti. Testātur spicā que dr̄ indica nardus. Isid. nardus est herba spicosa. vnde a grecis nardos tacos appellata quarū alia indica: alia siriaca vocatur: nō qd̄ in siria nascatur: sed qd̄ mons in quo inuenitur alio latere indiā spectat alio siriā. Gal. in. viij. simpli. inquit nardostochis. i. nardus spicatus siue spica: nardus celtica similis aliquātulū est fm̄ genus in virtute predictis: nardus oria que in thilaricis et piricis nominatur generatur quidē in cicilia ⁊c.

¶ Tapsia dr̄ q2 p̄mo in tapso insula inuēta fuit arabes corrupte dicūt teffissie: vt apud Auicē. in. ij. cañ. ⁊ exponit q͂ est gūmi ruthe agrestis ⁊ fm̄ cōpositorē est setaragi: vt dicit in. c. de cura opilationis splenis.

¶ Setaragi vero: vt dictū est: in trifera saracenica est hiberidos idest nasturtiū agreste siue senation. Ras. loco eius ibidē hʒ xilocassie. i. cassie lignee. tu vero considera qd̄ opi. Frā. est qd̄ tapsia sit seitaragi. ⁊ opinio Gentilis est qd̄ sit cassia lignea: credo q͂ nō inueniatur certitudo qd̄ ipsa sit sed hodie sunt q̄ loco ei⁹ ponūt cassiā ligneā: qdā senatiō: qdā rutā agrestē: vt dictū fuit supra in cōfectione anacardina cōferēs ad egritudines neruorum.

¶ Seminis calami puto qd̄ vult dicere calami aromatici: nam loco eius habet calami aromatici.

Trocisci de siliquidis secūdū eūdem in cap. de tenasmōte et medicinis eius. ℞. gallarū siliquarum nabati: fructus tamarisci. thuris balaustie añ. ʒ. j. gummi. s. gummi arabici. opij añ. ʒ. ʃ. fiant trocis. cū aqua pluuiali pōderis. ʒ. ij. ʃ. ⁊ vsui reseruentur.

¶ Isti tro. nō sunt in vsu. Siliqua nabatia. i. a septētrionali pte siue regione: ⁊ est fruct⁹ lōgus ad sil[illegible]tu[illegible]ē fabe magne: sed magis sunt lōgiores: grossiores: [illegible] hn̄t semē ad modū cassie fistule: ⁊ hic fruct⁹ defert̄ de ianua ad nos. ⁊ vocam⁹ ip̄m carobas: quidā vocāt bazianas marinas ⁊ ei⁹ arbor est spēs darsisa hā. Isi. inq̄t silicon quā latini corrupte siliquā vocāt: ideo a grecis tale nomen accepit: eo q͂ ligni eius fructus dulcis es[illegible] Serap. vocat ipsam xilocaractā. Dia. siliquā. Gal. in. vij. simp. inquitceratōia. i. arbor xilocaracte. Siliqua etiā est pōdus ⁊ ponderat vigesimam quartam partem solidi.

Trocisci de alumine scd̄m [illegible]ūdē in ca. supradicto. ℞. gallaru[illegible] aluminis acatie. balaustiarum corticis granatorum succi ipoquistidos añ. ptes equales. terantur clisterizentur c[illegible] decoctione mediani corticis glandi[illegible] balaustiarum ⁊ rosarum: ⁊ fiant inde [illegible]

¶ Isti tro. nō sunt in vsu. Rasis in li. diuisionū in ca. de medicinis solutionis vētris hʒ vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Alumis fm̄ Dia. spēs sūt multe: sʒ medicine tres sūt necessarie. s. rotūdū sciss[illegible] liq̄dū rotūdū dr̄ ,ppt̄ siltitudinē zuccari scissum. i. iamenū dictū a vulgo de plumali q̄dū. i. de rocha vel lipparinū: qn̄ ꝟo simpl'r reperit̄ alumē de scisso intelligit̄: vt dicit Mat. sil. in. c. de alumine: ⁊ p alumē scissum intelligit̄ alumē dictū de pluma: qd̄ apud quosdam dicitur flore de preda: ⁊ quādo extinguitur ipsum in oleo facit lumen sicut bombax: et non consumitur.

Trocisci de dactilis fm̄ eundē in. c. de cura ethice febris. ℞. dactiloꝝ immaturorū. ʒ. ij. spodij armeni. i. illi⁹ regionis au. iiij. rosarū. ʒ. vj. portulace citruli ⁊ est spēs cucumerꝫ cucurbite charabe añ. ʒ. iiij. fiāt ex eis trocisci.

¶ Isti tro. apud nos non sunt in vsu: dactilus fm̄ Auicen. ⁊ petruz [illegible]crescen. sunt fructus palmarum. Circa instans ait oxifenicia: id est fenicon indi vel dactili. dactilus apud medicos venetos significat vnum bolum cassie.

Trocisci diarodō fm̄ Nicolaū. ℞. croci. ℈. ij. gra. vij. cāphore gra. xij. rosarū viridiū. ʒ. iiij. spodij. sandali rubei. ʒ. j. ʃ. gra. vij. sandali albi. ʒ. j. gra. xij. cōficiātur sic in marmorea pila recētis rose sine intermissione terantur deinde ceterarū subtilissimus puluis specierū superponat̄: ⁊ cū sufficienti rodostomate cōficiantur ad vltimū adhibeatur cāphora deinde tro. informentur: ⁊ ad vmbram exiccentur ⁊ vsui reseruentur.

¶ Trociscus fm̄ intentionē Nico. est rotūda confectio: vt dictū fuit. Isti trocisci reperiunt̄ etiā in antidotario Mesue: sed nō sunt idē: ⁊ ,ppter id ambe descriptiones debēt fieri: nā ista descriptio Nico. nō debet administrari nisi solū in suis receptis: vt est in diamargariton: ⁊ in diarodon descriptio Mesue nō dʒ administrari nisi in receptis suis: sed sunt quidā qui faciūt vnā pro alia ⁊ nō faciunt differentiā ponere troci. diarodon descriptione Nicolai in receptis Mesue: et descriptione Mesue in receptis Nicolai: sed recte non faciunt.

¶ Rodostoma fm̄ compositorē est aqua rosa. quidam dixerunt q͂ est mel rosatum: sed nō ccredo: quia idem in descriptione pilularū de cinoglosa inquit. temperentur cum rodostomate. id est cum aqua rosata: ⁊ sic est.

Trocisci diaui fm̄ eundē Nicolaum. ℞. florū violarū albarū viridiū. ʒ. v. amili. i. amidi. ʒ. iij. semis papaueris albi. ʒ. ij. ⁊. ℈. j. balsami. ℈. j. reubarbari. ℈. j. semi. plantaginis. ʒ. j. rodostomatis. i. aque rose qd̄ sufficit confice ad modum precedentium.

¶ Isti trocisci scd̄m intentionem Nicolai dicūtur a violis albis que ibi ingrediuntur: et sic debent fieri de violis albis ⁊ debēt poni in diamargariton: et predicte viole apud Diascori. vocantur leucis: nam leucos album interpretatur.

Trocisci idiocri fm̄ eundeꝫ. ℞. amomi. ʒ. j. cinamomi: croci: folij: mirre cassie. i. cassie lignee añ. ʒ. ʃ. spice scʒ nardi. ℈. j. opobalsami. i. succi balsami: costi: sqnāti: calami aromatici: xilobalsami. i. ligni balsami: assari: fu. i. valeriane añ. gra. xv. maratri. i. feniculi: masticis añ. gra. x. tamarisci gra. vj. vini ascalonis quod sufficit. hec omnia tere cum vino albo: trociscos inform[illegible] et cum fumo storacis sicca.

¶ Isti [illegible]cisci sunt in vsu: sed nō multū: ingrediuntur in rubes troscicata ⁊ in sotira. Gilibertus de anglia in ca. de cura arthetice fm̄ magr̄os hʒ vnā aliā descriptio. que eadem est et dicūtur idiocri a compositore qui idiocritus dicebatur. Guliel. placentinus habet vnā aliam descriptionem que eadem est.

¶ Vinum ascalonis fm̄ compositorem est vinum optimum tendens parum ad rubedinem. Gilibertus codeꝫ loco habet halcaloni. Guli. autem ait conficiantur cuꝫ vino in quo dissoluta est storax sicca idest calamita.

Trocisci croci magnetis fm̄ eundem. ℞. croci. ʒ. iij. rosarum ameos: mirrhe añ. ʒ. j. ʃ. xiloaloes idest ligni aloes. ℈. ij. informentur

cum aqua rosa.

¶ Isti trocisci sunt in vsu: et ingrediuntur in rubea trociscata et dicuntur a croco q[uia] ingredit[ur]. Isi. inquit. crocum magna expressus aromatib[us] crocini vngu[en]ti atq[ue] informato sedimine in pa[n]nusculos fit: et ideo sic appellatur. Auic. in. ij. cano. inq[ui]t. crocoma est fex olei de croco. reperitur etiam vna descriptio troc. croci magna: sed no[n] est eade[m] et ambe debe[n]t fieri: s[ed] vna ingreditur in rubea trociscata: alia ingreditur in confectione[m] diairundinis vt ostensum fuit.

Troci. diacorali s[ecundu]m eunde[m]. ℞. corali rubei cinamomi: mirre amomi: papaueris an[a] ʒ. iiij. squinanti. croci an[a] ʒ. ij. calami aro. xilobalsami. i. ligni balsami cassie: folij: masticis: fu. i. valeriane: polij. i. polij montani. asari. id est assare bacare: pedis colu[m]bini ana. ʒ. j. de illis omnibus facto puluere cum vino tempera. et troc. pensantes solidos singulos informa et in vmbra sicca.

¶ Isti trocisci sunt vsuales ap[u]d illos qui facere volunt tyriaca[m] que fit de me[n]te Gale. Andromacus loco trocis. diacorali habet tro. alindaracaron. ipse Gale. in tractatu septimo memiri in ca. de expultio[n]e sanguinis habet vnam aliam descriptionem: sed non est eadem: nec in tyriaca illa descriptio debet poni.

¶ Amomu[m] seme[n] est minutu[m] nigru[m]: q[uo]d ab oriente desert. Sera. in ca. de amomo dicit amenie. i. pes columbi. et est amomu[m]. miror de verbis Sera. na[m] in istis v[er]bis troc. ingreditur amomu[m] et pes colu[m]binus ergo no[n] sunt idem. Uerum est q[uod] pedis colu[m]bini sunt species quatuor: de q[ui]rum vna illarum pot[est] dici q[uod] sit amomum.

¶ Pes vero colu[m]binus s[ecundu]m Sera. est amomu[m] s[ecundu]m [quan]do opinionem est herba habe[n]s folia rotu[n]da: parua diuisa in magnis et puis incisuris: stipites ip[s]i[us] sunt subtiles coloris subrubei habe[n]tes nodos raros in q[ui]b[us] sunt duplicia folia: et semina tria/vel q[ua]tuor vel q[ui]nq[ue] co[n]iuncta i[n] medio eoru[m] sicut acus. Hec apud nos nascit[ur] i[n] vijs ac pratis. Auer. in. v. col. dicit eluegat. i. pes colu[m]bin[us] est. quatuor specieru[m] et parum diuersificantur vna ab alia.

¶ Solidus est po[n]d[us] s[ecundu]m co[m]positorem diagme vnius cu[m] dimidia: etiam exagium est idem: vnde exagium a solido differt in nomine solo.

Trocisci de tyro s[ecundu]m eunde[m] inuenias tyros lo[n]gitudine vni[us] palmi: oculos rubeos habentes: et lingua[m] mobile[m]: et cornua in modu[m] grani frume[n]ti: caput et cauda[m] tribus digitis me[n]suratis: abscinde mediu[m] q[uo]d remanet excoria et ite[s]tinis p[ro]iectis optime dulci aqua laua: et sic coque donec spine a carnib[us] separentur et spinis proi[ec]tis caro in marmoreo mortario teraf[ur] et co[m]misceatur tantu[n]dem de farina orobi vel panis assi: et cum iu[re] ipsorum tempera. et fac trociscos pensantes solidos singulos et diligenter siccentur in vmbra. et vsui reseruentur.

¶ Hos trociscos apud nos habemus in vsu.

¶ Tyrus au[tem] est a[n]i[m]al: cui[us] forma est vt dicit Nicolaus ei[us] sp[eci]es sunt tres. s. tyrus vipa et idra. Andromacus in[ue]ntor istius alalis scripsit etia[m] de forma ipsi[us] et ait q[uod] tyriaca no[n] dicit[ur] nisi a tyro serpe[n]te. Aui. i. v. ca[n]. ponit tro. de viperis: et ibi describit forma[m] vipere et idem est de quo infra. Isido. in capitu. de serpen tibus dicit vipera dicta q[uia] vi pariat: na[m] cu[m] ve[n]ter ei[us] ad partu[m] intumuerit catuli no[n] expecta[n]tes matura[m] nature solutione[m] corrosis ei[us] lateribus vi eru[m]punt cu[m] matris interitu. lucanus. Uipericoeu[n]t abrupto corpore nati. Fertur au[tem] q[uod] mascul[us] ore inserto vipere semen expuat. Ex vipera au[tem] fiunt pastilli q[ui] tyriaci voca[n]tur a grecis. Nic. dicit admisceatur cu[m] tyro panis assus. Andr. et Aui. habent tortellas. id est tortellas de semi de cuius mo[do] infra apparebit.

Trocisci de herbo s[ecundu]m rasim in. viij. alman. in ca. de morsib[us] viperaru[m]. ℞. seminis andachoche. aristologie rotu[n]de: pigami: farine herbi. oim ana. partes equales: ex istis tritis et cum aceto commixtis fiant trocisci de quibus pondus vnius aurei cum. ℥. vini veteris in potu tribuatur.

¶ Isti troc. no[n] sunt in vsu. Supra posita fuit vna descriptio trocisco[rum] de orobo. et. herbi sed eade[m] no[n] est. herbum ap[u]d Aui. e[st] herba iudaica: s[ed] apud Dia. herbu[m] e[st] orobu[m].

¶ Andachoche v[e]l andachocha. vt apud Aui. et Sera. est trifolium: cuius alia est siluestris et alia domestica: et alia est egyptiaca: et fit ex semine eius panis.

¶ Aristologia rotu[n]da d[icitu]r q[uia] radice[m] rotu[n]da[m] habeat. Isid. inq[ui]t. aristologia d[icitu]r q[uia] mulierib[us] fetis optima sit: na[m] superfessa post partum matrice[m] b[e]n[e]ficio vaporis expurgat et sunt due sp[eci]es. vna est rotunda dicta p[ro]pter q[uod] rotunda[m] radice[m] habeat: altera longa q[uia] longam radice[m] habeat. Dias. h[abet] tertiam [...]e[m] que d[icitu]r dermaticis.

¶ Pigamu[m] s[ecundu]m [...] in. viij. simpli. est ruta siluestris. Macer in cap. de ruta quasi i[n] fine ait. Pigamu[m] in greca nostra q[uia] ruta vocat[ur]: sine dubio pigamum est ruta: na[m] greci pigamum rutam dicunt. Item circa instans in. c. de ruta ait. rute duplex e[st] maneries: scilicet domestica et siluestris que pigamum dicit[ur] et cu[m] inuenitur. ℞. pigami folia s[i]l[u]estris ponuntur cu[m] semine pigami semina collecta [pe]r quinq[ue] annos seruantur.

Trocisci muscati s[ecundu]m eunde[m] in. c. de tremore cordis. ℞. masticis: spice. s. nardi xiloaloes. i. ligni aloes: cinamomi: gariofilorum galliemu[sc]ate nucis muscate cucube cardamomi maioris: et ibelobe. corticis citri: omniu[m] ana. pondus vnius aurei. musci. sextam. ʒ. j. ex istis omnibu[s c]um vino redolente conspersis fiant trocisci.

¶ Hos trociscos no[n] habemus in vsu. supra habita est co[n]fectio gallie muscate Mesue: et p[ro]fectio gallie muscate Nic. et s[ecundu]m illas descriptiones facimus.

¶ Ibelobe vel ibeleuche est cacula vel cardamomu[m] minus [...] q[uo]d nos p[ro] cardamomo magistral[ite]r vti[mu]r.

Tro[cisci] de olibano s[ecundu]m eu[n]dem in. ix. alma[n]. in ca. de passione colerica. ℞. boli corasení. id est cretensis insule. thuris ambor[um] an[a] ʒ. x. cucube. cardamomi a[n]a ʒ. ij. ʒ. campbore galle. gariofilo. omniu[m] an[a]. sexta. ʒ. j. fiant trocisci pondere aurei vnius.

¶ Hos tro. no[n] habem[us] i[n] vsu. Ra. [quan]do inq[ui]t trocis. de olibano: s[ed] no[n] h[abet] olibanu[m] veru[m] loco ei[us] h[abet] thus: q[uo]d ide[m] e[st] tu[m] q[ui]dam admira[n]tur dice[n]tes si trocisci de olibano et trocisci de thure sunt idem: quare idem ponit etiam trocisc. de thure. vnde ad hoc dico q[uod] si doctor ord[i]nat trociscos de olibano no[n] debent intelligi troci. de thure. simili modo est d[iffe]r[enti]a inter pillulas de raued et pill[u]las de reubarbaro: s[ed] moderni no[n] habe[n]t cognitionem veram.

Tro. de agno casto s[ecundu]m eu[n]de[m] Rasim in. ix. alma[n]. in ca. de dolore splenis. ℞. se. agni casti se. tamarisci. i. carmezith an[a] ʒ. x. seminis endiuie. seminis portula[ce a]n[a] ʒ. v. ex his

fiāt trocisci: de qb⁹ quotidie deť vnus cū si/rupo acetoso de zuccaro: cui⁹ pōd⁹ sit.ʒ.iij.

¶ Isti trocisci sunt in vsu multū apud nos Frāc. de pe=demontiū.in.c.de cura opilationis splenis habet vnam aliam descriptionem q̄ est eadem.

¶ Agnus cast⁹ s̄m Se.ex auctoritate Dia.sunt ei due spēs: ⁊ dr̄ chistos: eo ꝙ religiosi sternūt hāc plantā sub lectis ad refrenādā libidinē: ⁊ noiať lōgin ꝑpť duritiē virgarū ei⁹. ⁊ ē plāta i magnitudine arborū nasciť ꝑpe aquas: ⁊ in locis aq̄strib⁹. Gal. ait id qđ administratur ex hac arbore in medicina sunt folia: ⁊ semē est factum ad modū piperis: ⁊ propter id vocatur piperella. Auer. in.v.coll. inquit. pentasuer dicitur a persis arbor labra=ham ⁊ in latino agnus castus.

Trocisci de balaustijs s̄z Rasiz i.ix. almā. in.c.de fluxu ventris. ℞. gallarum siliqua/rū. nabiti.i.seminis tamarisci. olibani.i. thu/ris. balaustie omniū aā. partes equales opij gummi aī. amborū aā. partē mediam infor/mentur tro. pondere.ʒ.ij.

¶ Hos trociscos nō habemus in vsu. Aui.in.v.cañ. hʒ vnam aliā descrip. sed nō est eadem. Idem describit ale=xander in ca.de tro.ad disenteriam ⁊ disenteria.

¶ Balaustia vo apđ Auic.in.ij.cañ. e[illegible]os mali grana ti siluestris ꝑsici aut egyptij. aliud de ipis.c. facit in lrā hasceh. dia.i.c.de malo granato dicit agrestū aūt malo rū flores greci balaustiū vocauerūt: s̄z gal.in.vij. simpl. dicit. z i.c.de iulinar q̄ sic inq̄t iclinare ē flos mali ḡnati siluestris sicut balaustia ē flos mali granati domestici: nā iulinar apud arabes est balaustia. Aliabbas autem generari scribit sine dubio balaustia qua apot[illegible]carij vtūtur: est flos mali granati domestici seu vsuali[illegible].

¶ Siliqua nabatia.i.illius regionis. ⁊ est faba marina vel baziane maritime: vel carobie vel charub: vel xiloca racta que idez sunt. Supra de ipsis dictum fuit diffuse.

Trocisci de thure s̄m eūdē rasiz in.ix. almā. i.c.de singultu. ℞. thuris.ʒ.ʒ. enule.ʒ.iij. mē tāstri foliorū ruthe sicce amili.i. amidi. aā.ʒ. ij. seminis nemen.ʒ.iij.ʒ. in[illegible]rmentur ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Hos tro. nō habem[illegible]s in vsu. dia.ca.de thure inquit thus est lachrymū arboris qđ grece libanus dr̄ qđ autē de arabia defertur cādidū ē qđ vero de india subruffum s̄z vtrūqz masculū dr̄. est. ⁊ tertiū gen⁹ minutū valde et ru[illegible]um de q̄ mannis maxime fit: ergo optimū thus qđ ma[illegible]culū dr̄ subalbidū est ⁊ rotūdum. Isi. th[illegible] [illegible]sculū appellať eo qđ sit natura rotūdū i modū testiculorum: generaliter hr̄ opinio ꝙ olibanum ⁊ thus idem sunt et sic est verum.

¶ Nemē s̄m Ser.i.c.de serpillo dicit ꝙ nemē est serpil=lū sed aui. vel translator [illegible]ius errauit in hoc in.ij. cañ. vbi ca. facit de nemē. ⁊ ex[illegible]onit qđ est sinsibriū qđ falsuz est. Nā ioā. arcula. in.c.de cura cephalee tā calide q̄z fri gide di. qđ nemē est serpillū ⁊ non sinsibrium.

Trocisci de mirrha s̄m eūdē in.ix. Alman. in.c.de ꝓuocatiōe mēstruorū. ℞. mirrhe.ʒ. iij. lupinorū optime tritorū.ʒ. v. foliorū ru/the menta[illegible]tri. pulegij cimini rubee. de qua tingitur es[illegible] serapini oppoponacis aā.ʒ.iij. informentur trocis. ponderantes.ʒ.iij. ex q/bus detur vnus in die cum aqua in qua se/men iuniperi coctum fuerit.

¶ Hos tro. habemus multum in vsu. Guil. placentin⁹ in suo tractatu [illegible] confectionibus hʒ vnā aliam descri=ptionem. q̄ eadē est. Bartholomeus mōtagnana in suo antidotario habet vnā descri. trocis. optimorum ad pro uocandum mēstrua: ⁊ est [illegible]em. Nico. floren. in sermo ne.vj. in ca.de retentione mēstruorum ꝑter naturam in=quit. dixit almansor trocis. de mirra: ⁊ ibi describit in=fra etiam almansor in lib. diuisionum in ca. medicina ꝓ mēstruorū ⁊ emorroidarum hʒ vnam aliam descriptio=nem sed prima est nobilior.

¶ Mirra latinū est grecus smirna dicit s̄m Aui. mir=ra est gūma currens sup arborē in iameni q̄ dimittiť do nec congeleť: deinde colligiť sicut galbanū: ⁊ eius qui=dem alia est pura ⁊ alia adultera. Melior est illa q̄ ad albedinem declinat: et rubedinem: nō commixta ligno: et cuius arbor est boni odoris.

¶ Lupinus s̄m Sera. ex lupinis sunt q̄dam, q̄ dicunť regales: ⁊ q̄dā sūt domestici ⁊ domestici comeduntť post eorū elixationē: ⁊ infunduntť in aqua pluribus diebus.

¶ Rubea.s. rubea tinctorum ita habēt alij doctores ra dix eius herbe est id quod iuuatiuuz in medicina Pli. ait. erithrodanis quam aliqui erenthodanum vocant nos rubeam qua tinguntur lane pellesqz perficiuntur in medicina vrinam ciet.

¶ Asse.i. asse fetide nā. Bartholomeus loco eius hʒ as=se fetide qđ idē est in hac descriptione codices Nicolai flor. deprauati esse cernuntur: nam vbi debent dicere as=se.s. fetide scribitur hasce qđ est thimus: sed hic manife ste comprehendi pōt esse scriptoris male intelligentis. debemus autem ponere assam fetidam: ⁊ nō thimum. Rasis non ponit cum quo liquore debeant fieri. Bar=tholomeus dicit ꝙ debent fieri cū decoctione sauine s̄z artē ⁊ sic apđ nos generaliter fit ex illa decoctione: etiā sunt qui faciūt ipos cū aq̄ decoctionis rubee tinctoruz vel iuniperi: sed prima est nobilior.

Trocisci de alcarmescit scđm eūdē in libro diuisionum in capi. medicinarum splenis. ℞. seminis alfagradi. seminis tamarisci. se minis endiuie aā.ʒ.iij. scolopendrie quartā vni⁹: scilicet dragme fiant tro. aure.ij. suma/tur cum sirupo acetoso.

¶ Hos tro. nō habemus in vsu. Rasis noiat tro. alcar mescit sed ibi alcarmescit nō ingrediť s̄z loco ei⁹ hʒ se=mē tamarisci. ꝙ idem est. Aui.i.ij.cañ. inq̄t chamezik est fructus tamarisci: etiā Sera. in de tamarisco idez dicit: Vñ trocisci de carmescit.i. de tamarisco.

¶ Alfagradi vel alfagdi est semē agni. casti sicut reperi tur apud gale.in.vj. de simplici medicina in proprio ca. de agno casto. ⁊ credo esse bñ expositū: nā agn⁹ castus in ista materia multum valet.

Trocisci alindaracon s̄m aui.in.v.cañ. ℞. corticum radicis darsisaham.vj. superioris squinā ti.ʒ.xij. calami aromatici costi. xilo/balsami.i. ligni balsami assari mirre amo/mi poli.i. poli mōtani [illegible]m aā.ʒ.xxiij. masti/cis e[illegible]ruchit: ⁊ est alacoē alba. fu.i. valeria ne aā.ʒ.vj. aristologie rotunde.ʒ.xx. reubar/bari xilocassie.i. cassie lignee: et cinamomi aā.ʒ.x. spice inde folij.i. malabatri. aā.ʒ.xvj. croci.ʒ.xij. terať totū ⁊ cribelleť per se: ⁊ con ficiantur cū vino odorifero antiquo decli/nante ad dulcedinem: ⁊ fiant trocisci ⁊ excic centur in vmbra et conseruentur sicut fit in trociscis de viperis.

¶ Hos tro. habemus in vsu maxime qñ facere volum⁹ tyriacam que est de mēte andromaci. Aui. ibi hʒ duas

alias deſcriptiones: ſz hec ē prima ⁊ ē nobilior alijs: nã Jo. Sera. Raſis Guil. pla. iſti oēs habent primam deſcriptionē ſed lumē apoth[e]cariorum vl' verius tenebra ſcripſit tertiã deſcriptione [n]atius trociſci q̄ in vſu nō eſt.

¶ Galen⁹ aūt loco tro. alindaracaron .i. andromaci hȝ troc. diacorali. 𝔖. in tyriaca. Auicē. poſuit auctores qui ſcribunt iſtã tyriacã in quo ca. deſcribūt. Dariſaham eſt cortex radicis arboris mali granati ſilueſtris: ſz nec Auicē. nec gentilis cognouerūt certitudinaliter q̄d eſſet darſiſahã ipſe aūt Aui. in. ij. cañ. ponit loco darſiſahã fructus aliebuc. i. xilocaracte: ſz per illa verba non cognouit q̄d eſſet: ⁊ gētilis credidit q̄ꝺ darſiſaham intelligeret darſeni. i. cinamomū: q̄ꝺ nō eſt: nã Guil. pla. i p̄dictis trociſcis inq̄t: ⁊ intellige p̱ darſiſahã habentē arborem ſpinas magnas que appellat̄ ſpinū albū preterea Ser. in. c. de darſiſahã dicit ibi: q̄ꝺ eſt arbor granati ſilueſtris ⁊ hȝ ſpinas in fi. ca. dicit ingredit̄ in trociſcis tyriace: ⁊ nominãt eū in barbaria alba. i. lumē male lucens inquit q̄ darſiſahã eſt arbor cornuta vel neſpilli: quod eſt falſum: hec arbor apud modernos d̄r criſpin⁹ ſiue amiberberis. i. ſpina acuta.

¶ Emerukit ſm intentionē. Aui. eſt alacoen alba. Andromac⁹ hȝ amaracum. Raſis hȝ cotillam albã. Joã. Sera. hȝ coen. rubeã. Guil. pla. hȝ flores coctille albe. ⁊ dicit q̄ꝺ appellat̄ anatellum fetidū. Gal'. hȝ anaricum. Auic. i. ij. cañ. deſcriptiōe hȝ alacoē. in tertia hȝ amaracon: ⁊ dicit q̄ꝺ eſt alacoen. alba: hic poſſumus videre ſi andromacus cōpoſitor ⁊ Auic. volūt q̄ꝺ ipa ſit alacoē: ſiue vehuē: vt apud ipm Aui. in. ij. cano. q̄d aūt ſit communiter ignorat̄ male lucēs hȝ amaricū: ⁊ dicit q̄ꝺ eſt maiorana: ſed eſt falſum. Gētilis in tractatu de febrib⁹: dicit amaracū eſſe maioranam: Que d̄r vehuen: ſz non eſt maiorana que d̄r ſanſucus. Mattheus ſilua: dicit alacoen. i. pes coruinus: q̄ꝺ eſt falſum: nam pes coruinus eſt ſolutiuus: ⁊ alacoen non: nec eſt camomilla: vt quidam putauerunt: ſed veritas eſt q̄ꝺ alacoen: ſiue vehuen. ſiue partemō: vt apꝺ Dia ſ. ſiue matricaria idem ſunt: ⁊ qui mihi non credit videat bene cap. de matricaria apud Sera. ⁊ videbit quod idem ſunt. preterea vide q̄ꝺ Nico. florentinus in lib. vij. in. c. de apoſtematibus emunctoriorū ſiue de bubonib⁹. dicit alacoen. i. matricaria: ⁊ ſic eſt. ⁊ hec eſt illa q̄ a lombarbis criſpula vocatur: ⁊ ſic iſta in p̄dictis tro. debet poni.

Trociſci ſq̄lle ibidē opȝ vt eligãtur de ſq̄llis humidis illa q̄ eſt grauis: ⁊ nō eſt magna et nō linias ipam cū luto. q̄m illud facit eam rancidã: et erūpit ipam. immo linias eã fermēto: et aſſa eã in olla: donec coquat̄ aut in furno iã calefacto et extracto cinere ei⁹ aut in patella de terra. ſup quam coquet̄ panis eius. cū ergo extrahet̄ inde tunc ſumat̄ interius ei⁹ leue: et terat̄ optime: et miſceat̄ cuȝ eo farina orobi recēs ſm v̄tutē ſq̄lle: et erit⁹ eius. Andromac⁹ v[er]o miſcebat cum parte vna ſquille duas partes farine or[obi]: et alij equalē menſurã: cum ergo permixta eſt ſquilla cū farina orobi: tunc fac ex ea troc. ſubtiles: et vnge man⁹ tuas: et facias ex ea troc. cum oleo roſato: et excicca eos: et conſerua eos ſicut dicam inferius in deſcriptione troci. de viperis.

¶ Iſti trociſci ſunt in vſu apud illos q̄ faciūt tyriacaȝ: ¶ Squilla autē ſm Aui. eſt cepe muris: eo q̄ interficit mures. Raſis nominat p̄dictos tro. ſquilliticos. ⁊ vult q̄ ſumatur ſq̄lla tēpore meſſiū: ⁊ opȝ q̄ ſquilla non ſit minima: neqȝ paruiſſima. Raſis. ac Guil. volūt q̄ ſquille ſit pars vna: ⁊ farine media. etiã Aui. dicit q̄ medici ſui tp̄is accipiūt ſq̄lle partes. ij. ⁊ farine herbi p̱tez vnã: ſed Andromacus dicit cōtrariū: hoc eſt q̄ ſquille addere debemus duplum farine orobi: ⁊ ſic fiat.

Trociſci de viperis eiuſdē. accipiant̄ vipere cū ē finis veris: ⁊ incipit eſtas ⁊ ſi fuerit ver hiemale: dimittant̄ vſqȝ quo cōſequat̄ eſtas ⁊ vipere q̄ dē ſunt ſerpentes capita habētes plana que ſunt lata p̄prie apud propinquitatem colli minuti ſubtilis valde quorum caude ſunt curte ſtrepitum facientes: ⁊ ſonitum in inceſſu et iſtis quidē trociſcis non cōueniunt oēs vipere. immo flaue: ⁊ de flauis femine: ⁊ earū ſignū eſt q̄ maſculi in omī latere habēt vnū dentē: ⁊ femine plures vno: ⁊ opȝ vt alienent̄ cornute ⁊ varie et aſpides declines ad albedinē: ⁊ nō capiant̄ ex piſcinis ⁊ littorib⁹ fluuiorū et aquarū ⁊ neqȝ petroſe: q̄m i eis ſunt q̄rcine faciētes ſitim immo capiant̄ i loco lōginquo ab humoroſitate: ⁊ nō capiant̄ ille q̄ ſunt debilis mot⁹ imo eligant̄ ille q̄ ſunt velocis mot⁹ hn̄tes caput eleuatū: ⁊ opȝ vt nō moreā̄ dū capiuntur ſi poſſibile eſt: ⁊ abijciãt̄ a p̄te capitis ei⁹ quatuor [d]igiti ⁊ ſi'r a p̄te caude ipſi⁹ ⁊ ani ei⁹ q̄ ſi cu[c]urrerit ⁊ erit ſanguis plurim⁹ ⁊ ſi fuerit mot⁹ ei⁹ in illa diſpoſitione plurimus et mors ipſi⁹ tarda tūc erit electa: ⁊ ſi fuerit p̄ui mo[tus] ⁊ pauci ſanguis velocis mortis tūc erit mala: ⁊ de ſignis eius iterū eſt vt ſit motus eius velox: et aſpectus eius aſpect⁹ audacie et preſum[p]tionis et ſit egreſſio fecis eius ex poſtremo caud[e] eius: cumqȝ mortua eſt extrahant̄ viſcera ei⁹: ⁊ p̄prie fel ipſius: ⁊ abluat̄ cū aqua ⁊ ſale ablutiōe exq̄ſitiſſime facta: deinde coquant̄ in aq̄ ⁊ ſa[le] et ſi cū […]anetū nō erit malū in eo decoc[ti]ōe decoquente cū aq̄ leuis fiat collectio carnis eius ab oſſe ipſi⁹: mūdificet̄ ergo caro ipſi⁹ ab oſſe ⁊ p̄ijciat̄ i mortario: et terat̄ bn̄: ⁊ p̄cipiat̄ illi q̄ facit illō v[n]do et oleū balſami ⁊ ſi'r inungat ipm ſup digitos. cū ergo p̄trita eſt miſceat̄ cū tortellis ſm deſcriptiones diuerſas: ⁊ nō eligat̄ ſupra deſcriptionē andromaci: deinde fiãt ex ea troci. minuti ſubtiles: et exiccētur in vmbra: ⁊ reponãtur in repoſitorio: opȝ vt nō cadat ſup eos radi⁹ ſolis omino neqȝ an̄ exiccationē: neqȝ poſt ipſam. ſol nãqȝ deſtruit: ⁊ expoliat eos a virtute appropriata carnib⁹ viperarū interficiēte venena que ſunt ex morſione ⁊ ebibita.

¶ Iſti troc. ſunt de vipera. i. de tiro: et ſic p̄pter iſtã deſcriptionem iſti⁹ troc. tyriaca deriuat[ur] […]b. eis: q̄dã cre=

diderunt ꝙ trocisci de viperis nõ essent troc. de tiro: sed errãt nã andromacus vult ꝙ vipera sit huius: ⁊ vult ꝙ troci. de viperis, sint troc. de tiro. eiusdẽ opiniõis est Haliabbas: q̃ dicit ꝙ tyriaca dꝫ esse in etate adolescẽs sexu femina nõ masculus: vide etiã supra vbi posita descriptio troc. de tyro: ꝙ sunt idẽ. Andromac⁹ ⁊ Rasis meli⁹ ostendũt de forma vipe: ꝗ̃ Aui. Rasis in tractatu tyriace: inq̃t sumãtur vipe femine q̃ in hoc discernunt: ꝙ plures duob⁹ habẽt dẽtes: masculi vero sexus duos tm̃ habent dẽtes: ex quib⁹ eligantur ille tm̃ q̃ ruffo vicinãtur colori: ⁊ sunt cito mobiles caput frequẽter agitãtes ⁊ q̃ sunt bone habitudinis: ⁊ pingues: oculos habẽtes rubeos: ⁊ capita lata: quaꝝ anus iuxta caudã inuenitur. in tp̃e veris colligant̃ in eius. s. medio: ille tñ q̃ in littoribus maris morant̃ aut in lacub⁹: vel in locis que aque salse vicina existunt nequaq̃ accipiãtur. siĺr ait Andromacus. Nicolaus florẽ. in lib. iiij. in. c. de speciebus serpentũ inq̃t ex eis est serpẽs paruus dictus tyrus vel tyriaca. cuius est q̃dã spẽs: que etiã tactu occidit. vñ Gal. de tyriaca ad cesarẽ ait. dictũ regina egyptiꝗ̃ interfecit seipsã p̱ impositionẽ manus sup̱ tyriã: q̃ ipsa hora appositionis mortua est ⁊ hoc volũtarie fecit: qꝛ rex q̃ inuaserat regnũ mittebat eã capere: ⁊ dixit. Gal. ego vidi hanc tiriã in alexãdria: ⁊ interficere feci eã sine mora ⁊ postea cęterũ ait de viperis etiã; malis reperiũtur alique apud nos: ⁊ ex istis sunt q̃daꝫ curte ⁊ grosse dicte nostro idiomate scorzoni vel scurtij. Scias qd̃ p̄dicti tyri spẽs sunt tres: quaꝝ vna vulgari noĩe dr̃ vipera: alia dr̃ de tyrus: alia hydra in nostris partibus bone raro reperiuntur: immo hodie reperitur serpẽs dictus scurtinus q̃ pro tyro habet̃: sꝫ credo ꝙ hodie sint ex hoĩbus qui faciũt tyriacã de tyro: verũ tp̃e quo p̄dicti tyri nõ reperiebantur collegiũ medicorũ venetorum ordinauit vnã descriptionem trociscorum qui pñt poni in tyriaca loco tro. de tyro. sed melius est si possibile esset ponere de tyro [illegible] ad min⁹ malũ est ponere illos trociscos: quorũ modus iste est. ℞. tortellarũ de seni. i. panis assi. ʒ. iiij. ʒ. farine orobi. ʒ. xxij. ʒ. tormẽtille diptami. añ. ʒ. iiij. fiant trocisci ex eis cũ vino in quo infusum sit gũmi ara. siccentur ⁊ reseruentur. Aui. dicit misceatur cũ tortellis ſm descriptiones diuersas. Nic. loco ei⁹ hꝫ panẽ assum. Sim. placẽ. hꝫ tortellas: ⁊ dicit p̱ tortellas itelligas panẽ de frumẽto coctum vt possit cõteri: ⁊ in quo nõ sit multũ fermẽti. imo vicinet̃ pani azimo: ita ꝙ nõ habeat aliq̃d acetositatis in se. imo sit p̱fecte exiccati[illegible]s terat̃ ille panis vt alchool. i. subtiliter ⁊ reseruetur. moderni non faciũt ipsum ſm illud modũ. ve[illegible] est ꝙ opꝫ ꝙ ipse sit panis azimus: sꝫ fit cũ decoctiõe masticis ac passularũ sicut ostẽdam infra in emplastro diasiniconis si deus voluerit.

Trocisci cochion administrati ĩ metridato ib[illegible]lẽ. ℞. passulaꝝ rubearũ enuc[illegible]ũ. ʒ. iiij. glutinis albotin id est terebẽtine. ʒ. xxiij. squanti. mirre añ. ʒ. xij. cinamomi bdellij sub albidi: blacte bizãtie: spice romane. i. celtice: cassie melliloti: [illegible]eri: baccarũ lauri. añ. ʒ. iij. calami aromatici. ʒ. ix. croci. ʒ. j. bituminis iudaici. ʒ. ij. ʒ.

Hec descript. est sabor filij sebel in qua est additũ bitumẽ iudaicũ: ⁊ in descriptiõe alia additur darsisaham põd⁹. ʒ. ij. ʒ. ⁊ ĩ descriptiõe alia sunt addite assari. ʒ. ij. ʒ.

Isti tro. de cochiõ sunt in vsu apud illos q̃ facere volunt metridatũ ſm descriptionẽ cõem. Ra. ⁊ Guil. loco eius habent tyriacam diffusio ⁊ idem est. Aui. vero inquit ꝙ hec descriptio est sabor filij sebel in qua additũ bitumẽ iudaicum. ⁊ in descriptione alia darsisaham: et in descriptiõe alia assarum. ista vero duo simplicia Ra. et Guilel. non habent. Auicen. non ponit modum ipsos cõficiẽdi: sed Ra. ⁊ Guil. dicũt conficiant̃ sic ea q̃ mollificari pñt in vino veteri posita resoluantur donec liquidant̃: alia autem omnia trita ⁊ cribellata cũ eis inungãtur ⁊ cum melle dispumato cõlecta ⁊ mixta reponant̃. Guilel. dicit medicine ei⁹ cõfectionis preter mel ⁊ vinũ sunt. xiij. hoc enim electuar[illegible] s. metridatũ sic ꝯfectũ ponitur in omni re loco aur̃. alexandrine ⁊ adriani: q̃ ambe in antido. Nico. ponuntur.

Bitumen iudaicũ. i. aspaltũ: nã alij habẽt loco eius aspaltũ: qd̃ idem est. Dias. autem inquit aspaltum. i. bitumen iudaicum: aliud aridum: aliud liquidum.

Trocisci de mezereon ibidẽ. ℞. anisi seminis apij calamẽti hortulani: mente petroselini ameos añ. ʒ. vj. opij castorei: piperis albi: et macropiperis: sinsibrij. mirre absinthij: añ. ʒ. iiij. corticum cassie. ʒ. ij. conficiantur cum melle et fiant trocisci.

Isti tro. nõ sunt in vsu. ipse A. hꝫ vnam aliam descri. sed hec est nobilior: sed dubitat̃ cur isti trocis. dicant̃ de mezereon cum illorum descriptionẽ mezereon nõ ingrediatur. Ad hoc põt dici: vt quidã ꝙ est nomẽ eq̃uocum. forsan. n. significat nomẽ cõponẽtis. Rasis aũt in. ix. almã. i. c. de hydropisi hꝫ vnã aliã dscri. ⁊ ipe hꝫ mezereõ.

Troci. de rubea ibidẽ. ℞. rubee. ʒ. xij. corticum radicum capparis. aristologie lõge: radicũ ligritie añ. ʒ. j. conficiantur cum sirupo acetoso ⁊ informent̃ troc. ponderis. ʒ. j.

Hos tro. nõ habemus in vsu.

Rubea. s. rubea tĩctorũ q̃dã vocãt vena tinctorũ: ⁊ dicitur rubea: qꝛ radix eius est rubea vñ ⁊ in colorãdo lanas adhibetur Gal. i. vj. simpli. dicit falma. i. rubea. hec medicina est rubea qua vtuntur tinctores ĩ septimo dicit cocus vasic⁹. i. rubea tinctorum hec medicina apud Lombardos dicitur roxani vel roxa.

Troci. de cucuste ibidẽ. ℞. semis citruli se. portulace: se. alsechesabrã. añ. gipsi. ei⁹ similitudine est vt alumẽ scariola: et hec terra a. ʒ. iij. suchaha. i. achantis arabice bedoard. i. spine albe: fumi multa vulgo in Lõbardia talcho vocat̃: ⁊ sic trocisci de terra. añ. ʒ. iiij. dragaganti amili gũmi añ. ʒ. j. ʒ. spodij turbith: seis cuscute añ. ʒ. iiij. tereniabin. ʒ. xxx. zuccari Albusar. ʒ. xxx. cro. ʒ. iij. ꝯficiãtur cũ aqua ⁊ melle ⁊ fiant troc. ⁊ administrentur.

Hos trociscos non habemus in vsu.

Cuscute vero ẽ herba que inuoluitur circa alias herbas: sicut circa linum: ⁊ p̱pter id a multis podagra lini dicit̃. Ser. i. c. de cuscute dicit ꝙ in latino vocat̃ tima. apud nos dr̃ a vulgo grẽgo ei⁹ forma est sicut epithimi.

Alfechesabrã vel scechesabrã. idẽ Aui. in. ij. cañ. habet ca. in litera o. qd̃ vero al[illegible]rã: sꝫ nõ declarat q̃d sit. Gentilis super isto verbo dicit quod est herba similis parita[illegible] neq̃ per id credo qd̃ Gentilis cognouerit q̃d sit sed verum scesabrã est oximum carmenum: sicut reperitur apud Serap. in proprio capitu. de ozimo carmeno: de quo supra est dictum in electuario quod dicitur letificans.

Zuccarum alhusar apud eundem in. ij. cano. habetur qd̃ est mãna cadẽs super alhusar: ⁊ ẽ sicut frusta salis: ⁊ in ipso quidem est cum abstersiõe ⁊ resolutione põticitas ⁊ amaritudo: et de ipso aliud est iamenum album: et aliud est agizimum ad nigredinem declinans: aliud. c. facit de hausurũ: ⁊ dicit ꝙ est arbor arabica armena: ⁊ est vnũ de lacticinijs: ⁊ q̃dã dixerũt ꝙ desurum est quedã spẽs iterficiẽs sedentẽ i vmbra ei⁹ ⁊ hec arbor videt̃ hr̃e similitudinẽ cuiusdã plante q̃ apd̃ Dia. vocat̃ tax⁹ sub cui⁹ vmbra si q̃s dormitauerit aut sederit stat

superuenit periculum vite sicut dicit Aui. Sera. in. c. de zuccaro describit formam zuccari alhusar.

Trocisci stelle ibidē. ℞. mirre castorei spice ce. s. nardi cassie. i. cassie lignee terre sigillate corticū mandragore añ. ʒ. iiij. opij croci costi. stelle: terre ana. ʒ. v. papaueris albi. ʒ. vj. dauci anisi sisileos. i. sileris mōtani seīs iusquiami albi. storacis liquide semis apij añ. ʒ. viij. infunde gūmas in vino odorifero. ⁊ tere medicinas et cōfice cū eo. ⁊ fac trocis. ponderantes. ʒ. ß. et exiccentur in vmbra.

¶ Hos troc. habem⁹ in vsu: sed nō multū. Joā. Sera. in suo antidota. hȝ vnā aliā descrip. que eadē est etiā Bartho. mōtag. in suo antido. hȝ vnā aliā descriptionē que eadem est: sed sua descriptio in vno loco est falsa: credo tñ ꝙ hoc fuit errore scriptoris: et infra ostēdā errorē vbi sit. Rasis in lib. diuisio. in ca. de medicina stomachi. ponit hanc eadem descriptionem. dñs Mesue in. c. de tussi humida ait. Galie. trocisci cognominati assem us: ⁊ sunt tro. stelle cōferunt tussi iuuamētū sublime. Mat. siluati. in litera. t. ait. trocisci stelle: et antiqui medici nominauerunt eos aluirolacāce huiusmodi non permittunt vitam recedere.

¶ Stella terre apud ipm in. ij. cañ. vocat lutū samiū: et ibi inqt ex autoritate Gal. nos vtimur eo ex hoc qđ noiatur stella samia ego autem dico ꝙ hominib⁹ videt ꝙ illud sit talk. verū de talk iam dixerunt veridici ꝙ ipsum inuenitur in terra grecorū in insula cipri in. iij. cañ. in. c. de cura sputi sanguinis. iterū ait lutū samium ⁊ existimauerunt quidam qđ nominatur grece stella terre: et nominibus nominatur pluribus ⁊ videt ꝙ sit nomē altalk: ⁊ hec est quā Dia. vocat gissamiā: ⁊ eligēda est alba valde ⁊ leuis lingue adherēs leuis ⁊ aspergēs se sup cartā: ⁊ fragilis qualis est quā multi colerio dicūt: duo sunt gña eius vnū qđ predictum est ⁊ alterū qđ dr aster placodes: qđ est laminosum. ambo vere ꝟtutis sūt. aster vero placodes est dicta stella lata vel plana. Jo. Sera. ibidem hȝ stellam terre. sȝ Bart. dicit troc. stelle: sȝ nō debet sic dicere: imo debet dicere stelle terre: ⁊ hanc terram multi moderni dicūt esse speciē de stella terre fiunt trocisci de talcho. idē Auerrois in quinto colliget dicit terra stella: idest talch.

Trocisci de croco ſm eūdē in li. iij. in fen. j. in. c. de cura sode calide absq; materia aut adustione solis et reliqs ex materia calida aut sanguinea. ℞. croci aur. vij. mirre aur. ij. expressionis agreste calcadis. añ. aur. j. ß. aluminis iameni. i. scissi siue de pluma. aur. viij. colcotar. aur. v. medicine iste bene puluerizate cum vino pontico temperentur et ex eis trocis. informentur.

¶ Hos troc. non habemus in vsu.

¶ Alia descriptio reperitur etiam in antidotario. Bartholo. de montagnana que eadem non est. idem dominus. Mesue in sua practica in capi. de emigranea calida inquit Alexan. confectio troc. quibus fit linimentum ad emigraneum idem sunt nisi in vna re: et hoc est ꝙ Auicen. non habet gummi af. Mesue. vero habet in reliquis rebus idem sunt. Sed insurgit dubitatio ex eo ꝙ dominus Mesue. dicit in practica sua in cura sode frigide hec verba formalia eodem modo troc. de croco dicti in antidoto. ⁊ tamen in antidotario nusq̄ reperio illorum descriptionem tu igitur considera. Mat. sil. in capitu. de calcitris dicit. Joan. me. in trocicis de croco ponit colcotar ⁊ calcadis. Gentilis in tractatu de febribus ait. troci. de croco. i. sief de croco non inuenitur propria descriptio: sed nescio cur hec verba protulerit.

¶ Crocus. i. zafarā. Isi. inqt crocū dictū ab oppido cicilie qđ vocat corticū ꝗ̄uis ⁊ alibi nascat sȝ nō tm̄ vel tale quale in cicilia. vñ ⁊ a potiori parte nomen accepit.

¶ Agrestū autē fit ex vuis immaturis: ⁊ pōt appellari onfaciū. Dia. inqt onfaciū est succus vuarū albarū immaturarū que vne añ. dies caniculares colligēde sunt onfaciū autem pōt capi. multis modis: nā pōt dici ꝙ onfaciū est oleū qđ fit ex oliuis. immaturis etiā pōt dici ꝙ onfanciū est succus expssus vel liquor amar⁹ ⁊ acerbus. vnde Gal. in lib. dinamidiarū dicit onfanciuȝ sic fit a cimis vue agrestis expssis: carnes ipsarū ⁊ nucleos in sole siccatos tūde ⁊ fac puluerē: ⁊ erit onfanciū: etiā fit ex fructu vitis immature exprimit eni ei⁹ fruct⁹ anteꝗ̄ matur⁹ sit: ⁊ succus inde fact⁹ inspissatur ⁊ recōditur.

¶ Calcadis apud ipm in scđo cañ. in. c. de attramēto est vitriolū albū: quidā crediderūt calcadis ⁊ colcotar idē esse: sed nō recte: nā in istis trocis. possum⁹ certificari: ꝙ idē nō sunt verū vnū pro alio pōt poni. Jo. Sera. in ca. de eruptione sanguinis ex matrice inqt ꝙ calcadis est calcantū cui⁹ color est viridis: ⁊ qñ antiquat calcadis fit colcotar. Jo. arculanus in. c. de vngula. ait. quatuor sunt species vitreoli. s. colcotar qđ est citrinū: calcantum viride calcadis quod est album. alsurit rubeum. similiter ait in. c. de attramento.

¶ Colcotar. i. vitriolū citrinū apud ipm in ca. de attramento. Et ideȝ dicit Nico. Jo. arcula. in ca. de sebel. dicit ꝙ colcotar est vitriolum romanum.

¶ Uinum pon[...] i. forte vel acutū nō autē dicit ponticum a ponto insula: sed hic dicitur ponticū in sapore. ⁊ idem dñs Mesue loco eius habet vinum forte vel acetum: quod tantum valet.

Trocisci de elleboro in. iiij. tertij. in ca. de cura opilationis accidētis in aure. ℞. ellebori albi [...] ar. iij. nitri. idest salis nitri aur. xvj. cro. aur. [...]ij. constringantur et terantur cum aceto. et fiant inde trocisci.

¶ Hos trociscos non habemus in vsu.

¶ Elleborus ſm Mesue est barba alfugi: ⁊ ei⁹ due sunt species. [...]am alius est albus alius niger: et niger incolumior est albo. Gal. in lib. ad partenianū dicit velatrū. id est elleborus. Auer. in. v. col. dicit cōdisi. id est elleborus quod non videtur verum sicut patet per Diasco. et Auicen. qui de vtro[...] faciunt cap. elleborus vero apud teutonicos vocatur velax: si detur in potu de radice ipsius gallinis interficit ipsas. de qua vide Serapi. in capitu. de elleboro nigro in fine ait. mesarugine: elleborus albus est fortioris operationis ꝗ̄ niger: et timor est ne ille qui sumit elleborum incurrat spasmū: ⁊ ipse occidit columbos quādo infunduntur fabe aut frumentu[...] in aqua [...] infunditur elleborus ⁊ datur colūbis [...]aut pullis ad comedendum.

Trocisci de bdellio ſm eundem in lib. iij. in fen. xiiij. in capi. de cura apostematū durorū. ℞. rosarū tritarū. ʒ. x. sp[...]ce aromatice. i. inde. ʒ. ij. mirre. ʒ. j. costi. ʒ. j. ß. masticis. ʒ. j. amigdalum amararū. ʒ. j. ß. bdellij. ʒ. iij. terantur medicine et dissoluatur bdellium cum vino et conficiantur cum eo medicine: et fiant inde trocisci.

¶ Hos trociscos non habemus in vsu. Rasis in lib. diuisionum in ca. de egritudinibus exatis habet vnam aliam descriptionem que eadem est. bd[e]llium vero est gummi quod satis notuȝ est. Gale. in vj. simplicium inquit: mochi. id est bdellium due sunt eius species: vna est sethelina: ⁊ est magna ⁊ mollior altera: ⁊ eius virtus est mollificatiua: altera vero species est arabica.

Trocisci de carta cōbusta ī eodē lib. fen. xvj. in ca. de cura excoriationis in[...]tinorū ⁊ vl-

cerū. ℞. arsenici adusti. ʒ. x. corticis eris: alu minis iameni: gallaꝝ calcis q̄ nõ est extincta oīm añ. ʒ. xij. fiant ex eis trocisci cū succo arnoglosse. i. plātaginis: quoꝝ vnusq̄sq; ponderet. ʒ. iiij. ꝛ parū ex eis administretur.

¶ Hos trociscos nõ habemus in vsu. dicuntur aūt trocisci de charta: licet illoꝝ descriptionē charta nõ ingrediat. idez vero in. ij. canoñ. de charta ca. facit idē in. c. de papiro ait ꝙ ex ipsa q̄dem fiunt charte: ꝛ ipsa q̄dē est in potētia charta ꝛ qđ ex ea adustū est: est vehementioꝛis exiccationis. Dia. inq̄t papirus vnde charta alexandrina fit vtile est. Ser. in. c. de burchdi dicit: burchdi est notum: ꝛ ex eo fiūt charte: ꝛ vtunt eo medici qñ volūt dilatare orificia fistularū. idē Sera. ait. ꝛ kirtas. q̄dē combustum est fortioꝛis operationis q̄3 burchdi cõbustū. Etiā dicit Gal. hec herba non administrat in medicina sola. idē Ser. īfra ait. burchdi vis. i. ioc⁹: hec vo plāta est q̄dā spēs iunci in aquis nascētis: nõ aūt intelligitur de charta in qua scribim⁹ que de pānis lineis fit: sz sapiētes credūt ꝙ hec sit q̄dā herba in qua arabes faciunt sextariola in qb⁹ inuoluūt spēs ꝛ ꝙ est quedā herba viscosa nascēs in palustribus. vnde Aui. prima quarti tractatu. ij. c. x. de curationibus febrium acutarum: sic inquit: et si domus est proximi temporis ex quo linita fuerit luto: ꝛ proprie illo in quo ponitur loco pa[illegible] coctum papyri tunc est melius.

¶ Es apud ipsum Aui. in. ij. canoñ. aliud est rubeū ad citrinitatem declinās: ꝛ est alchabrusi quod est melius ꝛ aliud est rubeum clarum: ꝛ aliud rubeum ad nigredinem declinans: ꝛ est genus eris quod dicitur talacon. Dia. Es vstum qđ. aliȷ calcucecamenon vocant. Sera. inquit in. c. de ere. dicit philosophus quidam fa[illegible]nt ex ere vasa ad comedendū et bibendum in eis ꝛ no[illegible]nt eis valde ꝛ hoc notum est.

Trocisci de cinerib⁹ descriptio hoꝝ ab autoribus nõ reperit: sed nostri medici clarissimi faciūt ipsos cõponere cū specieb⁹ electuarij de cinerib⁹ quoꝝ descriptio est posita ex autoritate Aui. ꝛ sic ordināt. ℞. specierum completarū electuarij de [illegible]eribus. ℥. j. cum vino albo odorife[illegible]. q. s. fiant trocisci et siccentur et vsui reserua.

Trocisci alcadicon ꝫm Dinū florē. in suo t[illegible]ta. de cõpositionibus. ℞. calcis viue. ʒ. v. vna arsenici rubei et citrini. chali [illegible] añ. ʒ. oīa hec trita conficiantur cū aqua que vocatur prima et in vsu reserua.

¶ Hos trociscos nõ hab[illegible]⁹ in vsu. ipse din⁹ inferi⁹ describit vnā aliā descri. sz [illegible]dē nõ est. cadicõ vt dictū fuit ex Aui. Jo. Sera. sunt. tro. facti ex arsenico: ꝛ ꝫm Almā. dicuntur achali qđ recipit. Nico. florē. in. lib. vij. in. c. de medicina diminutiua carnis: siue corrosiua eius habet vnam aliam descriptionem que est ex auctoritate Gal. que eadem est.

¶ Arsenicū rubeū. i. asinagal. Nico. loco ei⁹ hz auripigmētū rubeū: credo ꝙ idē est ꝛ per arsenicū citrinū intelligit auripigmētū citrinū seu vsuale ꝛ ꝑ arsenicū rubeuz intelligitur arsenicum dictum arisagal.

¶ Kali vel alkali. vt hz Nic. est q̄dā plāta q̄ in littorib⁹ maris nascit: sitis vermiculari. i. semipuine minoꝛi. pinguis ꝛ salsa. ꝛ de cinere ipsi⁹ fit vitrū. Ser. in. c. de vsnen inq̄t. vsnē est herba chali. Aui. in. ij. cañ. de vsnē. c. facit ꝛ dicit ꝙ est plurium specierum ꝛ subtilioꝛ earum est albe ꝛ nominatur stercus passerū. nõ est vsnee vt quidam crediderunt. nam vsnee est res collecta sup arboꝛes glādium ꝛ alias a[illegible]boꝛes.

¶ Acatia ꝫm Aui. est succus alcharisti exsiccat⁹: deinde in tro. mutatus: ꝛ melioꝛ ex ea q̄ est melioꝛis odoꝛis viridis declinās ad nigred[illegible] ꝛ põderosioꝛ ꝛ durioꝛ. Mesue loco eius habet chach[illegible] quod idem est.

¶ Aqua prima ꝫm intētionē cõpositoꝛis sic fit. ℞. calcē viuā et chali. i. herbā vsnen añ. ꝑtes equales: ꝛ terant: ꝛ septuplū ꝑcedēs ipsoꝛū ex aqua eius admisceatur: ꝛ septulū ꝑcedens ibi moꝛet quotidie agitādo: ꝛ postea coletur ꝛ ex ea cõficiātur: ꝛ fiant troci. ꝛ reseruētur. Nico. loco eius hz capitellū cõmune qđ fit ex cinere fabarū: ꝛ stipitibus eius: ꝛ calcis viue ꝛ coletur ad modū lixiuij.

Trocisci de celidonia ꝑ ruptorio leui ꝛ bono ꝫm Bart. mõtag. in suo antidota. ℞. succi radicū celidonie: vrine pueri añ. ℥. iiij. calcis viue. ℥. iij. arseni citrini. ℥. j. ruptorij de capitello. ℥. ʒ. bulliāt simul succus et vrina: deinde superaddat calx ꝛ coquat ad ignē lignoꝝ vsq; ad cõsumptionē succi et vrine: et reliqua addant cū calce: et fiant trocisci.

¶ Hos trociscos nõ habem⁹ in vsu. idē inferius describit vnā aliam descriptionē: quam vocat trociscos de celidonia cauterizatiuos: sed idem non sunt nec in vsu.

¶ Celidonie vero ꝫm Serap. in. c. de curcuma due sunt spēs. s. maioꝛ ꝛ minoꝛ: ꝛ dicit ꝙ nominantur hoc noīe eo ꝙ incipit apparere añ aduētū hyrūdinū: ꝛ desiccat qñ recedūt: putātaliq̄ etiā ꝙ sic noīet ꝓpterea ꝙ qñ excecātur pulli hyrūdinū: defert eis mater hāc herbā ꝛ dat eā illis in cibum: ꝛ reddit visus hyrūdinis: de q̄ etiā Joan. anglicus in. c. de sterilitate inq̄t: ꝛ est hic notādū ꝙ celidonia dr̄ quasi celi donū: q2 ipa aufert maculā oculoꝝ ꝛ ideo hyrūdo q̄rit eā qñ pulli ei⁹ nõ vidēt ꝛ matricē mūdificat cõceptionē ꝑparat: hicteritiā curat ꝛ scabiē succus ei⁹ suppositꝰ curat ꝛ aufert: vñ versus. Ictericos ꝑ se sanat celidonia succ⁹. iniectus oculis maculas disrūpit eoꝝ: aufert ꝛ cācros qualiscūq; capiatur. maioꝛ vero celidonia est nota minoꝛ est illa q̄ apud arabes memitē aut memite dr̄. Leonardus de preda palea in. c. de formica ait foliorum domini dei. i. celidonie.

¶ Capitellū vero apud nos vocat aqua fortis saponarioꝝ lixiuiū est de quo fit: sapo: ꝛ ei⁹ cõpositio est diuersa sed illud capitellum qđ ibi ingredit fit hoc modo. ℞. aque ꝑme saponis lib. ij. bulliant lõga ebullitione vsq; ad ꝯsumptionē tertie partis. deinde addat calcis viue. ℥. j. opij. ℥. ʒ. ꝛ decoquātur: deinde addat auripigmēti. ℥. ʒ. ꝛ reserua ꝛ de hac facias trociscos de celidonia.

Troci. de calamēto ꝫm Guil. placen. in suo antido. ℞. eris vsti vitreoli de quo fit encaustrū añ. ℥. vj. floꝛis eris. ʒ. ij. salis armoniaci baurach. i. salis rubei seu afronitri arsenici sublimati. añ. ʒ. j. terantur ꝛ dimittantur sic per hebdomadam ꝛ fi[illegible]t ex eis trocisci cum succo rute.

¶ Ho[illegible]ocis. in vsu non habemus. Guil. nominat istos trociscos de calamento: id est de calcanto quod est vitreolum de quo fit encaustrum: sed non recte: nam hec confectio est sic de calcāto: sicut apparebit infra ex auto. Rasis ꝛ videbis quod idem est.

¶ Flos eris non est viride eris ꝫm Simo. iañ. verum multi moderni loco eius ponunt viride es. Rasis loco eius habet ziniar. i. viride es: sed opinio Guil. est ꝙ flos eris ꝛ ziniar idem sint.

¶ Arsenicum sublimatum ꝫm quosdam est argentum sublimatum. liber qui dicitur bulcasis in lib. j. docet modum sublimandi arsenicum vide ibi.

Troci. de scolopēdria ꝫm Nico. flo. in li. v. in ca. de opilatione splenis. ℞. scolopēdrie

isopi

isopi.prassij.i.marubij.fructus tamarisci.i. carmezit.corticū radic capparis aā.ʒ.ʒ.se- minis agni casti.semi.ruthe gētiane aristolo gie rotūde florū genestre.aā.ʒ.ij.ʒ.armonia ci dissoluti in aceto.ʒ.j.ʒ.cum quo reliqua cō ponantur et fiant trocisci.

¶ Isti troci.in vsu sunt.Jo.Sera.in suo antidotario hʒ vnam aliam descrip.sed eadem non est.

Vnguentū rosatū. ℞. axungie porcine recētis quātitatem quam volueris: ⁊ lauetur in aqua calida nouies: et tantūdem cum aqua frigida lauatione vltima: deinde terātur cū ea rosarū rubearū recentium quātum ipsa ⁊ dimittātur marcescere per dies. vij. deinde coquātur cum facilitate ⁊ colentur: ⁊ iterū tātūdem rosarū terātur ⁊ dimittant per alios septem dies ⁊ fundātur super ipsum succi rosarū circiter partē. [illegible] olei amigdalini partes sex: ⁊ iterū coquatur cū facilitate vsqꝫ ad succi cōsumptionē: deinde reponatur ⁊ administretur: ⁊ qñqꝫ disrumpit in aqua rosa. parū opij: ⁊ proijcitur in decoctione: et est [illegible]abile vbi oportet: ⁊ proprie quādo vigilie adsunt.

¶ Istud vnguentum est in vsu. dicitur autem rosatum propter rosas quas recipit. Dia. rosa aquosa colore mixta est. due generantur in [illegible] qualitates alterne scꝫ stiptica et amara flores autem eius plus sunt stiptici. et ideo plus desiccatiui.

¶ Axungia porcina pinguedo est satis nota. Serap. ex auctoritate Gale. ait in. c. de pinguedine quādo animal est humidum generatur in eo pinguedo sicut porcus et qñ est siccū generatur in eo adeps sicut thaurus: capra ⁊ alia que habent cornua. Dias. in ca. de axungia cum tunica ait in illo. c. de confectiōe q̄ sine sale est pessarijs miscetur axungia porcina ⁊ vrsina conficit sicut docet ibi.

Vnguentū violatum valet sicut rosatū ⁊ confert pleuresi et inflammationi pectoris: ⁊ fit sicut vnguentū rosatum: hoc apud nos non est in vsu vt est rosatum.

Vnguentum basilicon magnū. ℞. cere albe resine: scilicet resine pini: sepi vaccini: picis scilicet naualis: glutinis olibani: mirre. añ. ℥. j. olei quantū sufficit: in alio cere. ℥. vj. picis. ℥. iij. et aliorum añ. ℥. j. ß.

¶ Istud vnguētum est in vsu: maxime sm istam descriptionē. aliud vero quod dicitur minus nō tantum. Auicen. in. v. canon. habet duas descriptiones sicut habet mesue. sed nō concordant cum istis verum differunt parum dicitur autem basilicon: nō ꝙ basilicō: id est ozimū ingrediat. sed sm quosdā dr basilicon a suo cōpositore. nā basilicon seu vasilicon interpretat regale seu imperiale. nā greci vasilea regē seu imperatorē dicūt. inde basilicon vnguētum regale est triafarmacum.

¶ Glutē olibani. i. thus. quidā aūt crediderūt ꝙ per gluten olibani intelligerētur due res videlꝫ per glutē terebentina: ⁊ per olibanū thus ⁊ hoc approbat. q2 Auicē. ibidē q2 hꝫ loco ei9 glutinis alimbac. i. terebētina. sꝫ veritas est ꝙ per gluten olibani intelligitur solū thus: qđ satis est notū. sed Leonar. de pda palea in ca. de cura vlcerū in gñali. ibidē hꝫ glutinū albotin. ⁊ olibanū. ergo debemus ponere in isto vnguento terebētinam ⁊ thus: quia satis cōuenit. tamen sm intentionem Mes. solum thus debet poni.

Vnguentū de bdellio. ℞. bdellij. ʒ. vj. euforbij. ʒ. iiij. castorei. ʒ. iij. serapini. ʒ. iiij. cere. ʒ. xv. olei sambucini: aut olei de cheiri. ʒ. x. bdellium ⁊ serapinū dissoluantur in aqua ruthe agrestis: id est mole. cetera liniātur cū aqua calida: ⁊ fiat vnguentū et liniatur cum eo.

¶ Istud vnguentum est in vsu.

¶ Bdellium est gūmi arboris que nascitur in terris arabum. ⁊ melius ex eo est illud qđ est amarū clari coloris in se non habens ligna nec sordes.

Vnguentū filagrios ad spasmū. ℞. cere. ℥. iij. isopi humide: succi rute agrestis añ. ℥. ij. euforbij: pipis armoniaci: croci: olei balsa. castorei: glutinis alimbac. i. terebēti. oppo. añ. ʒ. ij. stigie. i. storacis liqde. ʒ. ij. ß. olei. q. s.

Vnguentū aureū. ℞. cere citrine. i. vsualis. ℥. vj. olei boni lib. ij. ß. terebētine. ℥. ij. resine colofonie. i. picis grece añ. ℥. j. ß. olibani: masticis añ. ℥. j. croci. ʒ. j. misce ⁊ fiat vnguētum.

¶ Istud vng. est in vsu. dr aūt vnguē. aureū. q2 est optimū. ⁊ excellētius inter alia vnguēta: sicut est aurū preciosum inter metalla. Leonar. de pda palea in ca. de vlceribus ambulatiuis hꝫ vnā aliā descrip. sed nō est eadeꝫ. Nic. flo. in li. ij. i. c. de maturatiōe viol. ⁊ cura ipsarū post apparitionē inqt sic. ⁊ qñqꝫ cōfectio vnguēti de cerusa. ⁊ litargirij. ⁊ vnguēti rubei est bona ad vlcera violarū. et hoc vnguētū est illud qđ ponit in antidotario. ⁊ hoc vocat ibi vnguentū aureū. hoc ego ignoro. q2 Auicē. in. v. canon. hꝫ vnguentū rubeū. qđ idem nō est Giliber. de anglia in [illegible]a. de cura arthetice: sm magistros habet vnaꝫ descriptionē vnguenti aurei: sed non est eadem.

Vnguentū de cerusa ad flegma salsum ⁊ scabien siccā. ℞. ceruse: merdasengi añ. ʒ. vj. plūbi adusti: scorie argēti añ. ʒ. iiij. masticis: olibani añ. ʒ. ij. ß. olei rosa. ⁊ aceti quātum sufficit: terātur in mortario: ⁊ ponatur prius oleū post acetū: añ. parū infundēdo: ita ꝙ sine intermissiōe teratur: nūc hoc nūc illud infundēdo donec impinguet: si autē eo indiget prurituū habēs argenti vini. ʒ. v. adde ⁊ admini-

stra: ꝛ quandoqꝫ apud necessitatem adde ziniar.ʒ.ij.

¶ Istud vnguẽtũ est in vsu solũ sub nomine vnguẽti de cerusa ad flegma salsum. sed quando medicus ordinat vnguentũ de cerusa simpliciter intelligitur vna alia descriptio q̃ inferi⁹ apparebit. Bartholomeus montagnana in suo antidotario habet vnã aliam descriptionẽ: sꝫ nõ est eadem nec in vsum venit.

¶ Cerusa ſm Auicennam est cinis plumbi aut alaunoch. et tñ in ea que fit ex alaunoch multũ elaboratur in adurẽdo fit asreng ꝛ acquirit superfluã subtilitationẽ qñqꝫ vero fiunt oẽs ceruse cũ aceto ꝛ qñqꝫ cũ salibus: et qñqꝫ fiunt pluribus modis ſm ꝙ scitur in libris huius artis. Leonardus de preda palea in.c.de inflammationibus ꝛ vesiccis inquit cerusa: id est blaca.

¶ Merdasengi: idest litargiriũ sicut inuenit apd Auerroim in quinto colliget. Auicenna in secundo canonis ait. merdasen est plumbum adustũ ergo litargiriũ ſm Auicẽnam est plumbum adustũ. tñ hic aliud intelligit: qꝛ ibi ingredit merdasengi: ꝛ plumbũ adustũ: q̃ idẽ non sunt. Leonar. de preda palea in.c.de inflãmationibus ꝛ vesiccis in quodã vnguento inquit. merdasengi idest litargiriũ ꝛ sic hodie loco merdasengi litargiriũ ponunt. plumbũ adustũ ſm Auic. in scdo canoñ. est merdasengi id ẽ litargiriũ sengi litargirũ ponunt. plũbũ abustũ ſm Aui. in. ij. canonis est merdasem. i. litargiriũ sed hic alr intelligit. Galen⁹ in li. secretoꝝ in.c.de squinãtia ait: merdasengi. id est plumbũ: plumbũ vero vena est terre similis antimonio a litargirio: ꝛ satis notũ est. ꝛ mod⁹ adustionis eius superius habitus est.

¶ Scoria argenti ſm Sera. ex autoritate alcãzi est stercus argẽti: ꝛ est bona scabiei ꝛ prurituí quidã litargiriũ putarunt: ꝙ nõ est. liber qui dr bulchasis in tractatu primo inqt doctrina qualiter adurunt scoria argẽti et auri ex libro almeiamir qb⁹ vtimur in collirijs. ℞. de scoria cabrussie quãtũ vis: ꝛ terc ipsam grosso modo. ꝛ ꝯfice cũ melle ipsam: ꝛ pone ipam in vase fictili nouo ꝛ fac: vt ibi docet Aui. in.c.de ere de alcabrussi loquitur.

¶ Argẽtũ viuũ aliud est minerale aliud artificiale: artificiale cõficit ex minio ꝛ cinabro: minerale aũt inuenit in mineris metalloꝝ: ꝛ ꝓpter id inter gña metalloꝝ est positũ quoꝝ spẽs metalloꝝ ſm Isidoꝝ sunt septẽ scilꝫ aurũ: argẽtũ: plũbũ. stãnũ: es: ꝛ argẽtũ viuũ: ꝛ ferrũ: qdã posuerũt argẽtũ sublimatũ: cerusam: ꝛ litargirium inter gña metalloꝝ. Gilibert⁹ de anglia in.c.de cura lepre in gñali dicit ꝙ fit de mercurio. i. argẽto viuo. hoc aũt ꝯseruat in vasis plumbeis: aut vitreis: aut in vasis de terra vitreata aut vesicis: qꝛ alia vasa corrodit: ꝛ ipsum cõputat inter venenosas medicinas.

Unguentum egyptiacum magnum. ℞. floris aur.v. mellis aur.xiij. aceti fortis aur.vij. coque super ignem donec inspissetur: ꝛ sunt q addunt in eo olibani masculi triti aur.ij.ß.

¶ Istud vnguẽtũ est in vsu maxime ſm istã descriptionẽ. Rasis in libro [diuisionum] i fine. in.c.de medicinis algebra hꝫ vnã aliam descriptionem que est quasi eadeꝫ.

¶ Leonardus de preda palea in capitulo de [illegible]eribus profundis habet vnam aliam descriptionẽ que eadem est. Forma autem istius vnguẽti efficitur in colore rubeo: nam quãdo flos coquitur colorẽ rubeũ sibi acqrit.

Unguẽtum triafarmacum. ℞. litargirij triti sicut alcohol: idest subtiliter sicut athomi solares partem vnam: ꝛ funde super ipsum nunc oleum nunc acetum: et teratur et adequatur: et proprie quantum sufficit: et administretur.

¶ Istud vnguẽtũ sub isto nomine nõ est in vsu: verũ ſm chirurgicos est in vsu sub noie vnguẽti de litargirio. tñ inferius iterũ apparebit descriptio vnguẽti de litargirio qua generaliter vtimur. dicitur autem triafarmacum a tribus medicinis que in ipso ingrediuntur. Auicen. in quinto canoñ. habet descriptionem vnguenti nigri: ꝛ eadem est huic.

Unguentũ alfecericon relatũ ad alexãdrum ℞. ceruse litargirij: alfecericon aloes boni: croci: argenti viui extincti añ. partes equales: olei de oleandro: ꝛ aceti quantum sufficit: fiat sicut vnguentum de cerosa.

¶ Istud vnguẽtũ nõ est in vsu. Aui. in.ij. cañ. de ipso facit capitulũ sub noie facuricõ. dicit qđ est medicina ad scabiẽ facta ex litargirio calcadis. i. vitrioli ꝛ aceto sine dubio alfecericõ ẽ medicamẽ cõpositũ cuiꝰ descriptionẽ Mes. inferi⁹ describit: et si facere volueris vnguẽtũ alfecericon similiter oportet facere cõfectionẽ de alfecericon.

¶ Oleander apud Dia. vocatur nereõ. Isi. ait rodandarũ qđ corrupte vulgo lorãdrũ vocatur ꝙ sit folijs lauri similis: florẽ vt rose. arbor venenata: interficit enim animalia: ꝛ medetur serpẽtũ vexationib⁹. descr. aũt olei ipsius describit Ra. de qua infra erit sermo.

Confectio alfecericon qđ est medicamen cõpositũ. ℞. litargirij albi: calcanti. i. vitreoli viridis de quo fit encaustrũ añ. partẽ vnam: floris eris partẽ mediã terãtur cũ aceto vehementer forti in sole, tempore estiuo fere ꝑ diem vnã semper ante modicũ addendo acetum: deinde ponatur in vase vitreo et stringatur os ei⁹ et sepeliatur in fimo diebus.xl. deinde administretur.

Unguentũ palmeuꝫ. ℞. olei veteris lib.iij. axungie veteris depurate a sale lib.ij. litargirij lib. [illegible] vitrio.ʒ.iiij. cõficiant sic: oleum et axũgie mittant in stãnato supra ignẽ: ꝛ liquefiant: deinde [illegible]dat litargiriũ ꝛ vitriolum ꝛ ducãtur cõtinue cum tribus ramis palme: et accipe vnũ ramũ palmarũ minutatim incisum: et intromittatur ꝛ tandiu bulliat supra ignem lentum factum de lignis siccis donec infletur et redeat ad suũ statum [illegible] spissitudinem et densitatem habeat.

¶ Istud vnguentũ nõ est in vsu sub isto noie: verũ est in vsu apud chirurgicos sub noie vnguẽti de colcothar: ꝛ sic sine dubio possunt vti sub noie: nã vidi ꝙ Nic. floren. in li.vij. in.c.de curatione flegmonis inquit sic, est emplastrũ de colcotar. ꝛ est illud q [illegible]ocãt Sera. in sua antidotario diapalma. Leonard⁹ de preda palea in.c.j.de flegmone ait vnguentũ de palma. i. de colcotar relatum ab Aui. ꝛ sic est ꝙ Aui. in.v. habet vnguentũ de calcadis. quod quasi idem est de quo infra.

Unguentũ de flore eris in suo grabadin in ca. de vulneribus nariuꝫ. ℞. cere.ʒ.iiij. olei antiqui vel facti ex oliuis immaturis. i. olei onfacini.ʒ.xvj. floris eris puluer[iza]ti ʒa. sicut alcohol. i. subtiliter.ʒ.iij. fiat ex eis ꝛ vtere licimo: ꝛ qñqꝫ additur ꝛ minuitur ex flore eris ſm quod exigit necessitas.

¶ Istud vnguẽtũ non est in vsu. Aui. in.v. canoñ habet vnã aliã descriptionẽ que eadẽ est: nisi [illegible] in vno. ꝛ hoc est ꝙ Mes. nõ posuit resinã. Auicen. ver[illegible] in reliquis

idem sunt Jo. Sera in suo antidotario habet vnguentum de ziniar: quod est idem cum vnguēto de flore eris apud Auicennam.

¶ Flos eris fm Simonē ianuē. nō est viride eris: verum hodie ponūt loco ei⁹: q2 reperit in multis locis vbi vn⁹ doctor habet florē eris in vno alio loco habet viride eris. vnā vide Ra. si es de calcāto vbi hz ziniar. i. viridū eris. Guil. pla. loco eius hz florē eris. Petrus de argil. in ca. de medicinis mūdificatiuis vel abstersiuis in vnguēto apostolor hz. ℞. viride eris. Auic. in. v. hz. ℞. floris eris Idem Jo. Sera. in suo antidotario hz vnguentū de ziniar. Auicē. in. v. cañ. habet vnguentū de flore eris quod idē est. ⁊ sic hodie vnū p alio ponūt. Sera. dat modū ei⁹ sicut apparebit infra in emplastro apostolicon ⁊c.

Vnguentū alabastri: nardi spicati: fm Nic. ℞. sauine viridis. ℥. v. hedere teranee viridis: millefolij: arthemisie. i. matris herbarū galle cupressi. fenugreci: herbe benedicte seminis lini roris marini: oīm octo. ℥. vj. pone hec oīa simul trita in aque sextarijs duodecim ⁊ dimitte macerari vsq3 ad tertiū: diem: postea adde olei sextaria quinq3 diligēter cū cautela tā diu vsq3 quo a[d] oleū perueniat remota aqua remoto vero ab igne ⁊ colato per saculū nitidū: adde cere. ℥. vij. colofonie terebētine galbani: masticis gūmi hedere: resine olibani: mirre añ. ℥. v. stora[c]is calamite. cozumbri. spice nardi oīm triu[m] añ. lib. j. balsami. ℥. iiij. que terēda sunt ter[e] que liquefacienda scil3 liquefac insimul mixtis omnibus diu agitando cum spatula [m]isce: deinde vsui reserua ⁊c.

¶ Istud vnguentū alabastri est in vs[u] [a]ppellatur aūt vnguentū alabastri nardi: nō qd al[aba]strū ingrediaꝛ. Hodierni autē vtūtur vnguēto ala[ba]stri: et in eo ponūt alabastrū qd est genus marmoris sed nō recte: quia ex meo iudicio alabastrū [q2] hoc nō debet ingredi: nā hoc vnguentum inuenitur in lib. vij. Giliberti angli. ca. de retentione menstruor qd alabastrū nō habet. Papias vero ait. alabastrū genus marmoris: vnde fit vas in quo [v]ntus vnguēta conseruātur. ⁊ ideo pro vnguento po[nitur] quia sine dubio hoc dicitꝛ alabastrū q2 ipsum conser[uar]i debet in vno vase facto ex alabastr[o] [p]rea vide in passione dñi nostri Jesu christi. fm Matth[eum] vbi dicitur. ⁊ cū esset Jesus betanie in domo Simonis leprosi ⁊ recūberet venit mulier habens alabastrū vnguenti nardi spicati preciosi: ⁊ fracto alabastro effudit sup caput eius: ⁊ hoc est illud [vn]guentū quo vtebātur Maria ⁊ Martha sorores. vnde per hoc vide apud Leonardum de preda palea in ca. de casu ⁊ offensione propria doctrina vbi sic ait: nota de vnguento alabastro quod operaꝛ mirabiliter in cōtusione ⁊ attritione ⁊ casu offensione. ac etiā in verberatis ⁊ flagellatis ⁊ tortis cū tortura. ⁊ similib⁹ ⁊ vocatur vnguētū alabastrū nardi de spica nardi preciosa: q2 romani a Hierusalē attulerūt tpe quo dñs noster Jesus christus crucifixus est. Bonum ⁊ probatū in oībus febribus ⁊ rigoribus ⁊ calculosis doloribus lumborū petram de vesica rumpit: renū dolorē aufert: et emigraneū dolorem amputat: casibus matricis optime subuenit. Maria ⁊ Martha sorores lazari hoc vnguento vse fuerunt omnibus diebus vite sue. Scias autem ꝙ veritas est qd hoc vnguentum dicitur alabastrum nardi spicati: quia conseruatur in vase alabastro propter spicam nardi quam recipit. ⁊ dicunt ꝙ hoc potest dici vnguentum de spica nardi conseruato in vase alab[ast]ro.

¶ Sauine viridis. i. recentis.

¶ Hedera apud Dia. vocat[ur] [ki]ssos. Plini. hedera spēs habet tres: candidam: nigram ⁊ elix. ⁊ he in spēs alias diuiduntur. Gay. in li. ad parthenianum ait: hedera nascitur in diuersis arboribus parietib⁹ vel petris ⁊ terra. s3 hic intelligiꝛ de illa que in terra reperitur: que satis est nota de qua antiquitus coronabantur poete. vnde Virgilius in bucolicis. Pastores hedera crescentem ornate poetam.

¶ Galla cupressi. s. fructus eius qui aptus est in medicina. Isido. in. c. de proprijs nominibus arbor inquit cupressus grece dicitur ꝙ caput eius a rotunditate in acumē erigiꝛ: vnde ⁊ conon vocaꝛ. i. alta rotunditas hinc ⁊ fructus conus. q2 rotunditas eius talis est vt conū imitetur. vnde conifere, ciparissi dicuntur huius lignū cedro pene proximā hz virtutē: templorū quoq3 trabibus aptu3 impenetrabili soliditate nunq3 oneri cedit: sed ea qua in principio fuerit firmitate pseuerat. Antiqui cupressi ramos prope rogū cōstituere solebant vt odorem cadauerum dum vrerentur comprimerent iocunditate odoris sui.

¶ Millefolium est herba que oībus nota est. Dia. miriofilos siue vt latini millefoliū. i. supercilium veneris. nascitur in palustrib⁹ locis tirsum habet ex vna radice mollē ⁊ subruffum: ⁊ quasi manib⁹ linitū ⁊ folia silia feniculo. Pli. mirlofilō quod nostri millefolium vocant.

¶ Herba benedicta fm cōpositorē est fu. q̄ alio nomine valeriana vocaꝛ. Simō vero ianuē. ait. terra benedicta in antidotario olim in vngento alabastri qd ignoro: verū est ꝙ Gilibertus loco herbe benedicte hz terrā benedictā. sed Leonar. habet herbā benedictā. ego vero ignoro quid sit terra benedicta. sed herba benedicta est valeriana quā meo tēpore vidi apponi in hoc vnguento.

¶ Ros marinus fm Dias. est libanotides. fm vero Sera. est arbor marie: de qua miror ꝙ ipse Sera. in suo breuiario in ca. de emoroidib⁹ inquit ꝙ arbor marie est arthanita: qd nō recte dicitur ab aliquibus corona mōtis vel montana: eius flores alchilil dicuntur vnde zuccarū alchilil. i. de floribus roris marini.

¶ Sextarium vero fm cōpositorē Auicen. Sera: est pōdus sex dragmarum: ⁊ danich duorū fm gentilē est pōdus. 3. sex. Leonardus idē inquit. sextarius est pondus aur. iiij. aureus vero quarta pars vncie. ⁊ in vncia sunt octo dragme. hodierni vero qñ reperiunt in receptis sextarium vini vel aque intelligunt duas lib. cum dimidia. s3 per sextarium piperis vel cinamomi sex dragmas intelligunt deus melius scit.

¶ Colofonia. i. pix greca. Dinus florentinus in primo li. in capit. de eruptionibus exituralibus ait. picis idest pice grece. Item circa instans colofonia. i. pix greca est gummi cuiusdam arboris que in grecia reperitur. vnde pix greca dicitur. etiam reperitur in alijs locis. Pli. vocat eam briciam dicens. bricia fit e picea resina. in hispania autem e picea nostris minime laudata: est enim resinarum amara et arida graui odore vnde resina frixa: pix bricia: pix romana. colofonia idem sunt.

¶ Cozumbrum fm compositorem est censura iudeorum vel timiamatis vel t[hus] iudeorum. Leonardus ibidem inquit cozumbrum sunt feces storacis liquide ergo co[zu]mbrum est storax rubea qua vtuntur iudei in ecclesijs pro fumigatione: etiam cozumbrum potest dici quod interpretatur omne fumigium odoriferum.

¶ Spica nardi. i. aromatica. istud vero vnguentum dicitur alabastrum nardi propter spicam nardi quam recipit in multa quātitate: conseruare debes in vase facto ex marmore dicto alabastrum.

¶ Balsamus id est opobalsamum: nam opos est balsamus vel vt lac: et similiter oposici vocatur lac ficulnee ab ipsa. Plinius autem ait. sed omnibus odoribus prefertur balsamum vni terraru3 iudee concessum quondam in duobus tantum hortis vtroq3 regio altero iugerum viginti non amplius altero pauciorum. ostendere arbusculam hanc vrbi imperatoris vespasiani clarūq3 dictu a Pompeio magno in triumpho arbores quoq3 diximus seruit nūc hec. ⁊ tributa pēdit cum sua gēte in

totum. alia est natura quam nostri externi que prodiderant. hoc preciosum est. in nostris partibus raro inuenitur. sed infra describam quedam olea que possunt poni in omni loco vbi ingreditur balsamus.

Unguentū martiatum ibidē. ℞. cere albe libr. ij. olei libr. viij. rute. ʒ. vij. maiorane. ℥. vj. tamarisci. ℥. vj. esbrij. roris marini foliorum lauri ana. ℥. viij. sauine id est bracheos balsamite lilifagi. ozimi id est herbe q̄ basilicon odoriferū vocat᷑ polij. id est polij montani. calamēti. artemisie. enule. betonice. brāce vrsine spergule. herbe venti. pimpinelle agrimonie. absinthij. herbe paralesis. herbe sancte marie cimarum sambuci. herbe grassule mille folij. semperuiue. camedreos centum neruie. centauree. fragule. quinq̄ folij. tetrabit. ana. ℥. iiij. ʒ. radicum euisci. cimarum mirti. id est foliorum mirtilorum ana. ℥. iij. fenugreci. ℥. j. ʒ. butiri. ℥. j. et. ʒ. ij. vrtice violarum papaueris nigri mente saracenice: ⁊ alie mēte lapacioli: politrici carduncelli: matris silue: maturelle. herbe muscate alleluie. lingue ceruine. crispule cāphorate. storacis: calamite medulle ceruine. an̄. ℥. ʒ. adipis vrsi: adipis galline. masticis an̄. ℥. j. thuris. ℥. ʒ. olei nardi. ʒ. ij. colligantur omnes herbe in mēse maij: ⁊ in vno die aut in duobus si potest ab hora tertia vsq̄ ad meridiē conficiant᷑ sic herbas tritas dieb⁹ septē in optimo odorifero vino infunde octauo autē die coquant᷑ lēto igne: et cū vinū aliquantulū inceperit cōsummari addat᷑ supradictū oleū ⁊ bulliāt donec herbe incipiant dimitti. deinde studiose colentur ⁊ proiectis herbis iterū super ignē ponātur ⁊ cū bullire inceperit ponatur storax et cum modicum bulierit ponatur butirum ⁊ axungia cōtusa ⁊ oleū nardinū. id est de spica nardi. ⁊ mastix. ⁊ olibanū. ⁊ postea cetera: et cum cera liquefacta fuerit bene cū spatula semper agitando ab igne deponat᷑. ⁊ cum coagulatum fuerit in vase reponatur.

¶ Istud vnguentum marciatū d̄r a martiatone peritissimo medico a quo fuit inuentū: hoc apud multos apothecarios in vsu est. sed pauci sunt apothecarij qui ipsum faciant: immo emunt a mercatoribus Januensibus ⁊ hoc aduenit: quia ibi ingrediuntur multa simplicia que difficilia sunt inueniri. sed ego consideraui dicens. si in partibus ianue ac in alijs faciunt: nonne idē possumus componere nos? nam sine dubio idem nos possumus componere: ⁊ melius. quia ego fui in partibus ianue. ⁊ interrogaui apothecarios qui componūt predictum vnguentum qui in multis simplicib⁹ errāt. et ponunt in eo quid pro quo. i. vnam rem pro alia. sed ego taliter agam q̄ nos: et alij apothecarij facere poterim⁹. Gilibertus de anglia in ca. de cura artetice fm̄ magistros habet vnam aliā descriptionē que eadē est. eādem habet Leonardus de preda pales in ca. j. de contusione ⁊ attritione.

¶ Ruthe. s. ruthe domestice. hec satis nota est. Secundum circa instans: si quis est tot⁹ circūdatus rutha viridi secure potest accedere ad interficiendum basilicū. sed hoc credo quod apud ipsum nunquam fuit probatum nec apud me.

¶ Maiorana herba est satis nota. hec est quā Dia. sansucum vocat. Pli. amaracum. Diocles medic⁹ ⁊ siculagrus appellauere qd̄ egypt⁹ ⁊ siria sansucum. In hac sunt diuerse opiniones: nā Silib. loco eius habet armoniacum. Leo. non h̄z maioranā: nec armoniacum: ⁊ sic meo tempore vidi facere ipsum sine maiorana. ⁊ sine armoniaco: tamen fac vt tibi placet.

¶ Tamariscus apud Diasco. vocatur mirica. Pli. miricem in Italia nasci quā tamaricem vocant. certum est achaia. aut brion siluestrē insignē ⁊ q̄ eam satiuā tantum ferat cui gallie similis fruct⁹ in curia ⁊ egypto copiosus. Gale. in libro ad partenianū inquit. miricas fruticulum afferre mollē frāgibilē ⁊ veluti florē tantū egypto quidē similē galle. huius igitur succus i qua fuerit coctus pediculos occidit: ⁊ culices et pulices fugat. Hec apud nos iuxta aquas nascitur.

¶ Esortum fm̄ cōpositorē est flos saluie fm̄ vero Mattheum siluaticum est maiorana. quod non creditur. nā Leonardus loco eius habet flores saluie quod idē est.

¶ Balsamita idem habent alij: est mentha aquatica seu simbrium: in hac errauit translator Auicen. in secūdo canone in capitu. de nemen dicens quod nemen est sinsibrium: quod non est. nam nemen apud Serapionē est serpillum. Balsamita vero siue mētha aquatica est herba habens folia similia folijs menthe: sed maiora cum flore celesti. iuxta aquas nascitur. Multi autem ignorantes apothecarij credūt sed non recte quod balsamita sit quedā herba inuoluens circa muros quam nos vulgo balsaminam dicimus sed aliud est: suum vero nomen de balsamina in latino est dictum momordica.

¶ Lilifagus. i. saluia. vnde macer. Lilifagus grece. sed saluia dicta latine. Dias. elisfagus: aut lilifag⁹: aut fagnon. Plinius [illegible]chium que et saluia dicitur. alias tussilago duo eius sunt genera. siluestris vbicunq̄ nascitur subesseq̄ aquas [illegible]unt. ita altera a quibusdam saluia appellatur similis verbasco.

¶ Calamentum est herba satis nota. Isidorus mentha agrestis quam greci calamentum nostri vulgo: neptam vocauerunt est maioris virtutis et vehemens in calore.

¶ Brācha vrsina secundum Petrum de crescentijs calida est ⁊ humida in primo gradu virtutē habet [illegible]liendi. [illegible] modernos due sunt species: quarum vna habet folia magna sicut folia caulis: sed incisa sicut brācha. vrsi in medio eorum stipes. in cui⁹ capite sunt multi flores purpurei spinosi ⁊ cōclusi: hec vero nascitur in montibus in locis vmbrosis. Altera vero species habet folia similia folijs paritarie: [illegible] longiora: ⁊ in ipsis folijs oriuntur: flores conclusi: sicut prioris purpurei: et quando siccantur efficiuntur spinosi. hec apud nos iuxta hortos inuenitur: et ponitur hec si habere non poteris priorem.

¶ Arthanita scd̄m Aui. in scd̄o can̄. est buchormarien. tamen miror q̄ idē in. iij. can̄. in fen. xvj. c. de cōpositione solutiuorū ei⁹ qui h̄z colicā ex ventositate. aut materia flegmatica dicit᷑ quibus fiunt clisteria ponit ibi buchormariē ⁊ arthanitā ergo falsus est textus. ij. can̄. Rasis in. ix. Almā. in cap. de colica idē in ca. de polepsia in clisterijs idē h̄z. Aui. aūt in. ij. can̄. dicit arbor marie est buchormariē. ⁊ iā dictū est de ea. ⁊ est triū specierū: vna species ei⁹ sine fructu ⁊ due cū fructu: ego non intelligo quid velit Aui. per talia verba: nā arbor marie est rosmarinus ⁊ buchormarien scd̄m ipsū est arthanita qd̄ nō est possibile: error vero qui inuenitur in ipso apud me nunq̄ separabit᷑ hodie generaliter [illegible] et opinio q̄

Rasis in isto loco errauerit ponere buchormariem ⁊ arthanitā: sed nō recte, q: in hac inuenit differentia q̄ reperitur inter scedenegi sine h. ⁊ iter schedenegi cum h. similiter est differentia inter buthormariē scriptū cū litera t. ⁊ inter buchomariē scriptū cum c.

Spargula, scđm cōpositorem est rubea tinctorū minor: ⁊ sic hodie habet similis opinio. Dia. vocat rubeā et, inquit rubeā ꝗ̃ alij erithordanū. latini vero rubricā dicunt herba est omnibus nota eiꝰ spēs sunt due vna agrestis: alia que appellatur spartos ramulos siue tirsos habēs tenues: ⁊ quasi nodosa folia: per interualla distantia: atqꝫ per singulas enodationes veluti stellarū imaginē mētiētia, fructꝰ siue semē rotūdum est: ⁊ viride dehinc rubrū: aut circa maturitatē nigrū radicem habet tenuem ⁊ paruam: ⁊ rubicūdā ⁊c. hec est forma rubee tinctorū. si autem habere non poteris minorem ponas maiorē. minor vero non est illa herba quam nostri rustici rasparellam dicunt sed est aliud.

Herba venti. s. herba vēti maior. ⁊ est paritaria. eius spēs due sunt. s. maior ⁊ minor: maior vero est pitaria siue vitreola: siue alisinē vt apud Dias. siue herba vitri: et apud Aui. idem circa instans ait paritaria herba est que alio nomine dicitur vitriola: q: optime vasa mūdificat. hec apud nos in muris nascitur. ⁊ dicitur a vulgo veraxium. minor vero est consolida minor habens florē sicut artetica: sed sunt purpurea. ⁊ dicunt sapientes qđ vtraqꝫ in hoc vnguento debet poni.

Agrimonia herba est satis nota: apđ nos in pratis reperitur. Diasco. autē inquit. agrimonia herba omnibus nota: que feraria minor dicitur. nascitur in cāpis vel circa sepes: cuiꝰ radix greco nomine eupatoriū dicitur eo ꝙ diuretica sit valde apđ modernos eupatoriuꝫ est aliud. Gale. in lib. ad partenianum et de agrimonia et eupatorio in vno capit. loquitur: in fine vero [illegible]t. huius igitur radicem greci eupatorium dicunt.

Herba paralesis ſm cōpositorem est herba s[illegible]ti petri: siue vt alij primula veris. eius sunt species du[illegible]. s. maior ⁊ minor. maior vero est herba sancti petri que in hortis nascitur cum folijs viridibꝰ par[illegible] incisis. he[illegible]nota ē omnibus. minor est illa quam hodie general[illegible] herbā margaritam dicimus, cuius flos similis c[illegible]mo[m]ille huius in pratis plurimum est.

Herba scte̅ marie ſm eūdē est per[illegible]ria seu sanguis christi ſm vero Matth. siluati. est [illegible]rba ad albedinem tendens cū folijs rugosis: sicut herba q̄ đr flosinos. i. tassus barbatus: sed nō re[illegible]e dicit. q: si cōpositor dicit qđ est persicaria eius forma nō est vt dicit Matth. preterea Leonardus ait herbā sancte marie siue persicaria: et sic est ſm veritatē ⁊ eius forma est q̄ habet folia similia [illegible]is persici. intra q̄ sunt puncta nigra apud nos iuxta [illegible]s nascitur. inuenit alia species q̄ caret maculis sed [illegible] nō est tante virtutis: quidā vocant [illegible] zinziber caninū alij persicariā cum sigillo ſm Pe. de crescen. herba sancte marie est mēta romana vl' saracenica,: qđ falsum est. nā in isto vnguēto vtrūqꝫ ingredit.

Sambucꝰ est actis. Sera. in. c. de sambuco inquit ꝙ due sunt spēs quarū vn[illegible] i greco actis: ⁊ in latino saboca vult dicere sambucꝰ. scđa noiatur i greco chameactis: ⁊ est eiꝰ intētio terrena: vel infima actis. in latino đr abolas: vult dicere ebulꝰ: ⁊ est arbor ebuli. vñ versus. sambucꝰ est actis: sed ebulus est cameactis.

Herba grossule ſm cōpositorē est faba grossa cuius species sunt tres. s. crassula maior. i. faba grossa. minor vero est vermiculus media est cardus benedictus: sed lumen verius tenebra apothecariorū exponit ꝙ est vermicularis: sed falsum est. nā vera crassula est herba habens folia viridia ⁊ pinguia vt semperuiua cum flore tendenti ad albedinē. nascitur aūt apud nos iuxta fossos et est illa quā nostri rustici vulgo fabam dicunt: sed non recte. q: aliud est. sed debēt dicere fabam grossam. infra apparebit oleum frigidissimum viride ibi melius certificabo ꝙ crassula non est vermicularis: vt dicit lumen male lucens.

Semper[illegible] apđ Aui. vocat succutū ꝫ nō recte. q: succutū est corruptū ⁊ debet dici simphitū. ergo est consolida maior: sed ipse ignora[illegible] quid esset apud Dia. vocatur aizō. Macer ait. Di[illegible]us accidulam quā grecꝰ dixit aizon. Sic dici credūt sapor illi ꝙ sit aceti. inferius idem ait. Altera vero minor species est illiꝰ herbe. quā semperuiuam dicunt quoniam viret omni tēpore barba iouis vulgari more vocatur.

Camedreos est herba dicta apud nos calamandrina. Pli. camedris herba est que latine tri[illegible]aga dicit aliqui camacropem. alij teucriam appellauere.

Centūneruia ſm cōpositorē ⁊ c Siliber. est arnoglossa siue plantago maior hec apud Auicē. vocat lingua arietis ⁊ est herba quā nostri rustici bletā siluestrē vocāt. illud vero lumē fuscū loco centumneruie hꝫ centaureā: qđ non recte actū est. nam in isto vnguento ingreditur et centumneruia et centaurea.

Centaurea. s. minor. sed lumē male lucēs inq̄t cētaurea. s. maior: sed non recte: nā vide ꝙ Mes. in. c. de cētaurea ait ꝙ eius spēs sunt due. s. maior ⁊ minor. minor vero est melior in omni re. Isido. centaureā greci vocant que a chirone cētauro fertur repta: eadem ⁊ limnosios quia in locis humectis nascitur eadem et fel terre propter amaritudinem dicta est.

Fragula est herba gerēs fraga. Vñ. Oui. metha. Mōtana que fraga legebant. ⁊ Virg. qui legitis flores ⁊ humi nascentia fraga. Apud nos omnes hec nascit iuxta fossos: cuius fructus comeduntur in suo tempore.

Quinqꝫ foliū. i. pentafilon. Aui. in. ij. cañ. duo capitula facit vnū de pentafilon. aliud de quinqꝫ folio: qđ idē est. dicit autem pentafilon a numero foliorū: q: per singulas anodationes habet quinqꝫ folia. Aui. in. c. de lacticinio ponit pentafilonē inter spēs eorū.

Tetrait seu herba tetrait: vt dicit Leonar. scđm Siliber. est herba iudaica. Idē ait cōpositor: sed multi hodierni apothecarij: credūt ꝙ dicat torathit: ꝫ nō recte quia torathit est fungus nascens in radice rose canine siue barbe hircine: ex q̄ fit ipoq̄stidos ⁊ hoc multi ponūt q̄ errāt. nā aliđ est tetrait. aliđ ē torathit. Si vero cōpositor vult ꝙ tetrait sit herba iudaica. ergo est herbū nam Aui. in secundo cano. inquit herba iudaica. i. herbum et herbum apud Diasco. est orobū. cuiꝰ aliud est pallidū: aliud subruffum ⁊ aliud albū. Circa instans dicit tetrait est herba iudaica: ⁊ sic est ſm veritatē ꝙ tetrait est herba iudaica siue herbū siue orobū: ergo est herbilia aut illa herba quā rustici elmocho vulgo dicunt.

Euiscus. i. maluauiscus seu altea. Aui. in. ij. cañ. ait. altee nomen in greco deriuatum est ex nomine plurium iuuamentorum.

Mētha saracenica. i. menta romana seu nigra. Mā eius planta est nigra ad similitudinē saracenorū cuius folia maiora sunt quam menthe hortulane: hec apud nos iuxta aquas inuenitur Petrus de crescētijs in ca. de mentha ait. mēthe tres sunt species est eīn quedā domestica que proprie hortulana đr. ⁊ est alia siluestris q̄ mēthastrū đr ⁊ est mētha q̄ longiora latiora ⁊ acutiora hꝫ folia: ⁊ hec est mētha r[illegible]ana: vel saracenica: ⁊ vulgariter herba sancte marie vocatur qđ falsum est. nam supra in isto vnguento posita fuit herba sancte marie, ergo n[illegible]est mētha saracenica: vt inquit ipse. Hic Nicolaus dicit ⁊ alie mēthe. idē dicūt alij vt Silib. ⁊ Leonardus ⁊ significat alias spēs mēthe quas ipse nominauit: nā spēs mēthe sunt q̄nqꝫ de quibꝰ tres noiauit supra ⁊ alias duas non noiauit: sed illas quas intelligere debemus per alias menthas est mētha communis seu hortulana: ⁊ mentastrum ⁊ sic meo tempore vidi i hoc ponere quinqꝫ spēs methe q̄ sunt mentha hortulana siue communis: vel odorifera: ⁊ siluatica: ⁊ est menthastrum. ⁊ est alia q̄ đr saracenica siue romana ⁊ est alia que dicitur aquatica siue balsamita. ⁊ est alia que dicit mentha nō odorifera: ⁊ hoc est calamētū: ⁊ sic oēs iste quinqꝫ debēt poni in isto vnguēto: sed lumē de q̄ supra inq̄t ꝙ per alias mēthas nō intelligit nisi mētha domestica: sed nō recte: vt est notū apud oēs sapientes.

¶ Politricum herba est mi[illegible]ta: cuius stipes vergit ad nigredinem. in puteis han[illegible] vidi ⁊ in muris ac in locis humidis. ⁊ hoc est satis notum.

¶ Lapatiolum siue lapatioli sm cōpositorem ac Sili. est lapatiū acutū. ergo est acetosa qua generaliter vtūtur: ⁊ sic est q illa acetosa qua vtūtur. est acutior oībus lapatiorū speciebꝰ. Macer ait. Herba solet lapaci vulgo paritella vocari. illius species dicunt q̄tuor esse. idē ait Diasco. in c. de lapacio. Circa instans inquit lapatiorum triplex est maneries: scilicet lapatium rotundū acutum ⁊ domesticū lapacium folia habēs acuta efficatius est lapatio rotundo: minus efficax est lapatium domesticum: quod folia habet aliquātulum lata ⁊ magna vsui medicine competunt.

¶ Cardūcellus sm Silibertū est cardꝰ benedictus idez dicit cōpositor. ergo est quē Pli. erigerō siue senectiō vocat de qua Isido. erigo nō a grecis dr: q vere primo senescat. vnde et eā latini herbā senectionē vocāt nō intelligitur de senatione qd dicitur cressonū sed de alia herba de qua Macer ait. Erigeron greci senectio nosq3 vocamus. Quod canis similis videatur flore capillis. Nascitur in muris: et in hortis: ⁊ tagulatis. hec apud Diasco. vocat sedum. ⁊ apud Gal. in libro ad Partenianuz vocat sudeo: quā alij senition vocāt. hec vero est herba q̄ in nūero cardonū est apud nos in hortis ac in muris inuenit: quā lombardi herbā turchā vulgariter dicūt.

¶ Matrisilus sm cōpositorē est oculus lucidus seu capusoliū: ⁊ de hac apud quosdā fit liciū: s3 illud liciū est debile. Hec herba apud nos iuxta hortos inuenit: cuiꝰ folia sunt ab vno latere subalbida: ⁊ ab altero viridia: se adherentes et inuoluentes sepius super alios plantas: vt est notum. Et est quam Diasc. periclimenon vocat: et nostri cesoli vulgariter dicunt.

¶ Maturella sm cōpositorē est potētilla seu amantilla ergo est valeriana seu fu. Matt. silua. dicit martorella. id est valeriana vel fu. vel herba gatte: sed herba gatte apud nos etiā h3 aliā significationē: nā significat nepitē seu calamētū mōtanū valeriana apud theutonicos dr thamara. hec herba oībus nota est. Circa instās ait fu intelligit radix i medicina. Lumē male lucēs nō posuit in sua descri. maturellā. forsan ignorauit quid esset.

¶ Herba muscata. s. herba muscata maior. Leonard. loco eius habet herbā gariofilatā. s3 nō recte. Silibert. habet herbā muscatā sm cōpositorē est maior ⁊ minor. maior aūt facit actus ⁊ nō redolet: minor nō facit actꝰ ⁊ redolet: quid autem sit cōmuniter ignoratur: nō enim est iua muscata: vt quidā dicunt: nec eius forma est vt dicit lumē male lucens. veritas aūt est q herba muscata maior est herba dicta fecabriō q̄ folia habet silia petroselino aliqualiter pilosa florē habet paruū tendentē ad rubedinē: ⁊ qn flos decidit facit quandā rem ad similitudinē acus acutam: vel ad similitudinem rostri ciconie: hec suo tēpore dum est recēs comeditur: in vijs ac pratis inuenitur: hāc vulgares rostrum ciconie vocāt. et hanc meo tēpore vidi ponere in hoc vnguēto.

¶ Aleluia idē dicit Leonar. Siliber. dicit aleluia ē species trifolij: ⁊ ē herba acetosi [illegible] poris: ergo est panis cuculi. vnde meo tempore vidi multos in hac errare. reperitur aūt super arborē vlmi: quedā res similis vesice et hec apud malignos herbaticos panis cuculi vocatur sed non recte: q: panis cuculi est aleluia: ⁊ est herba q̄ saporem habet acetosum habens tria folia sicut trifolium: sed sunt parua ⁊ tripliciter diuisa ⁊ in cacumine cuiuslibet partis est incisa semina ipsius sunt in vaginis similibus cornibus q̄ cū tangūtur tēpore maturationis euolāt ab eis semina sicut hādacoche. i. trifolij. tendentia ad rubedinem hec raro in pratis inuenitur.

¶ Lingua ceruina sm modernos est scolopēdria qua gnaliter vtuntur: vide de ipsa in sirupo de scolopēdria.

¶ Crispula idem habet Leonard. Siliber. dicit crispula. id est oculus bouis: sm autem compositorem est herba canceri: quid autem sit generaliter ignoratur: s3 quia Siliber. dicit q crispula est oculus bouis. ergo est quedam herba quo apud Diasco. vocatur butalmos: cuius folia sunt similia folijs maratri. id est. feniculi: flores habet nigros: hic textus Diasco. est corruptus: debet enim dicere q habet flores citrinos plus flore camomille: vt dicit Sera. ex verbo Diasco. in capi. de cotula que idem est. Aui. in .ij. cano. ait. bichar ⁊ est illa que vocat cheusem. s. oculus vacce rosa eius est citrini coloris rubea in medio grossior rosa camomille: ⁊ sic est vide ergo crispula est oculus bouis seu butalmos sine cotula. ⁊ hec apud nos in ciuitatibus ⁊ in vijs nascitur. Rasis in lib. aphorismorū in lib. iiij. de dictis medicinis ⁊ cibarijs inquit lādion. i. oculus bouis seu oculus vacce quod idem est hanc nostri rustici cotulam dicunt.

¶ Cāphorata sm cōpositorez est abrotanum siluestre: lumen male lucēs loco eius posuit cāphorā: s3 non recte factū est. nā Sil. ac Leo. posuerūt cāphoratā. i. abrotanū siluestre cuiꝰ folia folijs camomille assimilantur. loco eius vidi ponere abrotanum vsuale.

¶ Medulla ceruina seu serui. Sera. in. c. de medulla ossium inquit. ⁊ illa que est melior per experientiam est medulla ossis cerui: ⁊ post illā medulla vituli. Idē dicit Aui. in. c. de medullis. in. ij. cañ. Dia. ait. medulla oīs recens sine sale mollitiue atq3 mirifice virtutis est. inueterata sine sale sumpta recorporatiua efficitur laxando. verum de oībꝰ medullis melior est ceruina: scdo vitulina.

¶ Adeps vrsi sm Serapi. facit oriri pilos, in alopitia: et est conueniens scissuris que fiunt a frigore ⁊ apostematibus sangui[illegible]s. Aui. ait. adeps vrsi ⁊ adeps anseris conferūt alopitie. Adeps galline nota est. Dia. in. c. de axungia inquit. axungia omnis vtilis est matrici: maxime recens anserina vel gallinacea: sine sale condita: nam salita contraria est matrici.

Vnguentū aragon ibidē. ℞. roris marini maior[illegible]ne. radicis: iari: serpilli: ruthe: radicis fi[illegible]lis añ. ℥. iiij. ʒ. fol. lauri saluie: sauine añ. ℥. iij. policarie maioris. policarie minoris añ. ℥. iiij. brionie. ℥. iij. laureole. ℥. ix. nepite [illegible]i. folia ficidis. ℥. vj. mastic3 olibani. añ. ʒ. vij. piretri enforbij zinziberis: piperis ana. ℥. j. o[illegible] muscellini. ℥. ʒ. petrolei. ℥. j. adipis vrsi olei [illegible]rini añ. ℥. iij. herbe ⁊ radices colligātur ⁊ in maio sicut dictū est: nam in mense iunij non sunt apti nisi primus vel secundus dies: deinde fortiter tunse: in mortario ponantur in oleo per septem dies: septimo vero die super igne ponantur [illegible] nec co[illegible]antur bene postea super saccum colentur: ⁊ tunc super ignem ponātur: et cum inceperint bullire addant butiri. ℥. iiij. olei cōmunis lib. v. cere. lib. [illegible] iij. ⁊ cera liquefacta ponatur petroleū ⁊ muscellinū: ad vltimū mastix: ⁊ olibanū zizibe: pip: ⁊ piretrū: tunc ab igne deponantur et recondantur.

¶ Istud vnguentū est in vsu aragon. id est adiutoriū. Silibertꝰ de anglia in cap. de dolore renū habet idemmet. Leonardus de preda palea in cap. de cura. casus ⁊ ofensionis ponit vnguentum aliud magistrale mirabile: qd vocat aragō: ⁊ est idē nisi q ipe nō ponit policariā maiorē nec minorem in reliquis idē sunt. vnde meo tempore multos in hac vidi errare: et hoc est in policaria. de qua infra.

¶ Radicū iari siue iarus est dragōtea minor: ⁊ est quā Diasco. vocat aaron. Petrus de cres. inquit iarus. alio nomine dr barba aaron vel pes vituli. qd idē est. Gal. in vj. simplicium ait lus. i. iarus aaron.

¶ Radicum ficcidis. i. radicū cucumeris anini cuius

succus elacterium dr̄. Leonar. ibi dicit. radicū sicidis .i.
cucumeris asinini.

¶ Policaria maior apud grecos conisca vocatur: sed
apud Diasc. coniza cuius alia maior atq odoris gra-
uioris. alia minor ⁊ odoris iocūdi inter has alia est me
dia grauioribus odorib⁹ quorum prima appellata est
etiā coniza lata siue vanitatis: vel vt latini armentalis.
Itē scd̄a vocat̄ libanotis siue vt latini pix marina: vl' si
riscap. media appellat̄ ēt coniza cephaleos: siue vt lati
ni tim⁹ minor. maior ⁊ mīor coniza. folia oliue sil'ia hn̄t
ʒ aspsa ⁊ pinguia: minoris vo folia odorata sūt: maior;
vero grauis odoris. que etiam in frutice maior est. Dia
sco. ponit quod species conize sunt tres. sed ꝑli. nō po-
nit nisi duas. quid aūt sit cōmuniter ignorat̄. s̄m inten-
tionem luminis apothecariorū est elleborus: qd̄ falsuz
est. nā generaliter apud peritos tenetur quod coniza sit
policaria: vt inuenitur in septimo simpliciū apud Gal.
⁊ si coniza est policaria ⁊ s̄m intētionē Diasc. sunt tres
spēs. s. maior minor: ⁊ media. Ipe aūt Dia. dr̄ qd̄ media
cephaleos siue timus minor ⁊ tim⁹ maior: apud moder
nos est saturegia: ergo ꝑ policariā minorē itelligit̄ satu
regia: ⁊ ꝑ policariā maiorē itelligit̄ coniza maior seu ti
m⁹ maior. i. vsulis. ⁊ sic si bene cōsideret̄ videbis ꝙ poli
caria maior est tim⁹: ⁊ policaria minor ē saturegia.

¶ Policaria minor s̄m intentionē Diasc. est sicut maior
in folijs sed est odoris grauioris: ⁊ [illegible] est ꝙ policaria
minor. i. saturegia seu timbra habet maiorem odorem
quā maior. in folijs idē sunt: ⁊ ī veritate sunt quasi idē.
in partibus rome vn⁹ grecus dixit mihi quod polica-
ria minor apud ipos vocatur coniza seu timbra: ⁊ fecit
versiculos sic dicēs. Timbra solet grece saturegia dicta
latine. Tibra solet grece policaria dicta minor. Timus
dictus hasce nos policariā maiorē noiamus. [illegible] sic meo
tempore pro policaria maiori timum vidi ponere ⁊ pro
policaria minori saturegiam.

¶ Laureola apud Dias. vocatur dafnoides. Serap. ve
ro inter spēs lauri laureolā describit: ⁊ est quā dicit esse
gar. est spēs alia que dicit̄ daphnides: ⁊ ē arbor parua
cui⁹ altitudo est vni⁹ brachij. hʒ virgas [illegible] subti-
les a medietate: supra quibus superius sunt folia. ⁊ vir
ge ei⁹ nō facile frāgibiles. ⁊ sup ea est [illegible] tex fortiter ad-
herēs ligno ⁊ folia ei⁹ sunt sil'ia folijs lauri: nisi q: sunt
molliora ⁊ tenaciora: ⁊ ad frāgendū difficiliora mordi-
cantia ⁊ pungentia linguā. ⁊ linguā ⁊ gulā exasperan
tia: ⁊ habet flores albos: ⁊ grana qn̄ sunt matura fiunt
nigra. ⁊ habet radicē nullius valoris i medicina. nasci
tur in locis mōtuosis. Io. angli. in ca. de paralesi dicit.
semen laureole. ⁊ vocat cocognidiū: qd̄ nō est credēdū.

¶ Nepita scd̄m compositorem est calamentū montanū
[illegible] dubio est cōsonum ꝙ nepita sit calamentum. et est
[illegible] a que a lombardis gataria seu neui[illegible] dicitur.

Vnguētū dialtea ibidem. ℞. radicū euisci
lib. ij. seminis lini: fenugreci. ana. libram. j.
squille. ℥. vj. olei lib. j. terbentine: gūmi hede
re, galbani. an̄. ℥. ij. colofonie. i. picis grece re
sine. ana. ℥. vj. nota vero quod si ita ponatur
radix. scilicet actis. i. sambuci aut ciclamis
vʒ ad consolidationē vulnerum. omnes ra-
dices bene abluātur ⁊ terant̄: postea totum
in lib. vij. aque ꝑ tres dies ponātur ⁊ bulliāt
donec incipiant inspissari paulatim ponan
tur in sacco: cumq exprimere volueris ad-
de aliꝗtulum aque feruētissime ab exactio-
ne illius succi: de succo istorum accipe libr.
ij. et. mitte in lib. iiij. olei ⁊ bulliat vsq ad cō
sumptionem succi. postea addatur cera ⁊ cū
liquefacta fuerit addantur terebentina gal
banum. ⁊ gummi hedere: ad vltimum pona
tur puluis resine colofonie et coctum ab-
igne deponatur.

¶ Istud vnguētū est multū in vsu. dialtea aūt a radice
euisci dicitur malasticū. i. mollificatiuū. leonar. de ꝑda
palea in. c. de cura casus ⁊ offensionis inquit. vnguētū
malasticū dictum dialtea a radice illa euisci: ⁊ est idez.

¶ Euiscus s̄m cōpositorē est altea seu malua agrestis
Isid. inquit altea est malua agrestis siue malua uiscus.
sed altea ꝙ in altū surgat ⁊ euiscus. q: glutinosa est di-
cit̄. gal. in. vij. simplciū ait. malua siluestris. i. altea. Leo
nardus de preda palea in ca. de medicinis facientibus
nasci carnē in speciali inquit. ℞. radicum herbe que vo
catur falcumē aliter vocatur herba vngarica ⁊ assimi-
latur maluauisco. ⁊ in folijs ⁊ in radice. scd̄ʒ vero cōpo
sitorem vnguarica est malua agrestis seu bis malua.

Vnguentum citrinū quod fit in pomo citri
no ibidē. ℞. boracis. ʒ. ij. cāphore. ʒ. j. cora-
li albi. ℥. ß. amenti dulcis. ℥. j. vmblici mari-
ni. dragaganti albi. amidi christali anthali.
denthali. olibani albi. nitri. an̄. ʒ. iij. marmo
ris albi. ʒ. ij. gerse serpentarie. ʒ. j. ceruse com
munis. ℥. vj. hoc modo fit tere dragagantū
album et vmblicos marinos in mortario
marmoreo pistello ferreo. insimul cetera si-
gillatim in eodē mortario terantur et cum
panno subtilissimo cribellētur ⁊ cū axungie
nouelle porcine albissime lib. j. ß. sepi capri
ni vel pecorini. ʒ. j. ß. axungie gallinacie. ℥. j.
confice sic. Calderiū plenū aqua sup ignem
bulliat. ⁊ cacabus cum axungijs in caldario
pēdeat in ipsa aqua vt de calore ipsius axun
gie liquefiant ⁊ liq̄facte per subtilem pannū
colentur in catinū ⁊ mox totus puluis appo
natur preter cāphoram ⁊ boracē cum spatu
la semp agitando ⁊ oīm bona fiat īcorpora
tio: hoc facto in vino citro hoc est in vno po
mo citrino cauato vl' duob⁹ ponātur cū spa
tula semp agitādo: ⁊ cū inceperit bullire ite
rū in caldario ponātur ⁊ cū spātula semper
agitādo pulueres cāphore ⁊ boracis appo-
nātur: ⁊ donec incipiat frigescere agitentur:
et cum infrigidatum fuerit recondantur. et
nota quod pro lib. vna pulueris libras octo
axungie ponere debemus.

¶ Istud vnguētū est in vsu. dr̄ aūt citrinū q: coquit̄ in
pomo quod citrū dr̄ ⁊ nō cedrus: nō aūt dr̄ citrinū a co
lore vt quidā crediderūt: nā ei⁹ color est alb⁹. Guil. lom-
bar. in suo antidotario habet vnam aliā descriptionem
que idē est. Leonar. de preda palea in capit. de eradica
tione vestigiorum eandem ponit.

¶ Inuenitur aliud vnguentū noiatum citrinū a colo-
re vnde qn̄ medicus simpliciter ordinat vnguētū citri-
num de illo intelligitur: sʒ quando dr̄ vnguētum citri-
num coctum in pomo citrino: de isto intelligitur.

¶ Borax. i. capistrum auri. Serap. in capitu. de borax
inquit micar. id est borax ⁊ est ex spēbus saliū: ⁊ in sapo
re suo reperitur de sapore baurach ⁊ hʒ cum eo parum
amaritudinis: ⁊ est minerale: ⁊ artificiale: ⁊ minera ei⁹
est in ripis maris. Idem Serap. ex auctoritate rasis ait.

quod radix eius est vrina infantium: ⁊ intelligo eius qđ est artificiale: ⁊ est glutẽ auri. hec apud Dias. vocat. crisocolla: que in principio hꝫ colorẽ viridẽ valde. melior est armena. secundo maced[illegible]iaca ⁊ cipria. eligẽda vero est mũda sine lapide ⁊ sine terra. Aui. in .ij. can. duo facit ca. vnũ de eo quo aurũ adheret: aliud de tincar: ⁊ est capistrũ auri. eo qđ cũ ipso aurifabri aurũ: ac alia metalla ɔsolidãt. fm autẽ circa instãs borax est gummi cuiusdã arboris q̃ in partibꝰ trãsmarinis nascit ⁊ in estate effluit: hoc est satis notum.

¶ Amentũ dulce fm cõpositorẽ est gipsum coctũ: quidã crediderunt qđ esset quidã lapis albus qui de vitro cocto fit: sed ignoro sed si cõpositor vult qđ sit gipsuꝫ coctũ. ergo idẽ debet poni et sic meo tempore vidi gipsum coctum ponere. ⁊ modus coctionis eius est quod ponatur gipsum super ignem ⁊ ibi dimittatur tantuꝫ ꝙ in colore efficiatur album sicut fit de alumine roche.

¶ Umblici marini .i. bellerici marini eorum forma est quasi sicut forma vmbilici hois ⁊ sunt lapides parui et albi ⁊ inueniunt in ripis marinis coherẽtes sicut dẽtales deferuntur a venetis ad nos ⁊ sunt noti.

¶ Christallꝰ .i. lapis christallus est de gñe berilli. ipe em̃ reperit in fluuijs. hoc notũ est. eius puluis lac mulieribus prebet fm Sera. christallus est de genere vitri.

¶ Anthali sunt ossa facta sicut dentali, vtcũqꝫ maioris: sed nõ hñt superficiẽ leuẽ sicut dentali. sed virgulã ⁊ totã albã. oriunt sicut illi et candẽ habent virtutẽ in partibus marinis inueniuntur.

¶ Dentali sunt ossa satis alba. ⁊ sunt sicut canini dẽtes ſꝫ lõgiores ⁊ intus perforati ⁊ inanes .i. vacui: oriunt in cauernis lapidum existentium in profundo maris: et sunt noti.

¶ Marmor albũ inter gña marmorea lapis alabastrũ est positum. ⁊ hec est opinio cõpositoris. Item vide apđ Joannẽ angli in ca. de lepra. ait em̃ sic. ⁊ aliquando aliqui addunt de lapide alabastri: qđ idem est cum marmore albo: hic vero lapis nascitur in alabastria egypti ⁊ damasco. Isido. in cap. de marmoribꝰ ait. Post lapidũ genera veniemus ad marmora. Nã inter lapides ⁊ marmora differentia est. Nã marmora dicuntur eximij lapides qui masculis in coloribus cõmendantur. marmor sermo grecus est a viriditate vocatus. marmorum colores et genera innumerabilia sunt. idem ibidẽ ait. alabastrides lapis candidus intertinctus varijs coloribus: ex quo euãgelici illius vnguenti vasculum fuit: cauant em̃ ad vasa vnguẽtaria: qm̃ optime seruare incorrupta. dicit naci circa thebas egypticas ⁊ damascũ sirie ceteris candidior probatissimus vero in india ⁊c.

¶ Istud emplastrum est in vsu: sed non tantũ vt predictum: quod dicitur esse ex descriptione Alexandri. dicitur emplastrũ diafinicõ. i. de dactilis: species aũt dactilorũ sm modernorũ opinionẽ due sunt. s. domestici ꝛ siluestres. domestici autẽ sunt fructus ex palmis domesticis. ꝛ isti sunt noti. siluestres vero sunt dactili dicti acetosi. ꝛ isti sunt tamarindi vt allegat dominus Mesue in cap. de tamarindis. eius arbor a multis alcori vocatur. vnde Joan. Serapi. in cap. de debilitate epatis inquit. oleum de calcala. id est oleum de floribus dactilorum.

Emplastrũ filij zacharie.

℞. cere cittrini. ℥. iij. medulle cruris vacce: adipis galline mucillaginis seminis lini añ. ℥. iij. olei de lino quantũ sufficit. si aũt fortius facere volueris adde mucillaginis altee: ꝛ mucillaginis fenugreci partes cõuenientes: ꝛ pro oleo de lino ponat oleũ de cheiri citrina. i. de viola citrina [...] vtrunqȝ ꝛ si adhuc fortiꝰ facere volueris adde isopi humide ꝛ glutinis danaham quantũ de vna mucillaginũ ꝛ miraberis effectum ad ea que diximus.

¶ Istud emplastrũ apud medicos papiẽses nõ est multũ in vsu immo est in vsu apud medicos Mediolanenses: qz in ipso inuenitur virtꝰ mirabilis: nã lenit duritiẽ nodositatũ iuncturarũ et multa alia operatur.

¶ Gluten autem danahani vel zanach. de ipso vide in emplastro diaquilon supra.

Emplastrũ de allijs descriptiõe Alexãdri.

℞. spicarum allij mũdatarũ. ℥. iiij. ʒ. storacis

aloes boni.bdellij.an.℥.iij.terbētine.℥.iiij.
axūgie porcine recētis [illegible] dipis anseris an.℥.
v.masticis olibani an.℥.j.ß.euforbij.℥.j.cro
ci.℥.ß.cere citrine.℥.iij.olei nardi.i.de spica
nardi et vini odoriferi ana quātum sufficit.

¶ Istud emplastrū non est in vsu. Alliū autē dicitur q̄
oleat.maxime alliū de[illegible]esticū ⁊ est aliud qd̄ intelligit
quādo simpliciter ponitur:⁊ est aliud alliū qd̄ agreste
vocatur.⁊ istud appellatur scordeon seu tyriaca rustico
rum.Sera.in cap.de allio:ex autoritate Dia.inquit al=
lium aliud est domesticū ⁊ aliud agreste.et est quoddā
ex eo qd̄ inuenitur in babylonia qd̄ non est diuisum in
dentibus ⁊c.columella in lib.de cultu hortoꝝ inquit al
lia que in fractis spissis ⁊ ollentia ⁊c.

Emplastrū relatū ad aristarcū.℞.cere citri
ne.℥.j.terebentine.℥.vj.axungie porcine re
centis adipis anseris:medulle cruris vacce.
an.℥.iiij.bdellij.mirre.olibani.storacis.op
poponacis.aloes.masticis an.℥.j.ß.armo
niaci.℥.iij.colofonie.i.picis grece.℥.vij.alu
minis.s.aluminis qd̄ a vulgo de pluma vo
catur.℥.j.spice.ʒ.vj.folij id est malabastri.po
ne macē loco eius calami aromatici:eufor
bij.granoꝝ lauri an.ʒ.vij.olei balsami lib.j.
olei nardini:⁊ vini odoriferi qd̄ sufficit.con
fice sicut sepe narrauimus ⁊ vtere.

¶ Istud emplastrū apud medicos papiēses nō est mul
tum vsuale:sed apud medicos mediolanenses magis.

Emplastrū de melliloto.℞.melliloti.℥.vj.
florū camomille fenugreci granoꝝ lauri.ra
dicū altee ⁊ absinthij.an.ʒ.iij.seminis apij.
cordumeni ireos ciperi ameos anisi.id est se
minis feniculi romāi.spice cassie an.j.ʒ.ß.san
suci.ʒ.iij.armoniaci.ʒ.x.storacis:bdelij an.ʒ.
v.terbentine.℥.j.ß.ficuum pinguium nume
ro.xij.sepi caprini:resine ana.℥.ij.ß.cere.℥.
vj.olei sansuci et olei de spica.q.s.aqua de
coctionis fenugreci ⁊ camomille ⁊ melliloti.
q.s.ad infundendū infusione diligēti miscea
tur ⁊ cōficiantur et epithimetur cum eo.

¶ Istud emplastrū est in vsu apud omnes:maxime fm̄
istā descriptionē:qr inuenitur in ipso mirabile iuuamē
tum ad omnē duritiē que est in stomacho ⁊ multa alia.
Bar.montagnana in suis [illegible]iliis in consilio de indige=
stione habet hanc descriptionē:sed non est olno similis
nec vsualis.Jo.cōcoregius in ca.de spasmo [illegible]hano ⁊
cuzez:ponit emplastrū etiā molitiuū cōpotens ⁊ est em
plastrū de melliloto ponitur a Mes.in suo antidotario.
et sic ista descriptio Mes.est nobilior aliis.mellilotū autē
est nomen cōpositū a meli ⁊ lothos qd̄ est trifoliū:vnde
mellilotū inter species trifolij enumeratur.quidā sertu=
lam campanā vocant:eo qd̄ certo antiqui coronabant.
et propter id vocatur etiā corona regia.Sera.in cap.de
melliloton ex autoritate Isaac ebē amarā inquit.echi=
le melich est herba que habet folia rotūda viridia et ra=
muli eius sunt subtiles multū ⁊ folia rara ⁊ fructus ha
bens vaginas subtiles rotundas sicut virge puerorum
paruulorum:⁊ sunt in eis grana pauca glauci coloris
rotunda maiora granis sinapis:⁊ quod de ipsa admini
stratur sunt ille vagine cuz eo quod est in eis ex granis:
miror q̄ hodierni generaliter ista herba non vtūtur nisi

floribus ⁊ nō seminibus vt vult Isaac:⁊ Auerrois in.v.
colliget ait.alchesllac melcc.i.mellilotū vel corona re=
gia.circa instans ait.mellilotū herba est cuius semē si=
mili nomine appellatur corona regia semina cum ipsis
cornibus colligūtur per quatuor annos seruatur.semē
cū cortice in medicinis ponitur ob qd̄ miror vt dictum
fuit:quia apothecarij id non faciunt:hec autem herba
apud nos in ciuitatibus inuenitur cum flore croceo bo
ni odoris vt est notum.Cordumeni.i.carui agreste.⁊ a=
lio nomine a romanis charda vocatur.apud nos chei=
sim campestre dicitur.

¶ Sansucus fm̄ Diasc.a siculis amaracus nominat:
herba est ramosa multas virgas super terram spansas
habens cum foliis paruis ⁊ rotundis non dissimilibus
nepte.i.calamento.⁊ hec est herba que a nobis maiora=
na vocatur que nota est.

Mixtura ad vulnera sananda.℞.gariofila
te radicum arthemisie pimpinelle camomil
le pentafilonis violarum herbe venti caulis
rub.canapis renate omniū ana.M.j.rubee
quantū de oībus:hec oīa buliāt in vino vsqz
ad medietatem,postea cola ⁊ colature adde
tertiam partem mellis ⁊ cum eo bulliat dein
de cola ⁊ vsui reserua.

¶ Gariofilata herba est similis agrimonie cuius radix
odorē gariofiloꝝ refert:hec apud nos iuxta fossos inue
nitur:⁊ a multis sanamūda vocat.⁊ apud herbaticos
dicitur pes leporinus:quod falsum est.

¶ Herba venti.s.herba venti maior que paritaria voca
tur:mi[illegible] aūt vocat cōsolida minor vt dictū fuit supra
in vnguento martiatō.paritaria aūt apud Aui.in.ij.ca
non.vocatur herba vitri.sed apud dia.vocatur alsinem
aut p[illegible]themō qd̄ falsum est:qr parthemō apud ipsum
est he[illegible] que a modernis vehuē vocatur ⁊ apud sera.
matri[illegible]ria.⁊ sic si legis ca.de parthemon apud dia.cū
ca.de m[illegible]caria apud sera.videbis q̄ idē est:ergo par=
themō n[illegible]aritaria:hec paritaria apud nos nascit
in tectis ⁊ vo[illegible]eam rustici veraghium.

¶ Caules rube[illegible]ut caules sic nominati:quia eorum
color rubeus est [illegible]tis inueniuntur:quorum folia et
stipites rubrum habent colorem.

¶ Canapis renata.i.siluestris [illegible] quosdā.iste tex.est cor
ruptus qr dz dicere canapis [illegible]estris aut summitates
canapis.dinus aūt flo.in suo antidotario habet eandē
mixturam ⁊ loco eius habet summitates canapis.

¶ Rubea scilicet rubea tinctorū de qua diximus supra.

Emplastrū apl'icuz fm̄ Mico.in suo antid[illegible]
taric[illegible]itargirij.℥.vj.cere rubee:co[illegible]o
nie.i.picis gre.ana.℥.ij.propolei visci quer
cini an.℥.j.armoniaci lapidis calaminaris
an.ʒ.vj.masticis oliba[illegible] mumie an.℥.j.tere
bētine.galbani.bdelij.mirre.calcecucame
non:sarcocole lepidos calcis.diptami.ari
stologie longe prassij viridis oppoponacis
an.ʒ.iij.cōficit sic galbanū armoniacū ⁊ op
poponacū aliquātulū cōtusa ponātur in vi
no nocte ita vt bene cooperiant ⁊ mane bul
liant donec liquefiāt.per catiā colent ⁊ iterū
bulliant ad consumptionē vini:deinde litar
giriū in subtilissimū puluerē redactū cū suffi
ciēti oleo in caldario distemperetur:⁊ super
ignem mittatur:⁊ cū spatula agitando tam
diu bulliat donec superposit[illegible] lapidi in

modū cere inspissetur: ⁊ statim addatur cera: qua liquefacta addatur colofonia postea addatur mastix olibanū ⁊ mirra: ⁊ facto interuallo ponat̃ bdelliū: et viscus quercinus. liquefacto visco ponat̃ terebētina: ea liquefacta ponatur caldariū in terra: ⁊ tūc gūme in ipso caldario paulatim ponant̃ iterū sup ignē ponant̃: ⁊ cū spatula agitādo aliquātulū dimittat̃ bullire: postea addet̃ sarcocola. deinde lapis calaminaris fctō iteruallo ponat̃ flos eris ⁊ lepidos calcis post hec calcucecamenō sp cū spatula agitādo donec aliquātulū rubere incepit ad vltimū diptamū ⁊ aristologia rotūda: deinde infundantur in aqua frigida ⁊ ab aqua abstractum manibꝰ exprimendo ⁊ malaxādo ita tractetur: vt tota aq̄ inde exeat: ⁊ inunctis manibꝰ oleo laurino magdaleōes iformen̄t: ⁊ vsui reseruen̄t.

¶ Emplastrum dicitur dura cōfectio. apostolicon. i. supra positum vel supra missum interpretat̃. Gilibertus de anglia in cap. de vulneribus in partibus interioribꝰ hꝫ vnam aliam descriptionē que eadem est: hoc emplastrū multum est in vsu.

¶ Propoleum vel ꝓpoleos fm cōpositorem est fauus siue cera. Gil. ibidē dicit ꝙ propoleos est cera [illegible]: sed hoc nō approbatur a sapiētibus: nam ꝓpoleos est sordicies aluearioꝝ apum que vocatur mum qđ p[illegible]et per Dias. qui de cera ꝓpolei singulare facit cap. ⁊ in[illegible]uit qđ vtilis est ruffa: ⁊ adorata sicut storax: ⁊ mollis [illegible] valde quā manibus si volueris duces vt storacē. he[illegible]idetur esse cera que apud Aui. in secundo cano. [illegible] mum. vbi sic inquit ꝙ mum purū est paries d[illegible]um apum in quibus faciunt oua ⁊ pullos: ⁊ ad[illegible] eis mel. ⁊ mū quidē nigrū est sordes fenestrarū in[illegible]ecrarū ⁊ forinsecarum. Auerrois in quinta coll. a[illegible]umen. i. cera citrina. Sera. in ca. de cera: de ipso mum loquit̃: ⁊ inquit ex autoritate Dias. sed m[illegible] est superfluitas ⁊ sordes quā apes ꝓiciunt extra domicilia sua ⁊ reperitur in aluearijs: ⁊ melius ex mum est illud qđ est rubei coloris: odoris boni simile storaci nō dure substātie: sꝫ pōt malaxari sicut storax. hec est sordes vasoꝝ apū que inuenit̃ in ori[illegible]is aluearioꝝ ipsarū apum: ⁊ hanc vidi ponere in di[illegible]mplastro nō incōuenienter: nā emplastrum ex ea red[illegible]ur attractiuum: vt vult compositor.

¶ Uiscus quercinus lachrymū est arboris leue: ⁊ viridis coloris: intus obruffum: ⁊ nihil asperū habēs supra de ipso melius ostensum fuit in vnguento quercino.

¶ Lapis calaminaris fm cōpositorē est lapis magnes. Gil. ibidē dicit. lapidis [illegible]aminaris. i. calamite q̄ apud modernos ignorat̃ cōmuniter: q[illegible] lapis calaminaris nō est lapis calamite. i. magnes: imo lapis calaminaris est lapis qui a vulgo calamina dr̄. quo tingit̃ es. in antido. vero vniuersali in codē emplastrū est positū giro. i. lapis calaminaris. lapis vero calamite est lapis qui attrahit ferrū. fm intentionem Simonis Januēsis. lapis calaminaris est speci[illegible] tutie sicut apparet in cap. de cadimia: ⁊ apud nos est notum ꝙ lapis caluminaris ⁊ lapis calamite idem non sunt.

¶ Calcucecumenon. id est es vstum. Gilibertus ibidem dicit. calcecumenon. i. eris vsti. Diasco. in. c. de ere vsto dicit quod alij calcecumenō vocant. ⁊ sic est.

¶ Lepidos calcis vel lepidos calcu. i. squamma eris: inuenitur aūt in aliquibus descriptionibꝰ istius emplastri scriptum lapis calcis: sed debet dicere lepidos calcis: quia Gilib. ibidē dicit lepidos calcis. idest batiture eris. Dias[illegible] cap. de lepida dicit bona est que ex acutis ciprinis fit que ⁊ patia dicitur: aut elitis nugax que ex tenero carmine fit: hec a[illegible] arabes tubel vocatur seu squamma seu batitura e[illegible]s seu cuiusq̄ metalli. circa instans dicit. ferri ferrugo ⁊ squamma ferri eiusdem sunt virtutis. Idem dicit Mat. silua. tamen aliud est erugo: aliud ferrugo: ⁊ aliud squāma et scoria. nam squamma vel scoria est illud latum vel tenue qđ euolat per cōcussionem a ferro ferrugo est que per excoctionem liquescit a ferro alia vide ibi.

¶ Prassium viride fm cōpositorē est flos eris: prassium autē album est marubium. flos autē eris apud multos est viride eris. sed fm Simo. Ja. aliud est viride eris aliud flos eris: verū hodie pro flore eris viride eris ponit̃. inuenitur autem in antidota. Jo. Sera. vnguentū de ziniar. i. viride eris. Aui. in. v. ca. habet vnguentum de flore eris qđ idē est: ergo flos eris ⁊ viride eris idē sunt: vt ostēsum fuit supra verum est ꝙ Sera. in li. de aggregatione simplicium facit cap. de ziniar. idest erugine eris siue viridis eris: ⁊ aliud cap. facit de ere: ⁊ que ex eo fiunt. ⁊ ibi docet modū faciendi eris: ⁊ inquit. flos eris fit fm hūc modū: quādo liquefit es in botis metalloꝝ: ⁊ extrahit̃ a climia: ⁊ botis aliquātulū extra incēse de subtꝰ in fundo: ⁊ est purificatū dimittitur in loco vbi colatur: tunc purificatores eius ꝓiciunt sup ipsum aquam dulcem donec coagulatur. et faciunt hoc donec infrigidetur. et est aqua clara: ex hoc ergo quod accidit eri ex aggregatione partium adinuicem fit hec substantia: et est flos eris: alia vide ibi.

Emplastrū oxicroceum ibidem. ℞. croci picis naualis: colofonie: cere. an̄. ℥. iiij. terebētine galbani: armoniaci: mirre olibani mastic. an̄. ℥. j. ʒ. ij. fiat autem hoc modo galbanum ⁊ armoniacum cōtusa in sufficienti aceto ponantur per noctem: ⁊ mane ponant̃ ad ignē vsq̄ ad liquefactionē: ⁊ liquefacta colētur ꝑ cassiā paruam ⁊ coquātur iterū vt aliquātulū cōsumantur: ⁊ tunc addatur pix naualis bene colata. liquefacta pice adde cerā ⁊ ea liquefacta addatur colofonia ⁊ terebentina: interuallo facto ponat̃ mastix olibanū ⁊ mirra: ⁊ semp cū spatula agitādo: ad vltimū cū fuerit bene coctū aqua frigida infundatur. ⁊ ab aqua extracta manibꝰ exprimantur vt aqua inde exeat ⁊ sup marmor inūctū oleo laurino cū puluere croci supposito malaxet̃: ⁊ factis magdaleonibus vsui recōdat̃.

¶ Istud emplastrū est in vsu maxime fm istā descriptionē: dicit̃ aūt oxicroceum ab oxi qđ est acetū ⁊ croceum a croco dr̄: valet ꝓprie ad fr[illegible]urā ossiū ⁊ ad dolorē eorū: ⁊ ad multa alia. Gilib. [illegible] anglia in. c. de vulneribꝰ in partibꝰ interioribꝰ hꝫ vnā aliā descriptionē que idē est. Barth[illegible]meus montag. in suo antidotario habet vnā aliā. sed nō est similis huic nec in vsu est. crocus autē de quo intelligit̃ est crocꝰ orientalis seu cōis qui a vulgo zaffaram dicitur. Papias ait. crocus dicitur ab oppido cicilie quod vocatur coricium.

Emplastrū de caseo fm Rasim in li. de egritudinibꝰ iūcturarū in ca. de cura ꝓpria lapideitatis. ℞. caseū antiquū lōgi tp̄is ⁊ nasturtium. ⁊ pulueriza simul: postea accipe pedes porci anti qui salsi ⁊ coque cum illa aqua. accipe nasturtiū. ⁊ misce caseū: ⁊ fac emplastrū super iuncturas lapideas: ⁊ rumpet̃ cutis et exibit

exibit venenositas oĩs: ꝛ sic patiens sanabitur: ꝛ expertus sum ill[illegible]d sepe.

¶ Istud emplastrũ non est in vsu. Caseus ſm Aui. in .ij. can. q̃nq̃ fit ex lacte quãdoq̃ ex sero. ꝛ est ille qui nominat recocta natura: recẽs vero est frigidus ꝛ humidus in tertio et salitus antiquus est calidus et siccus in eo. Isidorus in capit. de escis ait. caseus vocatur: ꝙ careat sero quasi carenum.

Emplastrũ mirabile relatũ ad andromacuʒ ſm Aui. in suo antido. ℞. granorũ que inueniunt in fructu plante q̃ dr aumeli: baurach rubei .i. salis rubei salis armoniaci: aristologie cretice: ꝛ radicis cucumeris asinini et gũmi albotim oĩm añ. au. xx. piperis ꝛ macropiperis: armoniaci ꝛ amomi ꝛ xilobalsami añ. au. x. thuris: masculi: ꝛ mirre: ꝛ resine sicce ꝛ aldabac frigide. añ. au. x. lactis arboris mori au. x. cere au. xxx. ꝛ adipis capre au. xv. amurce olei de lilio quantum sufficit ad conficiendum medici. terantur medicine sicce et fricentur: etiam inungat qui fricat eas manus suas ex amurca olei de lilio. vt cum permixta fuerint omnia, bene reponantur ꝛ reseruentur et cum necesse fuerit vti eo ad auferendam laxitudinẽ: tunc sumatur de eo ℥. iij. ꝛ adipis anatis. ℥. iij. ꝛ olei de alcanna. ℥. iij. ꝛ permisceantur. ꝛ administrentur.

¶ Istud emplastrũ nõ est in vsu. hic Aui. dicit. ℞. granorũ que inueniuntur in fructu plãte que dicit aumeli: sed nõ dicit que plãta sit: verũ ipse in .ij. can. de ea capitulũ facit dicẽs ꝙ aumeli est oleum dulce valde spissum sicut mel ꝛ spissi⁹ eo extrahit ex crure arboris que est in terra muzie dulcis: ꝛ fit ex eo oleũ ꝛ cũ eo admiscet etiã oleũ de flore eius ꝛ nominat aumel ꝛ oleũ mellis: ꝛ melius ex eo est qđ est magis clarũ ꝛ spissum. ꝛ antiquius ꝛc. neq̃ ꝑ id cognoui quid sit. Isid. inquit. olea mella nascit palmaria in syrie ciuitate ex eo ita appellata ꝙ ex trũco oleũ defluat in crassitudine mellis saporis suauis.

¶ Aldabac siue dabac est viscus q̃rcinus sicut apparet apđ Ser. in .c. de visco. Itẽ dicit Aui. in suis synonymis.

¶ Amurca olei de lilio .i. fex olei de lilio. dias. inq̃t amurca fex est olei nigra ꝛ aquosa cũ premit: q̃ coqui solet ad mellis spissitudinem: ꝛ sic vetustatẽ accepit. Leonar. de preda palea in c[illegible]p. de cura scrofularũ inquit. amurca olei antiqui .i. fex olei. Itẽ Jo. anglicus in .c. de paralesi dicit. fex olei oliuarũ que vocat amurca. Sera. in ca. de oliuis dicit amurca olei qñ coquitur in vase eris cabrusei quousq̃ ingrossetur ꝛ fiat sicut mel.

¶ Oleũ de alcanna .i. oleũ d[illegible]prino vnde oleũ de alcanna. id est oleum ciprinũ: ꝛ [illegible]modus eius infra apparebit.

Emplastrũ aureũ ſm eundẽ in li. iiij. [illegible] fen. iiij. in ca. de curatione eorũ que sunt difficilis cõsolidationis et aliorũ que sunt in vltimo malitie. ℞. merdasengi aurei boni: eminam vnam cere: ꝛ radicis almezereon añ. au. xxxvj. floris eris au. xviij. limature auri tritе. limature almerdasengi añ. au. xl. olei antiqui lib. iij. ponantur super ipsum in primis merdasengi: et aurum et flos eris. deinde relique medicine et iterum sumatur ostracum furnorum. et cinis venarum ꝛ plumbum cõbustum ablutum. et fiat ex eis emplastrum cum oleo mirtino: et oportet vt sit illud oleum inspissatũ cũ merdasengi. verbi gratia. ℥. j. ꝛ aceti in triplo ipsi⁹: ꝛ ex eo aut oleo mirtino. aut oleo aneti. ℥. j. moueant cũ facilitate donec resoluat merdasengi ꝛ inspisset ꝛ nõ aduraf. ꝛ aliereuati de eis cortices eris ꝛ flos eris ꝛ calx abluta sine equisitione. fiat ex eis puluis. et antecedat ꝛ liniat ea cũ melle. deinde puluerizẽtur super hunc puluerem cõtritũ eris partes. ij. cere. x. dissoluantur digitis in sole. ꝛ administretur. aut ceruse ꝛ aluminis añ. ptes. viij. corticuʒ eris. salis gẽme. thuris floris. eris. corticũ granatorũ omniũ añ. ptes. ij. calcis partẽ vnam cere partes. x. olei mirtini quantũ sufficit: ꝛ iterum merdasengi olei añ. li. j. gallarũ nõ perforatarũ aristologie añ. [illegible]. armoniaci. ℥. j. minuti thuris. ℥. ij. fiat ex eis linimentũ sup ignẽ. ꝛ remoueatur cum radice canne.

¶ Istud emplastrũ nõ est in vsu. dr aũt emplastrũ aureũ ab auro: eo qđ limatura auri ingredit. nõ dr aũt a litargirio a[illegible]: vt quidã crediderunt: aurũ aũt inter metalla est posi[illegible] Pli. ait. aurũ effosso inest argentũ vario põdere alibi dena alibi octaua parte: in vno tñ gallie metallo qđ [illegible]cãt albucrarense tricesima sexta portio inuenit vbicu[illegible] vna argẽti portio est electrũ vocat ꝛc. electrũ etiã vo[illegible]t succinũ .i. chachabre: circa instãs ait aurum temper[illegible]ius est aliis metallis aurũ de vena terre fit per decoctio[illegible] quod superfluum est ab auro separatur ꝛ catimia seu [illegible]ma auri vocatur. Serap. in .c. de auro inquit. limatura [illegible]ri cõfert. cardiace melancolice infra ait. ꝛ dixerunt an[illegible]i qñ accipit anulus aureus aut argẽteus: ꝛ ponit in [illegible]ne: ꝛ cauterizant cũ eo alc, colũbarum veniunt cito ꝛ libenter ad turrim suam ꝛ non separantur ab ea.

¶ Merdasengi aureum: id est litargirium aureũ: nam merdasengi apud auerroim in .v. colli. est litargirium. idem dicit Joan. angli. in capi. de vlceribus ꝛ vulnerib⁹ nasi. inde merdasengi aureum .i. litargirium aureum [illegible] infra in isto emplastro habet almerdasengi. credo q[illegible] sit litagiriu[illegible] argenti.

¶ Alm[illegible]on. id est mezereon.

Emplastrũ de violis ſm Barth. montagnanã in suo antidotario. ℞. violarũ siccarum. vj. rosarũ. ʒ. ij. ʒ. spice m[illegible]icis añ. ʒ. j. ʒ. florũ camomille .i. bebonigi ꝛ mellilloti idest corone regie farine ordei seminis altee añ. ʒ. x. farine seminis lini. ℥. j. squinãti. ciperi: calami aro. añ. ʒ. j. fiat emplastrũ cum aqua cõi quod applicet oĩ die semel. Emplastrũ de eupatorio ibidem. ℞. eupatorij. ɱ. ij. camomille: mellilloti añ. ɱ. ʒ. ciperi masticis squinãti: spice añ. ʒ. j. sandali albi et rubei calami aro. absinthij añ. ℈. ij. spodij. ℈. j. mucillaginis altee. ℥. iij. olei de mastice de spica farine ordei ana. ℥. ij. aceti parum: et fiat emplastrum cũ

decoctione eupatorij.

¶ Istud emplastrum non est in usu. eupatorium autem herba apud arabes gafir vocatur: scd'z vero circa instās eupatorium est saluia agrestis qd' non est: vt ostensum fuit supra in confectione de eupatorio.

Emplastrum vsuale pro crepatis. ibidē. ℞. picis naualis. i. vsualis. ℥. iij. litargirij: armoniaci: galbani masticis añ. ʒ. ij. cere albe et rubee: colofonie: id est picis gre. aloes aristologie longe ⁊ rotunde añ. ℥. iij. visci quercini boli añ. ʒ. vj. gipsi: mirrhe thuris ana. ℥. ʒ. glutinis albotin loti cum aceto. ℥. iij. lumbricorū terrestrium. ℥. iiij. radicis consolide maioris et minoris añ. ℥. ʒ. mumie sanguinis draconis bdelij ana. ℥. j. pellis arietine a pilis mundate et frustatim incise partem vnam sanguinis humani libram vnam conficitur sic: buliat pellis in aqua quousq; fit liquefacta postea supra addatur predicte glutinis scriptorū glutinis pisci[...] añ. ℥. ij. bene incorporentur omnia ⁊ ceteris gummis liquefactis simul ⁊ pulueribus additis: fiat emplastrū ⁊ malaxetur cum oleo mirtino et fiant magdaleones: ⁊ ponantur in vase terreo vel cereo: ⁊ vsui seruentur: et cum opus fuerit super corio extendantur.

¶ Istud emplastrū ſm intentionē compositori[...] est vsuale pro crepatis. ⁊ est illud quo vtimur: verū sup[...] est positum cerotum ad crepatos cū pelle arietina [...] m illaz descriptionem a multis fit: sed qz etiā i[...]scriptio est laudata in illa materia eam scripsi: [...] illam descriptionem que tibi placet: quoniā am[...] sunt optime.

¶ Gluten scriptorū ſm multos est [...]a que vocat taurocolla que fit de corijs: sc Nico. s[...] in lib. vij. in ca. de curatione hernie sine ramicis inquit addatur gluten carpentariorū. i. quo lign[...] connectūtur adinuicem ⁊ gluten scriptorū aīs piscatorū. i. colle de piscibus. ergo gluten scriptoꝝ ſm intentionē Nico. est colla piscium. sed ſm intentionem Bartho. aliud est. qz in isto emplastro vtrūq; gluten ponitur. ergo non sunt idem.

[E]mplastrum de crusta panis ibidē. ℞. masticis menthe spodij corallorū rub. [s]andalorum rub. ⁊ alborū añ. ʒ. j. cruste panis assi infuse in aceto per mediā horā. ℥. ij. olei de mastice: et citrinorū [a]ñ. ℥. j. farine ordei quantum sufficit et fiat emplastrum.

¶ Istud emplastrum apud nos nō est in vsu: panis autem secūdum Auicennā in scd'o canon. oportet q' sit panis mundus salitus massam habens confectam fermētatus coctus bene in tanor vltime vna nocte permanēs et nō comedatur calidus sicut est electio panis de simil la nutribilior est alijs: ⁊ eius nutrimentū est meli⁹: sed est tardioris penetrationis.

Emplastrum de caricis ſm Leonar. de preda palea in ca. de cura carbunculi. ℞. caricarum bene pinguium ⁊ siccarum lib. j. sinapis. ℥. iij. farine fenugreci ⁊ seminis lini. ℥. j. bdelij armoniaci galbani añ. ℥. j. dissoluant gumme in oleo lignorum ⁊ postea simul oīa misceantur pingue[dini]bus prius colatis: et fiat emplastrum addendo farine ordei quod sufficit ad inspissandum.

¶ Istud emplastrū apud chirurgicos est multū in vsu sub noīe emplastri de ficubus. nā carice sunt ficus sicce pingues: de quibus Jo. angli in capi. de lapide renum inquit. fiat emplastrum de car[ic]is. i. de ficubus siccis. Ficcus autem pro morbo vocantur duricies vlcerose habentes in se grana sicut ficus: hec apud quosdā veruca. i. porrus vocatur.

Emplastrum mirabile de pentadactilis ſm eundem in. c. de medicinis maturatiuis. ℞. granorū mirasolis mūdatorū numero. xxx. amigdalarū dulciū numero. xx. foliorū rute ⁊ cicute ⁊ celidonie añ. M. ij. axūgie porci. ʒ. iij. olei cōis. q. s. ⁊ fiat emplastrum ſm artez.

¶ Istud emplastrū nō est in vsu. sed ſm intentionē Leo. est mirabile in illa materia. ipse vero Leo inquit. emplastrum de pentadactilis ⁊ postea dicit. ℞. mirasolis. scz granorū ipsi⁹: ⁊ idē est idē i. c. de vlcerib⁹ putridis inq̄s. alcherua. i. miraso. ergo ē cataputia maior. liber vero q̄ dr bulchasim: i. seruitor in trac. ij. ponit formā excoriādi grana alcherue: ⁊ vt inquit ipse est cataputia maior siue pentadactilus ⁊c. eius aūt species due sunt. s. maior ⁊ minor. de qua Sera. duo cap. facit: vnū in quo dicit cataputia maior est arbor sicut ficus cuius semē est factū ad modum zechiaron que inuenitur sub ventre bestiarum: minor vero est planta habens folia longa in lōgitudine vni⁹ digiti aut duorū: ⁊ ambe in hortis nascunt. Et minor apud rusticos herba chagarola vocat. ⁊ ambe sunt note. Mes. de vtrisq; loquitur in capi. de albeme such. dia. autem vocat eam ricij. siue sisamum agrestem.

¶ Cicuta aūt herba est que apud dias. conios vocatur. ⁊ apud Aui. sucharā: sed ipse ignorauit eā vt dictū est in vnguento de cicuta. Isi. Cicuta autē est dicta q' inter cannarū modos lateat in indicis stagnis nasci arundines calamiq; dicuntur. ex quorum radicib⁹ expressum suauissimum succū bibūt. vnde ⁊ varro ait. Indica non magnū i arbore crescit arūdo. illius ⁊ lactis pmit radicibus humor. Dulcia cumq; queūt succo cōcedere mella.

Emplastrū de cētaurea ſz petrū argillatā i c. de fractura cranei. s. ossis capitz. ℞. cētauree minoris. M. vj. tēperent p vnā noctē in vino albo. deide coquāt vsq; ad cōsumptionē medietatis vini deinde colet ⁊ colatura bulliat vsq; ad mellis spissitudinē. de qua accipias. ℥. j. cere noue virginis. ʒ. ij. lactis mulierz. ℥. ij. terbētine li. j. cere noue. ℥. iij. resine. ℥. j. ʒ. turis masticis. [g]ūmi arabici. añ. ʒ. misce: ⁊ [fia]t emplastrū ⁊ mirabiliter valet.

¶ Istud emplastrum apud nos non est in vsu.

¶ Cētaurea aūt maxime minor est herba q̄ satis est nota. Serap. aūt duo capi: facit vnū de centaurea maiore. aliud de minore: sed maior apud nos nō inuenit nec inuenta fuit tempore macri. Minor vero nascitur in locis aquosis ⁊ est similis herbe ipericon: aut pulegio mōtano hz virgam lōgam quadratā vni⁹ palmi: ⁊ florē rubeum vergentē ad purpureitatē similē flori plāte que dr ambes ⁊ hz folia pua oblongua sicut folia ruthe: ⁊ semen sicut granum frumenti ⁊ habet radicem paruam in qua nullum est iuuamētum. Idem in fine sui libri de virtute centauree loquitur.

¶ Lac mulieris ſm Aui. in. ii. can. in. c. de lacte ait. Lac quod melius est omnib⁹ est lac muliebre. ⁊ meli⁹ est qd.

ex vbere suggendo bibit aut sic mulget ꝛ melius est qđ vehementis albedinis equalis essentie qđ sup vnguē distillatū figitur ꝛ nō currit [illegible] pastus animalis ipsius planta bona ꝛ non est in ipso sapor extraneus declinās ad acetositatem aut amaritudinem aut acredinem aut odor extraneus horribilis.

Emplastꝝ de betonica.ibidē. ℞.succi betonice:succi plātaginis.succi apij colatoꝝ añ. li.j.resine cere no[illegible]e.añ.ʒ.iij. terebētine lib.j. coquanť primo vsqꝫ ad succorū cōsumptionē:vltio addať terebētina ꝛ fiat emplastrū.

¶ Istud emplastrum non est in vsu:maxime apud mediolanenses.

¶ Betonica vero est herba que apud Dia. vetonica vocať. Auer.in.iij.colľ.inquit.alchison que in latino dr betonica:ꝛ in persica lingua beruhuē. Apud quosdaꝫ dr etiā lingua bubali.ꝛ ab aliquibꝰ diciť lingua equi.vide supra in sirupo de betonica.quetiā aliquid de ea ostēdi. Hec est herba que apud nos in pratis inuenitur.

Emplastrū bouinū quo cōmuniter vtimur nos apothecharij ſm Nico.florē.in libr.vij. in ca.de cura fracture cranei per potionem. ℞.matrissilue recentis vel passe vel etiā sicce ad libitum:ꝛ decoque in vino optimo donec minuať tertia pars ipsius deinde coleť:ꝛ tunc habeas terebētine:ꝛ cere citrine.añ. ʒ.iiij.olei rosati.ʒ.ij. liquefiant:ꝛ coletur supra dictum vinū:deinde tam diu cū ipso vino ducatur cum spatula donec infrigidatuꝫ fuerit ꝛ tunc collige ꝛ vtere.

¶ Istud emplastrū ſm Nic.est emplastrū quo cōmuniter vtimur:ego vero existimo qđ istud emplastrum sit in vsu in partibus florentie sub noīe emplastri bouini:sed apud nos est vnguentum matrissilue:ꝛ sic si legis istud emplastrum bouinum cum vnguento matrissilue qđ suprapositum fuit videbis ꝙ quasi idem sunt.

Emplastrum de adipibus ſm gale.in lib.secretorū. ℞.adipis agni adipis porci:vrsi vituli:cerui:hirci asini siluestris anatis:galie:vulturis.añ.omniū.℥.j.olei fisamini olei de cherua:olei lentiscini.medulle cruris vaccini olei amigdalarū amararū.cere albe oīm. añ.℥.ß.cere rubee:butiri vaccini:oīm añ. li. ß.liquefiat:ꝛ coletur ꝛ administretur.

¶ Iud emplastrum non est in vsu.verum loco eius vtimur vnguento quod appellatur vnguentum de adipibus de quo vide supra.

¶ Agnus aūt ac porcus vrsus vitulus ceruus hircus sunt animalia que omnibus nota sunt.

¶ Asinus siluestris de asino siluestri nullum autorem inueni mentionem facere. Auic.vero in.ij.cano.facit.c. de asino:non dicit an sit domesticus an nō sit.ꝛ dicit ꝙ cinis carnis asini ꝛ epatis eiꝰ cum oleo valet superpositus fissuris frigoris.

¶ Vultur est auis maligna que alias aues offendit vngulis ipsius ac cum rostro:vt est notuꝫ apud aucupes. Papias inquit vultur a volatu tardo nominata dicitur inde infra vultures sicut ꝛ aquile vltra maria cadauera sentiunt.

¶ Oleū sisaminū.i.de granis sisami oleū de cherua.i.de pentadactilo seu cataputia maiori oleū lentiscinū.i.de granis lētisci que in insula chio inuenitur.ꝛ secundum multos gummi ipsius arboris mastix appellatur.

¶ Expleta sectione de vnguentis emplastris ꝛ cerotis: eam que vltima est iuxta ordinē premissum sectionem de oleis aggredimur:si nos oleo gratie sue perfuderit dominus cuius influxu deficiente in nihilū tendūt vniuersa:qua exacta huic operi nostro finem statuemꝰ ad alia forsan non viliora accessuri.

Oleum de amigdalis dulcibus oleū de amigdalis amaris oleum de nucibꝰ oleū de auelanis oleuꝫ de crisomilis oleum de persicis: oleū de been:oleū de cherua:oleū de carthamo:oleum de nuce indica:oleum de ceresis: oleum de amachaleb:oleum de granis citri citrangulorum oleum de fisticis:oleū de pineis:et sic de singulis.

¶ Oleorū genera sunt multiplicia:quedaꝫ sunt que ab ipsis seminibus fiunt:ꝛ hec sunt simplicia sicut oleum de amigdalis dulcibus ac amaris alia supradicta.quedam sunt cōposita que artificialiter per impositionē medicinarū in oleo antiquo fiūt.nō opꝫ enim narrare modum ꝛ formam faciendi olea supradicta. fiunt eñ per expressionē eorū vt docet Mesue ad quē si necesse fuerit recurratur.hec [illegible] olea plurimis nota sunt.

¶ Amigdala dulcis dicitur ad differentiā amare. Amigdalus autem arbor est eius folia fructus et gūmi medicine competunt.

¶ Amigdala amara aptior est in medicina: sed dulcis esui. Pe.de crescentijs ait.amigdalus est arbor satis nota.eiu[illegible]uidē diuersitates in fructibus sunt:qm̄ quedā faciunt fructus dulces quedā amaros. Dulces esui hominū in cibū cōpetunt:amari qꝛ sunt calidiores magis cōpet[illegible]t vsui medicine. Itē quedā sunt valde grossum ꝛ dur[illegible] habentes corticē:quedā subtilē:ꝛ quedā amigdala[illegible] longa quedā quasi rotunda:ꝛ quedā grossa:ꝛ quedā [illegible] eligende sunt grossum rotundū ꝛ subtilē corticē [illegible] habētes:amāt aerē clarissimum.

¶ Nux gros[illegible]sualis videlicet illa que comeditur de qua fit oleū quo [illegible]quando vtimur pro faciendo lumen loco olei seminis [illegible] aliquando vtimur in cibarijs loco olei oliue:ꝛ hec [illegible] est illa que apud Diasc.vocatur carea basilica.i. alexandrina quam multi persicam dicunt.quidā vocant ipsam nuc[illegible] regalem que idem est. Pe.de crescen.inquit nux a nocēdo dicta eo ꝙ eius vmbra noceat alijs arboribus. Ioan.angli.in ca.de discrasia calida epatis laudat ipsam ꝛ facit versiculos sic. Nux homini salus est si sumitur vt medicina. Si vel[illegible] esca datur non est salus imo ruina.

¶ Auel[illegible]autem est fructus satis notus.maxi[illegible]ue lana vi[illegible]lis. Isido.ait auelane ab auelano campanie oppido vbi abūdant cognominate sunt he a grecis pōtice appellantur eo ꝙ circa ponticum mare abundant. Auelana aliquando pro pondere sumitur. Ioā.angli. in capitu.de discrasia calida e[illegible]tis laudat auelanam: et est versiculus sic. Dic auelanas epati semper fore sanas. Sanant reumaticos frigidos et idropicos. scilicet quando assantur. Item in capi.de passionibus stomachi ait:dico tātum hic de auelanis: quod inter fructus post ficus ꝛ vuas sunt meliores.

¶ Crisomilla apud nos est fructus similis persicis: et computant ipsam inter genera ipsiꝰ. Pet.de crescen. vocat ipsam moniacham:ꝛ ait moniacus est arbor: quedam quasi similis pruno: sed est magis nodosa: et eius fructus est magnitudinis omnium prunorum: sed similis fructui persicorū in forma:est tñ valde odoriferū ꝛ in colore auri. Bartho.mōta.in cōsilio de exiccatione ꝛ cōsumptione emorroydarū ꝛ restrictiōe imoderati cursus earū inquit approbatū est oleū de crisomilis: ꝛ sunt fructus parui persicis aliqualiter similes coloris aurei cū maturescūt ꝛ ideo nominanť crisomila a cris grece qđ est aurum ꝛ milon malum.vnde crisomila [illegible] aurea

mala ex quorum nucleis tale pficit oleũ: vt dicit Mesue Gal. in lib. ij. de alimẽtis ait: armeniacis ⁊ prechochijs i. crisomilis. Isido. armeniacum dicit ꝙ primum gen⁹ eius ab armenia sit adductum.

¶ Persica fructus sunt satis noti. Pli. aũt a regionib⁹ distinguit eius genera. Petrus de crescen. ait persicus est arbor nota que parua est cito tamen crescit: ⁊ paruo tempore viuit.

¶ Been. s. granis been. hoc oleũ a multis ignorantibus dr muscellinũ: sed nõ recte. nã muscellinum dr a musco. Mesue de ipso facit. c. ⁊ inquit been. est granũ almesus ⁊ eius aliud magnũ aliud paruũ. magnũ aũt est in magnitudine fructus auellane triangulatũ. paruum vero est sicut cicer. ⁊ vtrunqꝫ hꝫ medullã vnctuosam leuem ⁊ albam. ⁊ hoc apud dia. vocat balan⁹ repersicus cuius semen est semini arboris simile miristico. i. tamarisco: vt hꝫ Sera. in eodẽ ca. ex verbo Dia. Auic. in. ij. c. de been. duo facit. c. vnũ de ben scriptũ cũ vnũ e. tm̃ ⁊ hoc est granum ben. aliud scribit cũ duobus e. ⁊ iste sunt ille radices quibus generaliter vtimur pro been albo ⁊ rubeo. Jo. angli. in. c. de sterilitate inquit oleũ de been. i. de pipere albo est optimũ in illo casu. itẽ Dinus florentinus in lib. ij. c. de cura apostematis duri inquit: oleũ de been id est cataputia: illa alba grossa quã speciarij piper album vocãt: hic tex. est falsus: nã oleũ de beẽ nõ est de cataputia: nec aromatarij eius semen vocãt piper album. etiã opinio luminis maiꝫ lucentis est ꝙ been sit semẽ cataputie: qd nõ est. qꝛ vide ꝙ hic Mesue docet modũ faciendi oleũ de been ⁊ oleũ de cherua. i. cataputia. ergo nõ sunt idẽ nec est piper albũ: qꝛ piper album apud oẽs est notũ ⁊ vocatur leucopiper. de quo infra in oleo de piperibus descriptio ipsius olei inuenitur idem reperitur apud Diasco. sub nomine olei balsami quod conficitur vt admigdalinum.

¶ Cherua. i. cataputia maior. Mesue de ipa facit. c. sub noie albemesuch. ⁊ dicit ꝙ est granũ regũ: ⁊ est eius aliud magnũ alid puũ: ⁊ dr ꝙ magnũ est cherua: mag[illegible] ⁊ puũ cõpetũt vsui medicie. Aui. in. ij. cañ. in. c. de ol[illegible] inqt oleum de cherua est bonũ lentiginib⁹, ⁊ panno [illegible] in. v. hꝫ duas descriptiones. de hoc oleo est vnum [illegible]positũ qd in vsu non venit. Aliud simplex quo [illegible] vtimur. hic possumus videre veritatẽ ꝙ beẽ nõ [illegible] cataputia vt dicũt multi. cherua aũt apud Dias[illegible] vocatur cici siue sisamus agrestis. sed apud Serap[illegible] catur cataputia maior: et ab aliquibus dicitur pẽtadactilius ⁊ ab alijs mirasot. et ab aliquibus custos horti: ⁊ ab aliquibus solsequia: minor vero e[illegible] sicut planta habens folia longa: et in hortis nascitur.

¶ Nux indica. i. nux magna q̃ de idia venit apud Aui. nux indica est neregil ⁊ bona ex ea est recens vehemen[illegible]s albedinis ⁊ aqua q̃ in ipsa est: est suauis: ⁊ cũ in ipa nõ [illegible]uenitur aqua significatur ꝙ est antiqua. ⁊ oportet [illegible]dẽ vt ab ea tollatur cortex medulle e[illegible]. hãc nucem ego vidi tante magnitudinis ꝙ ex ea pote[illegible] formari vasculũ quod implebatur vino loco cantari.

¶ De cerasis habitus fuit supra sermo diffusius recurre lector ad id loci.

¶ Machaleb fm Nic. [illegible] granũ cerasi siluestris ⁊ de eo in prioribus abunde diximus in esdre descriptione.

¶ Citrus fm Dias. est arbor cui oibus partib⁹ suis nõ vna eademqꝫ virt⁹ cõtinet: ⁊ hoc est pomũ dictũ citrũ: de acetositate cuius cõficitur sirupus in tẽpore hiemali qui appellat sirupus de acetositate citri. Nõ est autẽ cedrus vt quidã crediderũt: nã Diasc. aliud facit ca. de cedro cuius gummi a moder. alchitriõ seu pix liquida dr. Mesue inquit hic oleũ de granis citri ⁊ citrangulorũ. i. citroniolorũ: inferi⁹ oleũ de pomis citranguli et hoc est pomum apud moder. dictum arancius.

¶ Fistici. i. pistacia. Dia. inquit pistacia que in siria nascuntur similia strobilibus. idest pineis sunt. Auic. fisticum natura dicitur ꝙ est vehementioris caliditatis ꝙ̃ nux et amigdala ⁊ est calidum in fine secundi: et est in ipso humiditas: et existimauerũt quidam quod est frigidum: sed errauerunt.

¶ Pinus arbor nota est cuius fructus pinee dicuntur. Dia. pinee ex nucleis fortissimus cibus est et humores optimos gignit. Aui. in. ij. c. [illegible]o. inquit gelorum est granum pini maioris ⁊ est mel[illegible]ris nutrimenti ꝙ̃ nux: sed est tardioris digestionis. Infra aliud facit ca. pe de grano pini: sed si bene cõsideretur videtur ꝙ illud capitulũ de gelone sit ca. de auellana maiori.

Oleũ laurinũ. ℞. de granis lauri maturis quantũ volueris: ⁊ dũ adhuc sunt recentia tere in pila: ⁊ fac bullire cũ aqua i caldario: deinde exprime in zainari plano nõ habẽte cõcauũ ⁊ collige ex aqua qd supernatat oleũ: deinde iterũ exprime grana cõtrita in zainari habenti vacuum: ⁊ infunde aquã calidã ⁊ collige oleum ⁊ repone: administra vbi oportet: oleum de granis viridibus: ⁊ oleum de sticho eodem modo fiunt.

¶ Istud oleum est in vsu pro oleo de bacis lauri. ibidẽ est in vsu. pro oleo de vrbagis. eius descriptionem idem Diasco. describit.

¶ Laurus arbor satis nota: eius granũ apud Auic. est granũ ademest. hoc granũ satis notũ meli⁹ de ipso ostẽsum fuit supra in electuario de bacis lauri.

¶ Granũ viride fm Aui. in. ij. cano est fruct⁹ arboris terebinti. vnde terbentina colligit. Matt. aũt silua. in litera g. ait. gummi albotini. lacca qd ignoro. vide supra in vng. de terebentina: quia sibijpsi contradicit: non est autem resina vt quidam putauerunt.

¶ Stinchus fm Dia. est animal quod in india inuenitur: vide de ipso in electuario de stincho.

Oleum de balsamo fit ex planta longitudinis cubiti vnius aut duorũ ad plus ruthe agrestis cortici cui⁹ si accesserit scarificatio aut scalpellatio ex parte ortus solis fluũt sicut lachryme pinguedinis ⁊ est dimel ballsen. i. pinguedo balsami: ⁊ quandoqꝫ accipiunt palmites plante in principio veris ⁊ terunt in pila: ⁊ coquunt in aqua et exprimũt in zainari ⁊ vocatur oleũ balsami: ⁊ qñqꝫ terunt palmites ⁊ funditur super eos oleũ antiquũ ⁊ ponitur in sole diebus. xl. deinde coquitur in duplici vase: ⁊ iterum innouant in eo alij palmites ⁊ ita tertio. deinde colatur ⁊ reconditur.

¶ Hoc oleum fm istam descriptionem est illud quo vtimur: sed apud nos nõ põt confici. quia eius planta non reperitur in partibus nostris.

¶ Balsamus autem secun[illegible] Aui. est arbor egypti nascens in loco qui dicitur oculus solis. sed qꝛ in partib⁹ nostris predictum oleum nõ potest confici hodierni doctores [illegible]posuerunt olea que possunt administrari in oibus locis vbi ingreditur balsamus. et docto. isti sunt Pe. de ebano. Guili. pla. etiã Bartho. mõta. scripsit modum faciendi balsamum artificiosum: quod in omni ꝓbatione valet vt balsamus. de quo infra.

Oleum de granis sisami: oleũ de semine lini oleũ de granis papaueris: oleũ de semine lactuce oleum de semine cucurbite: oleũ de semine citruli cucumeris ⁊ melonis: hec oĩa fiunt eodem modo.

¶ Istud oleum quod fit de granis sisami ingreditur in multis confectionibus: sed hodierni apothecarij non

cognoscunt ipsum. Ego vero habui predictũ semen delatũ ex venetijs ⁊ fieri feci p̄dictũ oleũ: sicut oleũ de amigdalis: ⁊ inueni eũ optim[illegible] in cibis delicatissimũ ⁊ in colore clarũ: vnde per hoc dico ꝙ bonũ esset ꝙ oẽs idem facerẽt: ⁊ vterent̃ vbi opꝫ. Pli. ait. sisama ab indis venit ex ea oleũ faciũt. color eius est candidus. Matthe. silu. in litera f. ait. fesudegi. i. cõfectio de melle sicut penidie. ⁊ in lingua nostra vocatur sisami.

Oleum de semine lini est in vsu. ⁊ est duplex. vnũ qđ solũ fit ex semine ipsius ⁊ hoc đr oleũ linose purũ qđ aptũ est esui: aliđ fit cũ aqua. tñ nõ multũ: ⁊ hoc đr oleũ linose cõpositum hoc lucerne aptũ est. Isi. in ca. de linis ait. linũ ex terra specie intendi orit̃ deflexũqꝫ nomẽ eius ex greco. nã linũ greci linarin dicũt siue ꝙ sit molle ⁊ lene: hoc oleũ a quibusdam đr oleũ lineleon. Oleum rosatũ cõpletũ. ℞. de oliuis aut oleũ sisaminũ recens ⁊ lauetur cũ aqua fontiũ pluribus lauationibus. deinde accipe folia rosarũ rubearũ recentiũ cõtusarum quantitatẽ sufficientem ⁊ sepelias in oleo qđ modo lauasti: ⁊ reconde in vase vitreo ⁊ obtura orificium eius ⁊ exponas soli p dies. vij. deinde coque in vase duplici per horas tres. deinde fac permutationẽ foliorum rosarum ⁊ vtere alijs recentibus ⁊ dimitte per alios dies. vij. deinde exerce coctionẽ in eo sicut fecisti prius. ⁊ fac denuo permutationem foliorũ rosarũ. ⁊ proijce super illud aque infusionis rosarũ quã tradidim⁹ in ca. de sirupis sicut est quantitas olei ⁊ stringe orificiũ vasis ⁊ dimitte in sole per dies. xl. deinde excola ⁊ iterum expone soli ⁊ dimitte tempore extenso: ⁊ vtere vbi oportet.

Istud oleum apud nos est multũ in vsu. ſm aũt intentionem Me. est oleum rosatũ completũ. ipse enim docet facere ipsum tribus modis sed solũ scripsi vnũ modum: q̃ ab hodiernis in vsu nõ est ſm illũ modũ. Nico. habet oleũ rosaceũ. i. rosatũ qđ magis apud modernos in vsu est verũ est ꝙ sunt ex hominibus qui accipiunt foliorũ rosarũ recentiũ ⁊ cõminuunt cũ forficibus quantitatẽ quã voluerunt: ⁊ superponũt oleum cõmune ⁊ exponũt soli per dies. xl. deinde administrant vbi oportet. Circa instans in. c. de rosis inquit oleũ rosatũ sic fit. quidã decoquũt rosas cũ oleo ⁊ colant ⁊ reseruant alij terũt rosas virides ⁊ ponunt in ole[illegible] ⁊ in vase vitreo soli per. xl. dies exponunt: ⁊ hoc optim[illegible] est. Diasc. autem habet oleum rosatum: sed non est idem verũ ipse do[illegible] ipsum cõponere tribus modis: vt facit Mes.

Oleum camomillũ est oleũ benedictũ ⁊ modus operationis eius est sicut olei rosati preter ꝙ oportet vt fiat cum oleo de oliuis completo. aut oleo sisamino cum illis modis preparationũ quos diximus.

Istud oleum est in vsu. sed eius modus apud modernos nõ est idẽ: vt docet Mesue: verũ est ꝙ faciunt ipsum sicut dixi de oleo rosato. Mesue inquit ꝙ oleũ camomillinũ est oleum benedictũ. Jo. angli. in ca. de dolore iuncturarũ ait. Item in gutta indurata valet oleum camomillinum in quo coquantur flores iacincti crescentis in campis voco illud oleum iacincti.

Oleum violatũ ⁊ modus operationis eius est sicut olei rosati excepto ꝙ đꝫ fieri cũ oleo rudi aut amigda. aut sisamino cum illis modis operationum quos enarrauimus.

Istud oleum est in vsu ſm intentionẽ Mesue fit sicut rosatũ excepto qđ đꝫ fieri cum oleo rudi. i. oleo de oliuis immaturis qđ onfancinũ appellat̃: nã idẽ in. c. de oleo rosato inq̄t. rudis aũt materia est ex oliuis: quibus nõdum accidit cõpletio ⁊ maturatio. preterea Simon ianuen. inquit oleũ violaceũ. i. de violis ex onfancino oleo fieri debet. et sic intelligendum est pro oleo rudi oleum oliuarum immaturarum.

Uiola autẽ flos est satis notus. Bulchasis. i. seruitor trac. ij. in capi. de modo desiccandi violas dicit qui vult colorẽ ⁊ odorem earum seruare sicut est. viole montium sunt meliores hortulanis: ⁊ lib. x. ex recentibus conuertuntur ad vnam quando sicce fuerint.

Oleum anetinũ. ⁊ modus operationis eius est sicut olei camomille.

Istud oleũ est in vsu: ⁊ mod⁹ ei⁹ apud moder. est. accipiant̃ flores aneti ⁊ similitudinẽ hꝫ cũ feniculo ⁊ assimilat̃ plante ipsi⁹ ⁊ ponant̃ flores cũ oleo ⁊ exponant̃ soli per. xl. dies. deinde vtere vbi oportet.

Oleum de lilijs. ℞. ex folijs liliorũ. ℥. ix. masticis calami aromatici costi. carpobalsa. i. semis balsami ana. ℥. j. gario. cina. electi añ. ℥. ß. croci. ʒ. iij. oĩa preter sola foliorũ infundantur in aqua sufficienti ⁊ dimittant̃ die ac nocte. postea bulliãt ebulitione vna: aut duabus deinde p̃ijce olei sisamini super ea. aut olei [illegible]e oliuis cõpletis li. ij. ⁊ pone in vase vitreo [illegible]m folijs liliorum ⁊ dimitte in sole per dies. [illegible] deinde cola ⁊ administra.

Istud [illegible] est in vsu sub nomine olei liliorũ cũ speciebus aut su[illegible]omine de lilijs cõpositi ad differentiam alterius descrip[illegible]is ſm quam fit oleũ de lilijs simplex: cuius descriptio [illegible]nitur in antidotario Joan. serapi. de qua infra. Diasco. habet idem sub nomine olei susini. id est de lilijs.

Oleum irinũ. ℞. radicũ ireos quantitatem aliquã: ⁊ florũ eius duplũ: ⁊ aque decoctionis radicũ eius. q. s. ⁊ funde super ea olei sisamini. aut de oliuis maturis quãtum oportet ⁊ [illegible]oque in duplici vase. deinde permuta radices ⁊ folia liliorum ⁊ fac vt diximus de oleo rosato.

Istud oleũ est in vsu sub n[illegible]ine olei de ireos: aut irini: aut liliorũ purpureorũ: nã oleum irinũ est oleũ factũ cũ radice ireos: ⁊ est radix lilij ꝙ purpureũ florẽ gerit. gale. inquit. ireos ad similitudinẽ iris quẽ in celo videmus dicitur. ⁊ hinc cognominatur: quoniã illa plures ⁊ dissimiles hꝫ colores: sic ⁊ varios: ⁊ differentes mittit flores. aliqui enim sunt albi: aliqui cerulei: ⁊ aliqui purpurei. vnde Uirgi. de iri loquens ait. Mille trahens varios aduerso sole colores.

Oleũ de cheiri qđ est ex cheiri citrina est melius ⁊ subtili⁹. deinde qđ ex alba. est aũt oleũ de cheiri resolutiuũ sedatiuũ dolorũ q̃ fiunt in neruis ⁊ iuncturis ⁊ pectore renib⁹ ⁊ vesica. ⁊ eius modus est sicut olei de camomilla.

Istud oleum est in vsu. et debet fieri quia ingreditur in multis locis.

¶ Cheiri aũt est, viola citrina dicta apud quosdã sarracenica. Auer. in .v. col. inq̃t alcheiri .i. viola de romania. hec apud nos in hortis ac bladis inuenit̃. Aui. iij. cañ. in fen. xxij. in .c. de potionib⁹ falsus. nã mãdragora non est sicut forma hois: vt apparet eis inq̃t. albezed. de quo dixit quidã qȯ est alcheiri rubea. Hic tex. Aui. apȯ arabes est corrupt⁹: nã albesed est coral⁹ sicut apparet apȯ Sera. in proprio ca. de coralo. Nic. floren. in lib. vij. in .c. de cura dolorũ iũcturarũ in speciali. ⁊ ꝓprie sciatici inquit. Dixit Gal'. medicamẽ cõfectum cũ cheira citrina pluries dissoluit apostemata dura accidẽtia in articulis. Idẽ ibi ait. inq̃t Dia. hec est descriptio medica minis cheiri citrini qualiter dz fieri: ⁊ dz intelligi de flore ei⁹: q̃ ⁊ appellat̃ cheiri rufa ⁊ appellat̃ bassad. Similiter tex. Nicolai est corruptus dicẽtis ꝙ cheiri rufa appellat̃ bassad. nã vide in omnibus libris de arabico trãslatis in latinuz. ⁊ videbis ꝙ balsad est coralus. ⁊ alcheiri est viola citrina que satis est nota.

Oleum de melliloto nõ est in vsu. Mellilotum aũt componitur a melli. ⁊ lothos qȯ est trifoliũ nã sine dubio mellilotũ ẽ species trifolij. ⁊ dr ꝙ est trifoliũ odoratũ vt dictũ fuit in emplastro de melliloto.

Oleũ de nenufare cõfert sicut oleũ violatũ. ⁊ fit sicut illȯ qȯ apud nos est i vsu. sz cõponũt ipm ex florib⁹ nenufaris. ⁊ oleo onfancino posite soli per dies. xl. ⁊ postea vtantur.

¶ Nenufar aũt apud Diasco. vocatur nimphea siue vt alij cacabus veneris .i. papauer palustre siue vt latini alga pactuatio de farfara. q2 ibi clare dterminat̃ [illegible] ȯ eo.

Oleum de citonijs. ℞. carniũ citoniorũ tritorum cuz cortice suo quibus media a[illegible]idit maturatio ⁊ succi eoruz añ. partes eq[illegible]les. olei ex oliuis incõpletis quantũ suffi[illegible] pone in vase vitreo per dies. xv. a[illegible] deinde coque i vase duplici per hora[illegible]uatuor post illud fiat permutatio citonio[illegible]m ⁊ succi eorum ⁊ fiat sicut dixim⁹ bis vel ter. deinde cola et reconde.

¶ Istud oleum est in vsu. citonium autem fructus est satis notus: existimant aũt quidam ꝙ istud oleum sit illud quod a Dia. mellinum dicitur.

Oleum mirtinum fit sicut oleuz de citonijs.

¶ I[illegible] oleũ apud nos nõ est in vsu. mirt⁹ [illegible] est arbor cuius semẽ mirtil⁹ dr: cui⁹ spẽs ꝼm moder. du[illegible]unt .s. albus ⁊ niger. alb⁹ aũt est cubeba seu mirt⁹ agrestis. niger est ille quo vtimur generaliter. Isi ait mirt⁹ a mari dicta eo qȯ magis littorea arbor sit. vnde ⁊ Virg. Littora mirtetis letissima ⁊ a[illegible]ntes littora mirte. Hic est qȯ a grecis mirnee dr. Medicorũ autẽ libri hanc arborem aptã scribunt mulieꝝ necessitatibus plurimis.

Oleũ de pomis iabrol ⁊ sunt poma mãdragore. ℞. expressiõis eorũ cõpletorũ. ⁊ olei sisamini añ. partes equales. decoque in vase duplici vsq3 ad succi consumptionẽ. deinde cola ⁊ reconde in vase cũ eiusdẽ succi expressione sunt quarte partis ⁊ vtere.

¶ Istud oleũ nõ est in vsu. Nico. in suo antidotario hz hoc oleum sed non est omnino idem.

¶ Pomũ iabrol est pomũ mãdragore ꝼm intẽtionẽ Mesue. Aui. in ij. cañ. inq̃t iabrol est radix mãdragore siluestris: ⁊ est radix ois mãdragore magna silis forme hois. ⁊ propter h[illegible]oiatur mãdragora: est eñi nomẽ imaginis naturalis .s. sicut plãte existẽs in forma hois. hic textus. Aui. est falsus: nã ma[illegible]dragora: nõ est sicut forma hominis. vt apparet apu[illegible] Diasco. ⁊ Serapi. Preterea Pet. de crescẽ. inquit mãdragora nõ determinat̃ ab auctoribus cuius due sunt species .s. masculus ⁊ femina. ⁊ quidã vt Aui. ⁊ alij dicũt feminã formatã esse ad modũ femine masculũ ad modũ viri qȯ falsum est: ⁊ sic certũ est qȯ mãdragora nõ est in similitudine forme hois. verũ itali herbatici ⁊ maxime falsificatores accipiũt radicẽ brione ⁊ cũ certis instrumẽt[illegible] faciũt quandã imaginẽ ad similitudinẽ forme hois: ⁊ dicũt ꝙ illa vera est mandragora quibus nõ credit̃. Ser. in .c. de mãdragora narrat de pomo ipsius de mẽte Rasis ⁊ ibidẽ dicit. dixerũt mihi quidã ex antiquis babylonie ꝙ puella quedã comedit quinq3 poma mandragore ⁊ cecidit sincopizata ⁊ facta est tota rubicũda: ⁊ quidã superueniens effudit super caput aquã niuis toties donec surrexit.

Oleum de enula. ℞. radices enule cõtuse et succi eius radicis. ⁊ olei sisamini. añ. partes equales. vini odoriferi partẽ .5. fac sicut diximus in oleo mirtino. Alius modus operationis ei⁹ est. adde ꝑmixtiõis ꝓdicte foliorũ lauri: cordumeni .i. cheisim hortulani: spice inde. calami aromatici añ. vj. partem vnius et decoque sicut diximus

¶ Istud oleũ nõ est in vsu. Enula est herba satis nota.

Oleũ de cinamomo cõfert sicut oleũ de enula: ⁊ mod⁹ operationis ei⁹ est sicut illius.

¶ Istud oleum nõ est in vsu. Dia. hz descriptionẽ hui⁹ olei: sed nõ est eadẽ huic. Cinamomi aũt ꝼm Sera. spẽs sunt plures sicut apparet in suo cap. Macer. aũt inquit cinama tres spẽs dicũtur habere: sed harũ est preciosa magis que plus subtilis habet. ⁊ que plus mordet mixta dulcedie linguã ⁊c. ꝼm intẽtionẽ Macri ei⁹ species sunt tres: sed ꝼm Sera. sunt plures. Jo. angli. in. cap. de passionib⁹ stomachi inquit. item vtantur homines frequenter cinamomo q2 os redolere facit. ⁊ valet contra reuma frigidum ⁊ preseruat a corruptione humorum: ⁊ ideo dicitur. cur morietur homo qui sumit de cinamomo supposito bono regimine.

Oleũ de rutha. modus operationis eius est sicut olei mirtini.

¶ Istud oleũ ꝼm intẽtionẽ Me. fit sicut oleũ mirtinũ. fit aũt sicut oleũ de citonijs. hoc est ꝙ accipiat̃ foliorũ ruthe ⁊ succi eorũ añ. partes equales. olei oliuaꝝ incõpletarũ quãtũ sufficit: ponant̃ hec tria in vase per dies. xv. ⁊ obturet̃ os ei⁹. deinde coque in vase duplici per horas quatuor postea colentur fortiter manibus cõprimendo ⁊ bis vel ter hoc reiteretur deinde cola ⁊ reconde.

¶ Rutha autem herba est satis nota.

Oleũ nardinũ est ole[illegible]m benedictũ. ℞. spice aromatice. ℥. iij. vini ⁊ aque. añ. ℥. ij. 5. olei sisamin[illegible] ℥. vj. decoquantur in vase duplici lẽto igne quasi per horas quatuor ⁊ freq̃ẽter moueatur omni hora.

¶ Istud oleũ est in vsu maxime ꝼm istã descriptionẽ. verum est ꝙ mes. ponit ꝙ ipsum potest fieri duob⁹ modis: sed primus est magis in vsu. si aũt facere volueris iuxta ꝼm modum infra apparebit.

¶ Olei autẽ nardini: id est de spica nardi seu spica aromatica. Auicen. in .v. cano. habet vnam aliã descriptionem: sed non est idem. Rasis in nono Almansoris in .c. de dolore stomachi prouenieñte ex apostemate indurato ponit oleũ nardinũ: sed nõ est in vsu. Dia. ait oleũ nardinũ diuerse cõficit̃ cũ folio malabatri ⁊ sine isto miscet̃. Joannes anglicus in capitulo de modo abluendi oleũ

habet descriptionem huius olei: sed non est similis.

¶ Oleum sisaminum: idest oleum quod fit ex granis sisami cuius modus superius fuit positus sed nõ oportebat Mesue dicere oleum sisaminum: quia hodierni apothecarij apud nos generaliter ponunt loco olei sisamini olei oliuarum pro hoc oleo conficiendo: sed errant errore maximo.

Oleum nardinum ſm aliũ modum. ℞. spice inde .i. nardi ʒ. iij. sansuci .i. maiorane: xiloaloes .i. aloes enule. folij indi. calami aromatici. foliorũ lauri ciperi squinanti. cordumeni .i. carui agrestis: seu sileris cretici. ana. ʒ. j. ß. proijciãtur super ea priusq̃ fuerint cõtrita vini ⁊ aque fontis. q. s. olei sisamini li. vj. deinde fiat sicut primum ⁊ coquatur horis. vj. ⁊ agitetur omni hora.

¶ Istud oleum ſm istam descriptionem apud nos non est in vsu. Idẽ mesue ponit q̄ ipsum potest fieri per tertiũ modum: sed nõ est in vsu.

Oleum masticinũ. ℞. masticis. ʒ. iij. olei sisamini kist. j. coque in vase duplici. Secundus modus operationis ei⁹ est. ℞. olei rosati. ʒ. xij. masticis. ʒ. iij. vini boni. ʒ. viij. decoque sicut primũ ad vini consumptionem.

¶ Istud oleum nõ est in vsu: ſm intentionem Mes. potest ipsum cõfici duobus modis: sed primus apud nos nõ est in vsu: imo secũdus est ille de quo general'r Aui. in. v. canonis habet vnam descriptionem que est eadem cum prima.

¶ Mastix vero gummi est satis notum. Isid. mastix arboris lentisci gutta est. melior autem in chio insula gignitur odoris boni. ſm Sal'. mastix est gluten romanũ.

¶ Chist est pondus ſm modernorum opinionẽ libre. j. cum dimidia. Aui. in. v. canoñ. in tractatu de ponderib⁹ inquit. chist apud gẽtes que lingua greca loquntur cognitum est: super mensuram vero nõ cõueniunt oẽs: ⁊ illud est: q̃m quidam eorum vtuntur alia q̃ vtantur alij. Chist eñ apd romanos capit lib. j. ß. ⁊ sextã. quare est. ʒ. xx. ⁊ chist italicum lib. j. ß. et li. est. ʒ. xij.

Oleum de storace. ℞. olei sisamini. ʒ. xij. storacis. ʒ. iij. fiat sicut oleum masticinũ: deinde coletur ⁊ administretur.

¶ Istud oleum nõ est in vsu. idem Aui. in. v. canoñ. habet vnam aliam descrip. que eadem est. Diasco. habet descrip. huius: sed non est eadem.

¶ Storax. s. storax calamite que satis est nota. Mes. in suo grabadin in ca. de egritudinibus neruorum habet duas descriptiones olei de sigia ⁊ est storax liquida: sed non sunt in vsu.

Oleum costinũ. ℞. costi amari. ʒ. ij. cassie .i. cassie lignee. ʒ. j. extremitatũ sansuci. ʒ. viij. vini odoriferi quantũ sufficit ad in[...]dẽdũ noctibus duabus olei sisamini lib. iij. decoquatur sicut oleum nardinum horis sex.

¶ Istud oleum est in vsu. Aui. in. v. c. habet duas descriptiones: sed nõ sunt eedem.

¶ Costum vero est radix amara.

Oleum de alchãna. ℞. florum alchanne. ʒ. iiij. antiqui. ʒ. x. fiat sicut oleum rosatum. In defectu autem florum fiat cum folijs ⁊ iteretur decoctio eius cum modico vini.

¶ Istud oleum non est multum in vsu. Diasco. habet aliam descriptionem sub nomine olei ciprini: quod idẽ est: nam oleũ de alchãna apud arabes est oleũ ciprinuz apud grecos. Itẽ Dia. aliud de ipso facit. c. sub noie cipri arboris cuius folia sunt oliue similia: sed viridiora ⁊ paulo grossiora ⁊ semen nigrũ ⁊ florẽ albuz germinat cũ odore bono: apud modernos due sunt spẽs. s. alba ⁊ rubea. alba vero ſm existimationẽ pluriũ modernoruz est frutex sicut arborosa que iuxta hortos ac in campis inuenitur. ⁊ est quam nostri cauerox vulgariter dicũt: de cuius flore mulieres inficiunt capillos. rubea ṽo apd nos non inuenitur.

Oleũ de sansuco fit sicut oleũ de mirtho: vez fit ex folijs sansuci ⁊ ipsius succo ſm modũ supradictum in oleo de citonijs.

¶ Istud oleũ nõ est in vsu. Dia. habet vnã aliam descriptionem: sed non est eadem huic.

¶ Oleum vero sansucinũ est oleũ de maiorana. Diasc. inquit sansucus a siculis amaracus nominat'. Idẽ dicit Pli. sed ſm Aui. amaracus est alacoẽ siue veheuẽ: vt apparet apud eundẽ in. v. cano. in trociscis andaracharon: verũ generaliter hodierni habent opinionẽ quod amaracus sit maiorana. vez cõtraria est opinio Simonis Januen. in cap. de alaccon. Isido. dicit sansucus est quẽ latini amaracũ vocãt cuius noie vsus est Uirgili. etiã ad venerẽ referens vbi mollis amaracus illũ floribus ⁊ dulci spirans amplectitur vmbra. vnde ⁊ nomen traxit amaracus a puero cuiusdam regis qui casu lapsus dum ferret vnguenta nomen ⁊ gratissimum ex infusione vnguenti odorem creauit.

Oleũ de mezereon. ℞. foliorũ mezereon. ʒ. iiij. ⁊ proijce super ea aque dulcis li. j. dimitte d[...]ac nocte. deinde infundant' sup ipm lactis dulc ⁊ recẽtis. ʒ. vj. olei sisamini. ʒ. viij. coquantur vsq₃ ad lactis ⁊ aque cõsumptionem: deinde coletur ⁊ reponatur.

¶ Istud oleũ est in vsu: ⁊ d₃ fieri ſm istã descriptionẽ. Idẽ in [...] mezereon habet vnã aliã descriptionem: sed non e[st e]adem huic. Leonardus de preda palea in capitu. de fistulis habet vnam aliam descriptionem que est eadem.

¶ Mezereon apud Dia. vocatur camela siue cocognidium vt dictum fuit in electuario de mezereon.

Oleũ de hasce ⁊ est oleum sericinũ. ℞. hasce. ʒ. iiij. zinziberis. ʒ. j. ß. funde super ea in vase vitreato succi extremitatum halasce. [ʒ.] iiij. olei sisamini. ʒ. xiiij. aque dulcis q[ua]ntũ suff[ic]it decoque vsq₃ ad aque cõsumptionẽ. Modus alius. ℞. olei sisamini: ⁊ succi halasce: et lactis vaccini recentis añ. lib. ij. albarum penidiarum. ʒ. v[j]. [z]inziberis albi. ʒ. xij. ⁊ decoquantur vsq₃ ad succi et lactis consumptionem: ⁊ administretur.

¶ Istud oleũ nõ est in vsu: ſm aũt intentionẽ Mes. oleũ de hasce est oleũ sericinũ ⁊ sic credo: q' Joan. Serap. in suo antidotario inquit oleũ alsek. in fine descriptionis ait: coquatur donec cõsumatur aqua ⁊ remaneat oleũ sericinũ: ⁊ ibi docet ipsum facere duobus modis: vt facit Mesue. Auicẽ. in quinto cano. habet tres descriptiones. Mesue vero dicit. ℞. hasce. Joã. Serap. dicit alsek. Auicen. hasce. si hec tria idem sunt: est thimus: si autẽ non: est isopus vsualis: nã in isto oleo primo habet extremitatum halasce .i. thimi. ⁊ sic quidã sapientes dixerunt q̄ per hasce intelligitur isopus et per halasce thimus. Mesue ponit in alia descriptione penidio. vñ Joã. Sera. inquit in descriptione alia nõ dicitur vaccinum: et dicitur q̄ illud accipitur ex penidijs.

Oleum de cucumere asinino. ℞.succi cucumerum eius completorũ olei sisamini.añ.℥.vj.coque vsq₃ ad cõsumptionẽ succi ꝛ vtere.

¶ Modus alius. ℞.succi radicũ eius:ꝛ radicũ eius cõtritarum añ.ʒ.vj.olei sisamini.lib.j.coquantur sicut diximus ꝛ administretur.

¶ Istud oleũ est in vsu:tñ nõ multũ.Dias.hꝫ vnã aliam descriptionẽ sub noĩe olei sicionij.id est olei de radice cucumeris asinini:eius succus apud eũdem electuarium dicit. Mesue in ca.de cucumere asinino inqt.cucumer asininus est fructus sicut cucumer paruus qui satis est notus.ꝛ melioꝛ pars ei⁹ plante est fructus ipsius ꝛ pꝛopꝛie ei⁹ cõpleti succus:ꝛ post ipsum radix ꝛ melioꝛ fructus eius est completus citrinus iam expoliatus a viriditate ꝛ qui est vere amaritudinis:ꝛ cui⁹ succus est albus habens sicut de pinguedine aliquid. Incompletus vero est malus ꝛ melius tempus operationis ei⁹ est finis estatis:ꝛ collectionis radicis eius est finis veris.

¶ Operatio succi. ℞.ex succo eorũ quãtitatem quã volueris ꝛ ꝓpꝛie quãdo citrinescũt ꝛ sunt maturitatis cõplete:et fiat extractio succi cum facilitate nõ cum compressione ꝛ expressione laborioſa:ꝛ exiccetur sicut exiccatur scamonea ꝛ aloes ꝛ conseruatur succus eius triennio.ꝛ est administrandus post sex menses.

¶ **Oleum de pomis citrangul[...]s.** ℞.poma citrãgulorũ nume.xij.ꝛ sint ꝓpꝛie antiqua ꝛ pone ea integra in vase figuli vitreato.funde super ea olei de oliuis aut olei sisamini.℥.xxvj.aut plus ſm magnitudinẽ ꝛ paruitatẽ citrangulorũ ꝛ aque fontis ꝛ aque mar[...] añ.li.ij.coquatur ad cõsumptionẽ aque:deinde funde sup ipsam aque dulcis clare lib.[...].et proijce super ea penidiarũ albarũ.ʒ.vi[...] decoque vsq₃ ad aque cõsumptionẽ ꝛ [...]ministret in potib⁹ ꝛ cibis ꝛ pulmẽti[...]e farina.

¶ Istud oleũ nõ est in vsu. Superius [...]t positũ oleum de granis citri ꝛ citrãgulorũ:ꝛ hoc e[...]e pomis citrangulis ꝛ de hoc pomo testatur Simon Januen.ꝙ nunq₃ inuenit aliquem de eo mentionẽ fecisse:sed ſm modernorum opinionẽ est pomũ [...]tũ aranciũ. Matth.silua.inquit.pomũ arãcie.i.citrangulũ vel citroniolũ.nam [...]oc pomũ in coloꝛe est citrinũ. Auicen.in lib.j.in fen.ij.doctrina.iij.ca.ij.de significatiõib⁹ coloꝛis vrine inquit.ex [...]oꝛibus vrine sunt gradus citrinitatis sicut palearis:deind[...]citrinus:post flauus:deinde rufus:postea citrãgula[...]postea igneus qui tincture croci a[...]latur.

¶ Vas figuli.i.terra argille. Isid.in ca.de vasis [...]tarijs ait.vas dictũ a vescẽdo ꝙ in eo esce apponãtur:cui⁹ diminutiuũ vasculũ quasi vesculũ. Mesue habet in vase figuli.i.de argilla siue terra figuli vnde vasa fiunt dicta argis vbi pͥmo ipsa vasa [...]ta sunt. Pa.argilla terra humida ab argis dicta apud q̃s primũ ex ea vasa facta sũt.

Oleum de croco. ℞.croci.℥.j.mirre pure.ʒ.iiij.cordumeni.j.leuistici hortulani.ʒ.ix.calami aromatici.℥.viij.infundantur medicine in aceto diebus quinq₃ preter cordumenũ:die sexta ꝓijciatur super ea cordumenũ:ꝛ dimittatur die vna:deinde fundat sup ea olei li.j.ß.et coquatur lento igne vsq₃ ad aceti cõsumptionẽ et sũt qui loco aceti vinũ ponũt.

¶ Istud oleũ est in vsu:tamẽ nõ multũ. Auicen.in.v.canõ.habet vnam aliam descriptionẽ:sed nõ est eadem huic. Crocus.i.zaffarã ꝛ est crocus oꝛietalis seu cõmunis.inue[...]lius crocus qui hortulanus dicitur:et hic est cnr[...]amus.

Oleum de piperibus. ℞.triũ piperũ añ.℥.iij.chebulorũ:belleric[...]ũ emblicorũ:ꝛ indorum añ.ʒ.v.radicũ apij:feniculi añ.ʒ.iij.ß.ferapini:oppoponacis:iusquiami albi ana.ʒ.iij.ß.turbith albi boni.ʒ.xij.zinziber.ʒ.ij.caulis recentis hasce humide foliorũ ruthe humide.quãtum de singulis c[...]pi potest:decoquãtur oĩa post contritionẽ earũ cum aque lib.xxiiij.vsq₃ ad tertiã partem:deinde coletur ꝛ proijciatur super ea olei de cherua emine.ij.ꝛ coquatur vsq₃ ad cõsumptionẽ aque:et sunt ex hominibus qui addũt in eo ireos.ʒ.vj.tapsie.ʒ.ij.anisi cordumeni.i.carui agrestis añ.ʒ.j.ß.calami aro.ʒ.ij.ß.spice ĩde.i.nardi.ʒ.j.expressionis alasce.sextaria tria ꝛ administretur vbi opoꝛtet:ꝛ sunt qui loco olei de cherua ponunt oleum irinum.i.de ireos aut oleum de cherua:id est de viola citrina:aut oleum de amigdalis amaris.aut ex oĩbus partes conuenientes.

¶ Istud oleũ est in vsu maxime apud Mediolanenses. dicit autẽ de piperibus ꝓpter tria genera piperis que in eo ingrediũtur:ꝛ sunt propꝛie albi dicti leuci:nigri dicti melani:longi dicti macri:et hec tria genera nota sũt apothecarijs:sed apud medicos nõ tantũ:quia opinio multorũ medicorũ est ꝙ piper album sit cataputia:aut granũ been:quod nõ est credendũ.ꝛ ego summe admiroꝛ ꝙ doctoꝛes supꝛadicti in descriptiõe olei de been sint decepti in re tam facili:cũ habeant ca.speciale ꝛ clarissimum a Sera.qui hec tria genera apertissime declarat.

¶ Hasce humide.i.recẽtis ꝛ est thimus:nam inuenitur in aliquibus codicibus Mesue vbi dicitur hasce humide.ergo hasce est verus thimus sicut apparet apud Serapi.in capi.de thimo.quidam dixerũt quod est hysopus.deus vero nouit.

Oleum de cherua est oleum qđ fit ex semine: qđ dr̃ granum regum siue cataputia maioꝛ: vt apparet supꝛa. Emina ſm Aui.in.v.cañ.in.c.de põderibus. Emina italica ꝛ egyptiaca est.℥.xvj.ꝛ emina romana est.℥.xx. Papias ait.emina appẽdit li.j.q̃ geminata sextariũ facit:habet dragmas centum.

¶ Tapsia ſm dia.dr̃ tapsia:quia primo in insula tapso fuit inuenta.ab Aui.vocat texifisie:ꝛ dicit ꝙ est gummi ruthe: agrestis.ꝛ ſm halis[...]atẽ tapsia est rutha agrestis. Aui.in.v.col.inquit tapsia.i.gummi ruthe agrestis ſm quo[...] medicos:quidam praue crediderunt ꝙ esset rubea tin[...]oꝛum:sed non recte: verum est qđ tapsia ſm Simo.ex autoꝛitate Pauli est rubea tinctorũ sed aliud est. Aui.in.v.canoñ.in.c.de cura alguada ꝛ albaras in quodã medicamine habet tapsiã ꝛ rubeã tinctorũ:qđ non esset si esset idem.sunt ex hoibus qui loco tapsie ponunt ruthã siluestrem.ꝛ sunt ex hominibus qui ponũt cassiam.ꝛ sunt ex hominibus qui ponunt lelepidum qđ est genus eruce siue seitaragi indi.

¶ Sextariũ ſm Aui.in.v.cañ.in.c.de ponderib⁹ est.℥.vj. idẽ dicit gentilis super illũ passum.moder.vero gñaliter opinãtur ꝙ sextariũ sit pondus duarũ librarũ cũ dimidia:maxime qñ inuenitur vini vel aque vel succi.si vero inuenitur sextariũ cinamo.aut piperis intelligit põdus dragmarum sex:in hoc sunt diuerse opiniones.

Oleũ de euforbio. ℞.euforbij.℥.ß.olei de

cheiri.i.olei quod fit ex viola citrina.ʒ.v.vini odoriferi.ʒ.decoq[ue] vsq[ue] ad vini consumptionem:et vtere.

¶ Istud oleum est in vsu. Mes.ponit q[uod] illud oleū potest fieri duobus modis:⁊ sic est q[uod] sunt ex hominibꝰ qui faciunt ipsum fm primū modū:⁊ sunt qui faciunt ipsum fm aliū modū.verū nostri doctores magis laudant fm modū q[uam] primum. [A]uicen.in quinto canoñ.habet vnā aliā descriptionē que videt[ur] esse eadē cū secunda descriptione:⁊ sic aliam describam.

Oleum de euforbio fm aliū modū. ℞.stafisagrie cōdisi.añ.ʒ.iij.piretri.ʒ.vj.calamenti montani sicci.ʒ.xij.costi.ʒ.x.castorei.ʒ.v.tere ⁊ decoque in vase vitreo cū vini odoriferi li.iij.ʒ.post q[uam] infusa fuerint in eo diebꝰ duobꝰ vsq[ue] ad mediū vini:deinde frica manibꝰ fricatione vehemēti ⁊ cola ⁊ funde super ipsum olei de cheri.i.de viola citrina aut olei sisamini li.j.ʒ.⁊ decoque vsq[ue] ad consumptionē vini.deinde proijce super ipsum euforbij recentis:⁊ albi.ʒ.iiij.trita contritione vltima:⁊ coquatur cum eo et vtatur.

¶ Istud oleū est illd q[uo]d magis laudant nostri doctores.
¶ Euforbium vero est gummi satis notum.
¶ Sta fisagria fm Aui.in.ij.canoñ.est vua passa montana ⁊ est granū capitis ⁊ in mōte libano inuenitur de ea plurimum ⁊ est granum nigrum sicut cicer nigrum. et hec ab aliquibus dicitur pedicularia:eo quod pediculos occidit.
¶ Condex.i.condisi ⁊ est id q[uo]d Diasco.vocat structiū ⁊ sunt radices quibus vtuntur lanarū ad suffumigandū lanas fm intētionē Diascoridis nunq[uam] potui cognoscere quid esset.virtutē etiā habet ad prouocandū sternutationem:⁊ propter id multi crediderunt ipsum esse elleborū album:sed nō recte sicut patet per Dias.propterea Macer vocat id structiū.⁊ inquit q[uod] nō minus p[ro]uocat sternutationē quā elleborus albus. Dinus aūt florentinus.in li.ij.in.c.de cura scrofularū inquit.i.cōdisi.elleborus albus q[uo]d falsum est:idem dicit auerrois in.v.colliget.vide etiā Auic.in.iiij.canonis in fen.vj.in summa secunda venenorū ex plantis qui ait de condisi ⁊ elleboro albo:ergo idem nō sunt:verū hodierni putāt ipsum esse speciē ellebori:⁊ loco eiꝰ pōt poni elleborus eo carētes ⁊ nullo modo audeant huius interius propinare.

Oleum vulpinū. ℞.vulpem integrā cuiꝰ interiora sint euulsa:⁊ pone in vase:⁊ funde super ipsam aque fontiū ⁊ aq̄ marine.añ.krist.j.lib.j.ʒ.olei antiqui [cl]ari krist.ij.ʒ.decoq̄ lento igne cū salis.ʒ.iij.vsq[ue] ad aq̄ consumptionē:deinde pone in vase:⁊ proijce s[uper] ipsam herbe aneti ⁊ alasce.i.thimi añ.lib.j.⁊ funde super ea aq̄ dulcis vbi cocte fuerint ex ijsdez herbis añ.M.j.manipulus est tātum quantū capi pōt vna manu:decoque sicut prius vsq[ue] ad aque cōsumptionē:⁊ administret[ur] est enī mirabile:⁊ qñq[ue] peter oleū coquitur vulpes in aqua fontiū ⁊ aqua salsa:⁊ sit aq̄ quātitas multa cum eisdē herbis:⁊ administretur lauādo in tina:⁊ est efficax.hoc quoq[ue] nō pretermittimus q[uo]d vulpes tandiu d[ebet] coqui siue in faciendo oleum siue aquā ad abluendum donec sic cocta sit vt eius artus omnes laxentur ⁊ dissoluantur.

¶ Istud oleum est multum in vsu. Joan.anglicus in.c.de dolore iuncturarum inquit:oleum vulpinū est medicamen vltimum ad arteticam:⁊ podagrā:⁊ dolorem renū:⁊ dorsi.quod ita fit vt docet dñs. Mesue.⁊ Petrus argillata in.c.de podagra siue gutta frigida ponit vnguētum de vulpe ipsius. Mesue.℞.vulpē integram euulsis interioribus:⁊ pone in vase cū aqua salita vino ⁊ oleo:⁊ vltra hoc pone in hoc vase saluiā:⁊ rorem marinū iuniperum anetū origanū:⁊ maioranā o[mni]a ista bulliāt:vt docet ipse ibidem.miror ob talia verba:nā primo Mesue non ponit vnguentum de vulpe.preterea descriptio olei vulpini nō est eadē:sed vide supra in vnguēto de vulpe:vulpes vero apud arabes d[icitu]r thaleb. Guil.narrat virtutem ipsius dicēs q[uod] oleum in quo decoquitur vulpes cōfert multū doloribus iuncturarū:⁊ multi medicorū ponunt ipsam viuam in vase cum oleo:⁊ decoquunt:⁊ quidam ponunt eam mortuam:sed hoc oleum nō est plus resolutiuum q[uam] oleum in quo coquitur.adeb:nam qñ coquitur in oleo est virtus eius resolutiua multum:⁊ nos quidem diximus q[uod] medicine que hoc faciunt attrahūt ab interioribus corporis.

Oleum de [sc]orpionibꝰ. ℞.scorpiones circiter.xx.vel plus vel minus fm quātitatē eo[rum]:⁊ pone in vase vitreo:⁊ funde super eos olei amigdalarum ana.lib.ij.⁊ stringe caput vasis:⁊ dimitte in sole diebus.xxx.deinde cola et vtere.

¶ Istud oleum est in vsu. Mesue docet ipsum componere d[uo]bus modis:⁊ sic sunt ex hoibus qui componunt ipsu[m] fm primum modum:et sed nostri doctores magis l[au]dant secundam descriptionem q[uam] primam:et sic illam d[e]scribam.

Oleum [de] scorpionibus fm aliū modū. ℞.aristologie r[o]tunde gētiane ciperi.corticum radicis capp[ar]is.añ.ʒ.j.funde super ea olei amigdalarū amararuz krist.j.⁊ pone in sole.xx.diebus deinde p[ro]ijce super ea ex scorpionibus a.x.vsq[ue] ad.xv.⁊ iterū stringe orificiū vasis:⁊ dimitte in sole p[er] dies.xxx.deinde cola ⁊ reseruetur:est enim mirabile.

¶ Istud [ole]um maxime fm istam descriptionē [est] illud q[uo]d m[a]gis laudāt nostri doctores:vide etiā apud rasim in li.de diuisionibus in.c.medicinarum vrine vnam descriptionem que eadem huic est. Joannes anglicus in ca.de lapide renū h[abe]z hanc descriptionē:scorpiones aūt satis noti sunt supra narrau[i d]e ipsis in.c.de tyriaca:q[uod] valet contra scorpiones.

Oleum de serpētibus. ℞.ex serpentibus nigris circiter lib.ij.sint serpētes nigri integri et funde super eos olei sisamin krist.j.ʒ.et pone in vase terreo vitreato stricti orificij:et sigilla orificium vasis:et decoque lento igne vsq[ue] dum dissoluantur serpentes:et caueat sibi operator a vapore eius:et cum coctum fuerit dimittatur infrigidari:et recondatur in vase vitreo:et administretur liniendo cum penna.

¶ Istud oleum non est in vsu.
¶ Serpens aūt accepit nomē q[uia] occultis [...]ibus ser

pit. Auic. in .v. cano. habet vnā aliā descriptionē que est sil'is huic. adē hꝫ Leonar. de preda palea in ca. de fistulis. Giliber. de anglia in ca. de paralesi habet vnā aliam descriptionē: sed nō est similis isti: species autē serpentum multe sunt. Auicē. in .ij. cañ. de serpēte facit cap'lm: sed ibi nō narrat eius species: verum idem in quarto in fen. vj. in ca. de speciebus serpentū de ipsis loquitur: et narrat de morsu basilici .i. reguli quoniā habet coronā: cuius longitudo est duorū palmorū: ⁊ caput acutū valde: ⁊ oculi eius sunt rubei: ⁊ color eius ad nigredinē et citrinitatē decliuis est: qui adurit totū super qđ incedit: et nō oritur in circuitu cauee eius aliquid ⁊ cū opponitur habitationi eius auis moritur ipsa auis: ⁊ fm plurimū qui tangit eū cū virga moritur: ⁊ est mediāte virga: ⁊ ꝓpter illud iam tetigit illū miles quidā cū lancea sua: et statim mortuus est miles ⁊ animal eius: et tetigit ipse labium equi: quare mortuus est equus ⁊ miles: et hi quidem serpentes multiplicantur in terra arroth et nubie: verum de numero serpentū primi ordinis reperiuntur species quedā draconum interficientium sicut basiliscus flatu eorū: de quorū numero fuerunt dracones de quibus recitat aristoteles in libro de ꝓprietatibus herbarū ⁊ plantarū ꝙ tempore regis philippi erāt in duobus montibus inter quos montes erat posita via ducens ad ciuitatē: ⁊ quotquot per illam viā transibāt quādo erant inter illos mōtes moriebantur: ⁊ tunc Socrates ingeniatus est ad mortem ipso[illegible] ⁊ fecit fieri caueam vitream: ⁊ intrans in eā illuc perrexit: ⁊ vidit illos quorū flatu inficiebatur aer per cuius respirationē et contractum inficiebantur transeūtes: ⁊ moriebātur: dicunt etiā quidaꝫ ꝙ regulus serpens interficit suo sibilo ⁊ suo visu. regulus etiā est auis paruissima omnibus nota nullius effectus est opera medicine.

Oleum de ranis. ℞. ranarum aquati[illegible]rum capita circiter. ℥. vj. et funde super ea in vase vitreo olei sisamini. kist. 5. ⁊ obtura [illegible]rificium vasis decoque sicut diximꝰ in ol[illegible] serpentino: ex multis autem rebus fi[illegible] olea secundum hunc modum que reru[illegible] quibus fiunt virtutem habent: de qu[illegible]bus multi ex scriptoribus scripserunt in quibus sermonem non extendim[illegible].

¶ Istud oleum nō est valde in vsu. Joannes anglicus in. c. de dolore iuncturaruꝫ habet descriptionem hu[illegible]us olei: species autem ranarum multe: sunt. Auic. in secū[illegible] canoñ. de ipsis loquitur: sed nō distinguit species earū: verum idem in quarto canonis in fen. vj. in tractatu secun[illegible] de venenis ebibitis: que sunt ex anim[illegible]libus loquitu[illegible] de ranis lacunalibus viridibus: ⁊ [illegible] rubeis: ⁊ de ranis citrinis ⁊ ibi loquitur de venenositate q̄ est in ipsis: nam sine dubio omnes rane sunt venenose. Sera. in. c. de ranis inquit ex autoritate Dia. rane que sunt in paludibus qñ co[illegible]untur cum sale ⁊ oleo: ⁊ administrantur in cibo sun[illegible] bezaar venenis: nam bezaar est tyriaca contra venenum etiā bezoar est lapis contra venenum. Isid. in. c. de piscibus inquit. rane a garrulitate vocate eo ꝙ circa genitales strepunt paludes: ⁊ sono vocis importunis clamoribus reddunt. ex his quedam aquatice dicūtur quedā palustres: quedā rubete ob id qr in rubis viuunt grandiores cunctarum alie calamites vocantur qm̄ inter harundines ⁊ frutices viuunt. minute o[illegible]niū ⁊ viridissime mute: ⁊ sine voce sunt: agridule rane parue in sicco vel agris morātes: vnde ⁊ nuncupate: negant quidam canes lattare: quibus in offa rana viua fuerit data.

Oleum de ouis. ℞. vitella ouorum elixatorum circiter. xxx. et comminue ea manibus: et pone in sartagine lepida: et frige super ignem [illegible]ndo cum ligneo aut ferreo cocleari donec rubescant et resoluatur ab eis oleum: et tūc exprim[illegible]a cum cocleari: ⁊ manabit abunde.

¶ Istud oleum nō est in vsu: fm intentionem Mesue potest componi tribus modis. Leonar. de preda palea in ca. de fistulis habet etiam hanc descriptionem.

¶ Ouorū species sunt plures. Aui. in. ij. cañ. ait. oua nota sūt: ⁊ meliora ex eis sūt oua galline recentia: melius qđ in eis est vitellus: ⁊ melius eor[illegible]n artificiū est: vt non cum alio congelentur. Gal'. autem inquit: oua que eligimus sunt oua gallinarū: nō ergo oportet ꝙ narremus naturam aliorum ouorum.

Oleum de frumento modus operationis eius est. pone frumentū super laminam ferream ignitam non multū ⁊ cōprime ⁊ manabit oleum. Secundus modus ponatur frumentum excorticatum in vase sublimationis: et fit sicut dicemus.

¶ Istud oleum est in vsu Leonar. de preda palea in capi. de fistulis habet huiꝰ olei descriptionē. Frumentū .i. triticum. Isid. ait. frumenta sunt ꝓprie que aristas habent: fruges autem reliqua. frumenta autē vel fruges a fruendo hoc est a vescendo dicta sunt: nam frumentuꝫ dicitur summa pars gule: primitiue ꝓprie que sunt de frugibus percipiūtur: triticum vel a tritura dictum: qđ purissimum horreo condatur: vel quia granum eius commolitur et teritur.

Oleum sinapium: modus eius est sicut olei de frumento.

¶ Istud oleū est in vsu: fm intētionē Mesue: eiꝰ operatio est sicut operatio olei de frumēto: ego autē vidi fieri oleū de sinapi sicut fit oleū de amigdalis: sinapis autem due sunt species: scꝫ nigra ⁊ alba: nigra aūt est illa que intelligitur qñ simpliciter ponitur: ⁊ vtraqꝫ nota est.

Oleum de iunipero. ℞. ex lignis iuniper i quātitatem sufficientem: ⁊ scinde in frusta ⁊ imple ex eis dolium magnuꝫ vitreatum interius cuius orificium sit arctum: ⁊ fac foueā in terra: ⁊ prepara parietes eius cū terra figuli: deinde pone ollā vitreatā ex directo in fundo fouee habentē orificiū amplū: ⁊ cooperiatur lamina ferrea subtili perforata foraminibus multis sicut cribratoriū tritici: ita ꝙ lamina vndiqꝫ olle orificium cooperiat: deinde super laminā preparetur orificium dolij ex inuerso. ⁊ preparetur cum terra figuli vt nihil ex v[illegible]qꝫ orificijs respiret: post il[illegible] accende ignem super totū corpus dolij: et dimitte ardere sic per horas duas: manabit enim ex arte hac oleum quod recōde: et administra vbi oportet.

¶ Istud oleum est in vsu. Leonar. de preda palea in ca. de fistulis habet etiam hanc eandem descriptionem.

¶ Iuniperus aūt apud Aui. est cupressus siluestris: et eius qđē alia est parua alia magna: ⁊ arbor multiplicatur in terris romanorū ⁊ occidente: ⁊ assumunt ex ea ligna ad fabricas magnas: granū ipsius apud eundē vocatur abel: sed ille textus est corruptus: nā abel est sauina q̄ vocatur bracteos: ⁊ sic si bene legis illud capitulū de abel apud Auic. videbis ꝙ est falsum: nā Sera. in. c. de iunipero inquit ex autoritate Dia. iuniperus est vna

ex speciebus cupressi masculi: ⁊ oēs sunt quatuor spēs: ⁊ sunt iuniperus: id est pi[illegible]us ind⁹ ⁊ abel: id est sauina ⁊ sorbin ⁊ gar. vȝ iuniper[illegible]s ꝗ nominatur arconas ⁊ gū mi ipsius ſm modernorū opinionem est sandaraca seu vernix scriptorum.

¶ Terra figuli. i. terra seu argilla vñ vasa fiunt. Isido. in capi. de pulueribus: ⁊ glebis terre inquit argilla ab argis vocata apud q̄s primum ex ea vasa cōfecta sunt: creta ab insula creta vbi melior est. Joan. anglicus in capit. de sterilitate [illegible]. argilla anglice clei. ⁊ est terra rubea viscosa ⁊ tenax.

Oleum fraxininum valet sicut oleum de iunipero ⁊ cōfert spleni: ⁊ fit sicut illud.

¶ Istud oleum apud nos non est in vsu.

¶ Fraxinus aūt est arbor satis nota: eius semen apud modernos dicitur in lingua auis de fraxino apud nostros doc. reperiuntur varie opiniones. quidā volunt vt Mat. sil. qđ hec arbor sit illa que ab Auicen. in. ij. cano. dr̄ arbor cimicum: sed non recte. verū Matth. sil. inquit dirdam vel dirdar est arbor cimicū siue fraxinus quod falsum est nā dirdar est ptelea: ⁊ ptelea apud grecos est vlm⁹: ⁊ sic est ꝙ dirdar siue arbor cimicum est vlmus: fraxinus aūt ſm Isido. vocari fertur quod magis in asperis locis mōtanisq; fragis nascitur: hinc ꝑ deriuationem fraxinus sicut a monte montanus.

Oleum de gagatis: et est oleum sacratum. ℞. ex lapidibus gagatis quātum vis: ⁊ fac ex eis sicut diximus in oleo de iunipero: secundus modus est cum opere sublimationis: vt dicemus.

¶ Istud oleum non est in vsu ſm intentionem Mesue: est oleum quod fit ex lapidibus qui gagates dicuntur: et ipsum est oleum sacratum.

¶ Gagates aūt ſm Diasco. est lapis qui inuenitur in licia circa ripā ꝗ gāges appellatur: colore niger ⁊ arid⁹ ⁊ quasi luminosus mediocriter leuis valde: ⁊ est melior ꝗ facile exarserit igne ⁊ odorē aspalti hñs ſm Pli. optimus est qui ad lucernā accēdit: q̄dam estimauerūt ipȝ esse oleū petroleū alij dixerūt ꝙ est carabe: sed aliud est.

Oleum philosophorū. ℞. ex lateribus antiquis multe antiqtatis: ⁊ ꝓprie factis ex terra rubea: et cōminue eos in frusta: ⁊ accende super eos ignē carbonum sine fumo vsq; dū inflāmēt ⁊ rubeāt: deinde submerge eos in conca plena oleo de alchichil. aut oleo antiquo claro vsq; dū imbibant imbitione vltima: ⁊ pone in cazola: ⁊ ꝑmitte exiccari per se. post illud cōminue eos cōminutione vltima: ⁊ pone in cazola ⁊ sigilla orificiū cazole cū orificio alembici: ⁊ [illegible]gilla cum luto alchimistarum: ⁊ pone in fornace: cui⁹ ignis sint prune: ⁊ coquat vsq; dū distillet ole[illegible] ⁊ tu ordinabis vas sub rostro alembici in quo recondis: ⁊ administra vbi oportet ⁊ quanto antiquius tanto melius.

¶ Istud oleū est in vsu: sed opȝ ipm fieri cū bona diligētia ſm intētionē Mes. est oleū in quo cōcordati sunt antiqui: ⁊ verificatū est oleū secretorū iuuamētorū alij illđ oleum sapientie dixerūt: ⁊ aliū oleum benedictum: ⁊ alij diuinum: alij vero sanctum ⁊ a pluribus oleū perfecti magisterij vocatum est. ipse Mes. in sua distinctione de oleis ponit duas alias descriptiones olei ꝗ vocant oleū bñdictū: ⁊ sunt oleū camomille: ⁊ oleū nardinū: ⁊ hoc quia sunt olea multe vtilitatis: sed proprie oleum bñdictum est oleū phorum: nā vide apđ rasim in suo tracta. de oleis ꝗ hȝ oleū bñdictū: ⁊ est idē in fine vero eius descriptionis inquit. hoc oleū est de secretis phorum: ⁊ valet sicut oleum balsami. liber qui dicitur bulchasim. i. seruitor i tractatu scđo: hȝ vnā aliā descriptionē ꝗ eadē est istis. verū Mesue dicit ꝙ accipiant ex laterib⁹ antiquis multe antiquitatis. Albuchasim autē inquit accipe lateres rubeos nouos quos aqua non tetigit. Leonar. de preda palea in ca. de fistulis hȝ vnam aliam descriptionem que est similis huic quā ponit Mes. Jo. angli. in. c. de dolore iuncturarū ait petroleū: ⁊ ē oleū bñdictū factū de laterib⁹ tñ fetidū est: sed summe penetratiuum.

¶ Oleum alchichil. i. oleum qđ fit ex floribus rorismarini bulchasis. i. seruitor habet oleum vetustissimum. Leonardus habet oleum oliue vel oleum antiquum clarum si vero componere vis cum oleo de alchilchil accipiatur florum alchichil. id est rorismarini. ʒ. x. ⁊ proijciantur in lib. j. ſ. olei oliue aut sisamini et dimittatur soli donec accipiat virtutem rorismarini: ⁊ postea coletur et administretur.

Oleum balsaminū ſm petrum de ebano in cap. de egritudinibus cordis. ℞. mirrhe electe: aloes epatici: spice nardi. sanguinis draconis: thuris: mumie opponacis bdelij: carpobalsami: [illegible]d est seminis balsami: armoniaci sarcocole croci masticis: gummi ara. storacis liquide ana. ʒ. ij. laudani electi: succi castorei. ana. ʒ. ij. ſ. musci. ʒ. j. ſ. terbentine ad pondus singularum rerum: misce oīa hec pul[illegible]rizanda cum terbentina: et pone hoc totū in alēbico: ⁊ ingeniose distilla: est enim ars [illegible]cut de aqua rosata: et postea vsui reser[illegible]tur.

¶ Istu[illegible]eum est illud quod meo tempore vidi componere: e[illegible] ipsum poni in tiriaca: metridato diacurcuma aurea [illegible]rādrina ac alijs confectionibus in qb⁹ ingreditur balsa[illegible]us: verum supra fuit posita vna alia descriptio olei qu[illegible] ex ligno balsami manat: ⁊ illa ē nobilior ista: sed quia illud apud nos nō potest fieri: nostri doctores composuerunt des[illegible]ptiones olei cum tanta diligētia ꝙ potest poni in omni loco vbi ingreditur balsa[illegible]us: ⁊ sic ista descriptio magis est laudata ꝗ alie descriptiones: si autem ſm istam descriptionem facere nolueris infra apparebit alia descriptio ex auctoritat[illegible] Guilelmi placentini: et oleum quod fit ſm illam descriptionem potest poni in omni loco vbi ingreditu[illegible]alsamus: [illegible]tēdam facere balsamum artificios[illegible] sicut docet [illegible]artholomeus montagnana: succi castorei. hec lr̄a est corrupta: dȝ em̄ facere sicci castorei aut castorei sicci: qđ idem est: castoreum autem est aīal quod vocat castor. Gale. in libro ad partenianum inquit. castoreū aīalculū quadrupes: ⁊ cas[illegible] appellat testicul⁹ eius.

Oleum frigidissimum viridissime sic fit secundum Nicolaum. ℞. olei communis albi vel abluti lib. iij. cimarum rubi tenerrimarum: foliorum violarum vermicularis: cimbalarie: semperuiue solatri foliorum papaueris iusquiami: mandragore crassule maioris: portulace: lactuce: bardane: omniuȝ añ. ʒ. iij. hec oīa simul terāt: ⁊ in supradicto oleo mittantur per tres dies: post tres vero dies super ignem ponantur: ⁊ vsq; ad spissitudinē bulliant: postea colentur ben[illegible] expressa

cum panno: deinde iterum in stannato vase ponantur super ignem: et bulliant ad succi consumptionē: tunc ab igne deponantur: et residere permittantur: ⁊ illud clarum quod supernatat colligatur ⁊ vsui reseruetur.

¶ Istud oleū non est in vsu: dicitur oleū frigidissimum viride ab herbis frigidis ⁊ viridibus q̄ in ipso ingrediūtur: ⁊ sic ipsas herbas que difficiles sunt declarabo.

¶ Uermicularis ſm cōpositorē est semperuiua minor: aut portulaca agrestis: in tectis domorū nascitur: ſm autem lumē male, lucens est crassula: qḋ falsum est: q2 in isto oleo vtrumq3 ingreditur. Macer ait. semperuiua minor spēs est isti⁹ herbe quā semperuiuam dicunt, q2 m̄ viret omni tēpore: barba iouis vulgari more vocat̄ ſm intentionē macri barba iouis est semperuiua minor ſ3 vero. Mat. siluaticū barba iouis est herculis vel bona des. i. sticados citrinū: ſm autē Nicolaū est sticados citrinū seu santonicū marinū ergo ē herba marina. i. herba lūbricorū. aduertēdū est aūt ꝙ macer dicit ipsam vocari barbā iouis nisi a vulgaribus: sed deus hoc nouit.

¶ Cimbalaria vmblicus veneris scatuncellus idē apḋ Diasco. vocatur cotilidon: siue vt alij simbalion. siue vt latini vmblic⁹ veneris: hec est herba q̄ folia h3 rotunda: ⁊ lata que in muris nascitur: ⁊ est quam nostri rustici herbā rotundellam vulgariter dicun[illegible]

¶ Crassula maior ſm cōpositorem est faba grossa: ſm aliquos est semperuiua maior: ſ3 nō recte nā i isto oleo possumus certificari ꝙ idem nō sunt q2 in hoc ambe ingrediūtur crassule ꝺo species tres sunt. s. maior minor: ⁊ media. maior vero est herba que h3 folia viridia ⁊ pinguiora: vt semperuiua: ⁊ florē tendentē ad albedinem: nascit̄ autē apud nos iuxta fossos ⁊ hec est faba grassa minor vero est vermicularis: ⁊ media ſm cōpositorē3 est cardus benedictus.

Oleū de lilijs purum ſm Jo. sera. in su[illegible]antido. ℞. ex lilijs albis mūdatis. ℥. ij. ʒ. [illegible] oij ciant̄ i li. iij. olei sisamini ⁊ maneat [illegible]ec accipiat v̇tutē liliorum: ⁊ colet̄ ⁊ a[illegible]ministret̄.

¶ Istud oleū est illud qḋ apud nos est in vsu sub noīe de lilijs puri: aut simplicis. Guil. pl[illegible]. in suo antido. h3 oleū de lilijs simplex qḋ idem est. supra fuit positum oleū de lilijs cōpositū: qḋ etiā est in vsu: sed nō tantum.

Oleum darsisabā. ibidē. ℞. scelib. ⁊ est darsisabam. ℥. vj. cassie lignee. ℥. viij. costi. ℥. iiij. [illegible]inamomi. ℥. v. calami aroma. ℥. ij. olei lib. vij. ʒ. decoquantur omnia bn̄ lento igne: et colet[illegible] et administretur.

¶ Istud oleū nō est i vsu. Darsisahā ꝺo est arbor q̄ apḋ Diasco. vocatur aspaliū: vt dictum fuit in ꝯfectione de chifolea.

Oleum de fenugre[illegible] ſm Rasim: in suo tracta. de oleis. ℞. fenugreci lib. j. elacterij libr. viij. ciperi li. ij. calami aro. lib. j. pone in oleo per decem dies quolibet die moue ter: ⁊ exprime oleum ⁊ reserua.

¶ Istud oleū non est in vsu. Diasc. h3 vnā aliam descriptionem sub nomine olei telini: sed non est simile huic.

¶ Fenugreci farinā multi buceron: aut egloceras: aut locon appellauerunt: vide apud Gal. in octauo simplicium quod telinum est fenugrecum ⁊ ista nomina non sunt referenda farine: sed ipsi fenugreco: buceron em̄ sonat bouis cornu egloceron vero capre cornu: nam semina ipsius in corniculis similibus fazeolis sunt: et hoc semen notum est: inuenitur apud nos quedā herba que multum sibi assimilatur in folijs: ⁊ i reliquis ⁊ hec apḋ quosdam [illegible]r capricornu ⁊ de hoc semine multi falsi herbatici vendunt aromatarijs ignorantibus loco fenugreci: sed errant.

¶ Elacterium siue elacteriū vt apud Diasco. ⁊ est succus cucumeris asinini vide supra vbi posite fuerūt pillule de elacterio: ⁊ ibi melius ostensum fuit.

Oleum salmente ibidem. ℞. salmentam: et pista ⁊ pone in aqua: coque ⁊ pone oleum et coque ad ignem et serua colatum.

¶ Istud oleū non est in vsu. ſm intentionē rasis est oleū de salmenta: sed textus est corruptus d3 em̄ dicere oleū de saliunca. i. spica celtica. Mat. siluaticus sed nō recte: q2 ſm Diasco. ac pli. de saliunca speciale faciunt capi. ⁊ est aliud: sed ſm plurimum loco saliunce spica celtica ponitur: ⁊ sic herbatici vendunt apothecarijs saliunce pro spica celtica que idem non est: vt dictum fuit: tn̄ potest poni loco eius: l3 sit debilior: hanc teutonici ⁊ alie gentes apud quas nascitur saliuncā vulgari nomine appellāt nascit̄ apud teutonicos plurima in alpibus Jtalie ⁊ in montibus pireneis in desertis: ⁊ asperis summitatibus montiū ⁊ est cib⁹ caprearū siue dāmarū ⁊c.

Oleum de oleādro. ibidē. ℞. succi oleandri li. j. rosarū lib. ʒ. olei onfancini li. ij. coque donec cōsumatur succus cola ⁊ serua: nā valet scabiei ⁊ aufert eā omnino.

¶ Istud oleum non est in vsu.

¶ Oleander aūt ſm Auicē. in secūdo cañ. est siluestris: ⁊ fluuialis: ⁊ ipse cōputat ipsum inter species venenosorum. idem in quarto in fen. vj. in ca. summa scḋa venenorū ex plantis inquit. oleāder plurimum interficit homines ⁊ animalia: ⁊ hec est plāta quam Diasco. nereō vocat: hec plura nomina habet: nā ab aliquibus d2 neredendrō: ⁊ ab alijs nereon. eius folia sunt similia amigdale: sed maiora ⁊ pinguiora: ⁊ florem habet similē rose in locis maritimis nascitur. Leonardus de preda palea in capi. de pruna ⁊ igne persicco inquit. oleum de drandrod: id est de oleandro.

Oleum onfancinum: id est oleum de oliuis non maturinis. Auicen. in secundo cano. in capitu. de oliuis inquit oleum quandoq3 exprimitur ex oliuis vltime maturis: ⁊ oleum onfancinum est illud quod expressum est ex immaturis et quandoq3 exprimitur ex oliuis rubeis medijs inter immaturas et vltime maturas.

Oleum de vsne ſm Auicen. in quinto cañ. ℞. vsnee sextaria. v. costi. ʒ. x. cassie: id est cassie lignee calami aroma. ana. ʒ. iij. marmacor. ʒ. ij. storacis scilicet calamite. ʒ. v. olei mirtini libr. j. ʒ. terantur medicine: ⁊ infundantur [illegible] aceto: ⁊ dimittantur tribus diebus continuis: et coquantur cum oleo donec consumatur acetum: ⁊ remaneat oleum et coletur: ⁊ recondatur.

¶ Istud oleū nō est i vsu: de vsnee vide in electuario de vsnee quia ibi ample est determinatum.

¶ Marmacor. i. melissa. quidam crediderunt esse marubium: sed non recte: nā vide Sera. in ca. de melissa qui inquit bederangie. i. turungē ⁊ d2 marmacor. i. melissa. Auicen. in. ij. capi. de maru. inquit. maru dicunt indi ꝙ sunt species plures: est enim quedam species eius que est boni odoris: ⁊ est marmacor. ibi ipse Auicen. in plures spēs distinguit. Leonard⁹ de preda palea in ca. de edemenul inquit: semen almaru. i. semē buglose siue lin-

guẽ bonis sine dubio almarũ est eius spẽs: sed pro marmacor intelligitur melissa si [...]ozimum citratum.

Oleum de stafisagria.ꝫm Jo.angli.in ca.de cura tinnitus auriũ. ℞.stafisagrie.℥.j.ß.coquatur in succo ruthe vel in aq̃ feniculi: deinde superponatur oleum laurinum vel nardinum ad pondus.℥.vj.vł.lib.vnã coquant᷑ vsq; ad consumptionem quarte partis: ⁊ coletur: ⁊ fiat oleum de stafisagria.

¶Istud oleum non est in vsu. Stafisagria apud Auic. est vua passa montana: ⁊ est granũ captic. Diasco. stafisagria quã latini pediculariã vocant: ⁊ nominatur hoc noĩe: q2 interficit pediculos lendines: quidam vocant ipsam caput purgium: eo ꝙ caput a pediculis purgat.

Oleum de laudano ꝫm eundem in libꝛ.v.in capitu.de modo abluendi oleum. ℞.laudani.℥.j.olei laurini lib.j.conficiciantur simul: et est oleum de laudano simplex quod valet in confortatione stomachi mollificati: et capillos cadentes detinet.

¶Istud oleũ nõ est ĩ vsu. Itẽ in.c.de lepra hꝫ hoc oleũ.
¶Laudanum autem est notum.

¶Ad faciendũ balsamũ ꝫm Bartho.montag.in suo antido. ℞.terbẽtine li.j.thuris albi.℥.iiij.gummi elemi.℥.vj.granoꝛũ lauri.i.baccarũ lauri.℥.iiij.masticis: galãge gariofiloꝛũ: cinamomi zedoarie.nucis muscate.cubebe.ligni aloes bñ triti añ.℥.j.omnia simul mixta ponant᷑ ad distillandum primo cũ lẽto igne: ⁊ pria aqua dr̃ aq̃ balsami: scdo iterum pone: ⁊ sic fac ter: ⁊ tũc veniet balsamus in omni ꝓbatione: sed quãto plus distillatꝰ fuerit tanto erit fortioꝛ serua in vase bene obturato:

¶Iste est modus artificij balsami ꝫm quẽ ꝫm intentione Bartholomei veniet balsamus in omni probatione prout balsamus naturalis: verũ supra est positum oleũ balsaminũ qđ apud nostros doc. satis est laudatũ: si autem illã descriptionẽ facere nolueris fac istã Bartholo. si autem istã Bartholo. facere nolueris fac descriptionem Guilel. de qua infra.

Oleũ quod ponit᷑ loco balsami: ⁊ est nobiliꝰ ꝫm Guil.placẽ. ℞. mirre. carpobalsami.i. seminis balsami.nucis inde añ.℥.ß. ipericõ i.perforate.ʒ.ij.terant᷑ [...] grosso mõ ⁊ misceant᷑ cum.℥.v.olei vel.℥.j.ß.largati. ⁊ in fine addantur grana.v.musci. ⁊ gra.iij.amb[...].et.℥.j.olei de lateribus: hoc enim loco balsami potest poni in omni loco. facit enim operationes vt balsamus.

¶Istud oleum maxime ꝫm istã descriptionẽ potest poni in omni loco vbi balsamꝰ ingreditur: ⁊ ꝫm intẽtionẽ Guilel. facit operationes vt balsamꝰ: verũ ipse Guil. describit duas alias descriptiões olei qđ ponitur loco balsami: s; ꝫm intẽtionem suam ac moder. doctoꝛũ ex illis tribꝰ hec est nobilioꝛ: sꝫ ipse Guil. nõ ponit qualiter ipsum oleũ debeat cõponi: verũ est ꝙ in scđa descriptione melius docet: ⁊ est ꝙ oia bene terant᷑ ⁊ malaxent᷑ ad inuicẽ in mortario ⁊ ponãtur in vase alembici: ⁊ distillentur vt aqua rosacea. Lumen male lucens: hꝫ vnã descriptionem ꝫm intentionẽ Guilel. sed ipse Guil. nõ scripsit talẽ descriptionẽ in suo antidotario.

¶Alargatũ.i.largatũ ⁊ est vulgare vocabulũ: sed a latinis terbentina nuncupatur: ⁊ non resina. nã in multis locis vbi ipsa inuenitur vocatur largatum.

Oleũ de lateribꝰ.i.oleum philosophoꝝ seu oleum benedictũ. eiꝰ enĩ descriptionẽ describit idẽ: ⁊ est sĩłis descriptioni q̃ inuenitur in antidotario Mesue. de qua supra.

Oleũ de calce ꝫ Leo.de ꝑda palea paduanẽsem in.c.de curatiõe corruptiõis ossis. ℞.calcꝫ viue vnũ frustũ ĩtegrũ añquã distillet᷑: ⁊ infundat᷑ in oleo cõmuni donec stilletur: ⁊ calx in puluerẽ reducat᷑: ⁊ postea pone in alẽbico vitreo: et distilletur: emanabit oleum quod vocatur oleum calcinum.

¶Istud oleũ non est in vsu tñ ꝫm intẽtionem cõpositoris valet mirabiliter in illa materia.

¶Calx ꝫm Sera. ex auctoritate Diasco. q̃dã est que fit ex conchilijs ma[...]inis: ⁊ q̃dã que fit ex lapidibꝰ: ⁊ quedam fit ex marmoꝛe q̃ñ hec comburunt᷑ in igne donec fiant alba intus: ⁊ exterius ⁊ fit calx: sed melioꝛ omnibꝰ est calx que fit ex marmoꝛe.

Oleũ đ tartaro ꝫ Pe.argil.ĩ.c.de his q̃ abstergũt faciẽ. ℞.tartarũ puluerizatũ: ⁊ fũde in ace[...]: postea ponat᷑ ĩ pãno lini: deĩde ponat᷑ ĩ stupis balneatis ⁊ ponat᷑ sub cineribꝰ: post[...] ponatur in scutella vitreata per tres dies: [...]a tñ ꝙ scutella stet plĩcata: ⁊ distilabit quedã humiditas magna vergẽs in subruffum ⁊ [...] est oleum de tartaro.

¶Istud oleum est in vsu: maxime apud prostitutas: eo ꝙ ex ipso liniunt faciem: dinus floren. in suo antidota. habet hoc: sed lumen tenebrosum inquit: ꝙ hoc oleum est magistrale: quod falsum est.

¶Tartarũ vero ꝫm Nicol. est [...]pis vini apud nos vulgariter dicitur greppo. Leonar. de pieda palea in capi. de remotione carnis superflue inquit: pul.tartari.i.fecis vini adherẽtis parieti: vez vasis vbi collocat᷑ vinũ: q2 vulgari sermone dr̃ greppo: de hoc inuenitur album ⁊ rubeum: sed albũ magis ad faciendũ hoc est laudatum.

¶Tractat[...]s de oleis mastistralibus.

Oleũ [...]e ipicõ. mirabile. ℞.sũmitatũ iperi con.℥.iij.ĩfundat᷑ ĩ vino odorifero.q.s.tribꝰ diebꝰ ⁊ noctibꝰ: deĩde bulliãt ĩ duplici vase ĩ.balneo marie bñ obtu[...]o fiat exꝑssio fortis postea. ℞.totidẽ ipericõ bñ cõtusi: ⁊ ĩfũdant᷑ ĩ supradicto vino diebꝰ ⁊ noctibꝰ: deĩde addãt᷑ terbẽ.℥.iij.olei antiq.℥.vj.croci.℈.j. ⁊ misceãt᷑ ⁊ coquãt᷑ ĩ bocia ĩ duplici vase ad ꝯsũptionẽ vini deĩde reseruet᷑ ĩ vase vitreo.

¶Istud oleum non est multum in vsu.

¶Ipericon autem herba est satis nota: que a Diasco. vocatur ipericon. Auicen. inquit. Ipericon nominatur arabice alharib: et nominat᷑ syriace vua demonis. Diasco. de ipericõ facit tria capitula: ⁊ distinguit ipsas species vnũ facit sub noĩe asquiron: aliud sub nomine coriun quod est rapa rustica: aliud de ipericon: sed Serapi. in vno ca. de omnibus loquitur: sed illud ipericon

quo vtimur hꝫ folia parua: ⁊ in eis foramina minuta: ⁊ propter id vocatur psorata siue herba sancti Joānis siue fuga demonū: apud nos in ciuitatibus nascitur.

Oleū de sulfure. ℞. sulfuris citrini: terbētine. aā. ℥. iij. vini boni. ℥. ij. olei rosati li. j. bulliant oīa ad cōsumptionē vini lento igne: et fiat oleum de sulfure.

¶ Istud oleum est in vsu: maxime apud mediolanēses. Sulfur citrinum. i. vsuale: quod satis est notum. Diasc. dicit sulfur eligendum viuum: colorem habens limpidum: ⁊ resplendens: ⁊ perlucidū ⁊ sine lapide: qd̄ missuz in focum viridem: et pinguem colorē facit: nascitur in melosda ⁊ liparia: istud est capitulum de sulfure viuo: quod hic non debet intelligi de ipso vide in diasulfur.

Oleū de capparibus. ℞. corticū radicū capparū. ʒ. viij. ireos agni casti: tamarisci aā. ʒ. iiij. olei cōis lib. ij vini. ℥. iiij. hec oīa bulliāt simul vsqꝫ ad consumptionem vini: deinde coletur ⁊ reseruetur.

¶ Istud oleum est multum in vsu. Miror tamen ex quo apud docto. ⁊ moder. ⁊ antiquos erat multum vsuale: quod eius descriptio apud autorem autenticum nō inueniatur: verum liber qui dicitur aggregator paduanensis inquit in illo capitu. vbi hoc v[...] oleū de capparibus ponit Gal. ad Glauconem. ego autem miratus fui: quia legi omnia cap. Gal. que sunt ad Glauconem: et id non repert: tñ ista descriptio fuit approbata in duritie splenis: quod multum valet.

¶ Cappares siue kappares noti sunt. Serap. autem in capi. de capparo inquit in fine ex auctoritate [...]sis attulit mihi quidā amicus meus confectionem quandaz capparorum recentium et cum comedissem ex eis induxerunt mihi tenasmonem: et consueui facere clist[...]re: ad sciaticam. cum succo capparorum: et iuuat m[...]m.

¶ Thamariscus est arbor satis nota. Dia. dici[...] mirice i. thamariscus: Isido. mirice quam latini tama[...]tiā vocant ex amaritudine nominata: gustus e[...]us nimis amarus est: hec arbor in solitudine et s[...]ia humo nascitur: ex qua etiam arbore maleficijs artis ministra. i. odia concitari dicuntur.

Oleum muscellinum. ℞. olei cōmunis lib. vj. lilij folij: spice c[...]ti: masticis aā. ℥. j. ʒ. storacis calamite: croci mirre: cassie lignee [...]xilobalsami. i. ligni balsami aā. ʒ. vj. gariofilorum carpobalsami. i. seminis balsami: bdelij [...] ʒ. iiij. muscilaginis. ʒ. j. alij dicūt quod debe[...]t dicere muscilaginis. ʒ. j. nereg[...]. ʒ. ij. hec omnia terantur grosso modo: ⁊ bulliāt simul ad cōsumptionē aque: deinde coletur: ⁊ reponatur in vase bene obturato.

¶ Istud oleum est in vsu: dicitur autem muscellinum propter muscum quod recipit: quidam praue putauerunt hoc esse oleū balaninum. i. de granis been: sꝫ nō recte: ille vero qui dedit mihi istam descriptio. istius olei: dixit quod ipsum inuenitur in antidotario Galeni: ⁊ dixit quod Galen⁹ composuit ipsum.

¶ Neregil. i. nux indica secundum Serap. in cap. de nuce indica: vt dictum est supra.

℃ Etates eñi tyriace sunt quatuoꝛ: prima dicitur infantia: ⁊ incipit a die cõpositiõis vsqꝫ ad sex menses: secunda pubertas: que incipit post illud tempus: ⁊ durat vsqꝫ ad decẽ annos: tertia adolescentia: ⁊ incipit post illud tempus: ⁊ durat vsqꝫ ad viginti annos: quarta senectꝰ: ⁊ incipit post illud ⁊ durat ad triginta annos: post illud expoliatur a virtute tyriace.

℃ In vase plumbi tyriaca dꝫ poni vel conseruari: vel argenti: in alio eñi vase posita facit quandam ferruginem que appellatur ziniar: et consumitur humiditas eius naturalis ⁊ necessaria in tyriaca: quare in plumbo bene conseruatur. Et vas in quo ponit̃ non debet repleri: sed saltẽ tertia pars vasis dꝫ esse vacua: vt medicine possint respirare ⁊ exalare. ne sese suffocent.

℃ Descrip. ij.

Tyriaca Galeni q̃ cõiter fit: lꝫ nõ sit tante ꝑfectionis quãte est ꝑscripta Andro. ℞. troci. de squilla. li. iij. pipis longi li. ij. ⁊. ℥. iij. croci. tyri. li. j. ſ. troci. diacoꝛali li. j. ſ. xilob. i. ligni balsa. ℥. iiij. ⁊. ʒ. x. ſ. opij thebaici. i. illius prouincie agarici rosarũ hyreos. i. radicis lilij celestis leuistici scordeon. i. allei siluestris semis rape siluestris cinamomi oppobalsami ana. ℥. vij. ſ. reubarbari spice nardi costi souinanti croci zinziberis cassie lignee stoꝛacis calamite mirre terbẽtine calamenti mõtani turis diptami sticados arabici polij mõtani pẽtaphilon piperis añ. ℥. vj. folij petrosilij gũmi arabici calcanti vsti. i. vitrioli serapini terre sigillate rubee hypoquistidos. i. succus barbe hyrcine spice celtic[illegible] acoꝛi. s. radicũ camedreos gẽtiane. s. radices sitre. i. valeriane carpobalsami. i. semi. balsami añ. ℥. iiij. ſ. se. apij ameos amomi semi. feniculi carui sileris mõtani: semẽ accipit̃ nasturtij anisi hyper[illegible]on añ. ℥. iiij. ſ. mumie castoꝛei oppoponaci aspalti galbani cẽtauree minoꝛis. s. radicis aristologie. s. lõge dauci. añ. ℥. ij. ⁊. ʒ. vj. est pastinaca siluestris. s. semi. mellis cocti et dispu. Rub. v. ⁊ lib. qnqꝫ. qđ est ꝓ oĩ lib. j. mellis. ℥. iij. spẽrũ. Sꝫ apothecarij auaritia ducti hoc tpe solũ ponũt li. iiij. spẽrũ ꝓ rub. j. mellis ⁊ male faciũt: ⁊ ob hoc tyriaca nõ hꝫ virtutes a doctoꝛibꝰ descriptas: quare semꝑ ponas. ℥. iij. specierũ ꝓ oĩ li. j. mellis. Et prescriptũ mel sit coctũ bona coctiõe: crocus vͦ

et hypoqstidos p se: [illegible] uerizenf ac vitriolū. gūme vo in optimo vino albo dissoluātur: alia vo oīa simul. Uel vo infrigidatū terebentina ꝛ hypoqstidos intus ponaf: deinde oēs alie spēs. Croc⁹ vo infundaf i vno bocali optimi vini nigri: ꝛ dimittaf p tres dies: deinde cū dicto [illegible] no tyriaca vocaf. vitriolū vero in vino dissoluaf ꝛ i tyriaca ponaf: et simul misceanf. Sunt qui addunt galleti subtiliter puluerizati. ℥. v. vt tyriaca maiorē nigredinem habeat. Sec hoc ego nō laudo cū extra mētem Galeni ꝛ omnium doctorum fuerit: ꝛ nunc presentiu m sit.

¶ Hoc nomen tyriaca est nomē impositū ab effectu: idē enī est dicere tyriaca qd conferēs venenis serpētū ꝛ aliarū medicinarū venenosarū. Et ideo hoc nomē hꝫ duas partes: scꝫ tyri ꝛ significat serpentē: ꝛ aca qd significat medicinas venenosas. Cum compositur igitur tyriaca est nomen qd significat rem que iuuat in venenis serpētum ꝛ medicinarum venenosarum: ꝛ est vocata tyriaca a carne tyri.

¶ Agaricus hyreos ꝛ radix acori ponuntur in hoc recepto ꝛ in aliis: q2 habēt in se virtutē conseruandi alias medicinas, ne cito corrumpātur: ꝛ augent earum virtutes: ꝛ sic piper conseruat ꝛ zinziber a corruptione.

¶ Anacardi corrumpunt virtutem trociscorū tyri. Dictiqꝫ trocisci debēt esse parui ꝛ bene compressi si conseruari debent: ꝛ non debent exiccari in sole. Sol enim habet virtutem dissoluendi ꝛ destruendi virtutem carnium tyri ꝛ viperarum.

¶ Tyriaca nō dꝫ dari nisi sit fermētata: ꝛ fermentatio fit in tempore sex mensium. Quid autem sit fermentatio nota. Nam compositum habens vnam formam ꝛ virtutē resultantem ex simplicium compositione significat hoc vocabulum fermentata.

¶ Uinum in tyriaca ponitur primo vt p ipm fiat medicinarum conseruatio ꝛ cōmixtio scdo vt per ipm cōfortetur cor. ꝛ est ꝯtra venenū. In exhibitione tyriace iste cōditiones sunt seruāde. Primo qꝫ sit fermētata. Scdo qd detur sanis in parua quātitate ꝛ raro. Tertio qd detur in tpe calido: sꝫ in tpato vel frigido. Quarto qd nō detur pueris vsqꝫ ad. xiiij. annū. Quinto qd nō exhibeatur in cōplexione calida nec in homine parato inflāmari. Sexto qd non detur stomacho repleto cibo. Et he sunt cōditiones attendende in exhibitione tyriace.

¶ Due prescripte descriptiones tyriace p annos. xxx. ac etiam vsqꝫ ad. xl. annos seruantur dummodo sint conuenientes debite facte.

¶ Descriptio tertia.

Mitridatū Nicolai. i. mater oīm antidotorum: siue a metridate rege dictū q ipm cōposuit: faciēs ad oēs passiones capitis virorū vel mulierū si fuerunt ex infrigidatis ꝛ maxime melancholicis ꝛ timidis epilēticis ꝛ migranicis, ꝛ dolorē supercilij patiētib⁹: ꝛ lachrymātib⁹ oculis ꝛ ad oīa capitis vitia vel auriū: subuenit dentiū doloribus ꝛ palato ꝛ oīb⁹ vitijs oris ꝛ maxillarū medef si super locū dolētem ponaf: ꝛ iterū ad modū emplastri ponaf in tēporibus vñ fit discursio. Sqnātiā soluit apopleticis tussientib⁹ Asmaticis emoptoicis peripleumonicis ꝛ oīb⁹ doloribus q intra corp⁹ humanū fiūt. Succurrit illacis: dissentericis ꝛ lientericis optimū si def cum decoctione balaustie extēsionē humerorū tetbanos siue spasmos patientes ꝛ paralyticos sine mora curat: diafragmati ꝛ hypocūdrijs: subuenit renib⁹ ꝛ vesice opitulatur: calculos frāgit: menstrua ꝓuocat: oīa ꝙvitia matricis excludit: sclirosim patienti b⁹ ꝛ podagricis singulis ꝓsidiū est: precipue daf cōtra venena oīa. Reprimit venenatos morsus siue rabidi canis seu cuiuscunqꝫ reptilis impositū siue bibitū cū magna admiratione emēdat. Quotidianarijs ꝛ quartanarijs etiā añ horā accessionis datū mirifice ꝓdest ꝛc. ℞. gariofilorꝫ storacis calamite spice nardi xilobalsami. i. ligni balsami oro bi lentisci idest lacce: alia lrā hꝫ leuitisci dragagāti masticis galbani gūmi cedri: ꝛ q2 nō habem⁹ loco ei⁹ ponim⁹ gūmi iunipi aspalti castorei. offei. i. gūmi edere bdelly terre sigillate melliloti laudani oppoponacis armoniaci opij ligritie sulfuris vini nitri. i. sal nitri [illegible] ypoquistidos achatie rosarū camedreos hypericon abrotani, peonie elenij. i. enule origani hysopi rami cedri: q2 nō reperiuntur: loco ipsorū ponitur flos: ꝛ folia sauien. quidā vero ramusculos iuniperi: sed sauien melius est dapniden. i. laurus aristologie lōge epithimi peucedani. Centauree scꝫ minoris rorismarini radicū iringorū balaustiarū squille cymarꝫ myrti hyusquiami corticū granatorū anisi rapāni carpobalsami s[illegible] seminis balsami cimini cardamomi: scilꝫ maioris semis feniculi siseleos. i. sileris mōtani semen accipitur semi. apij ameos petrosilij. s. herbe rute. i. herbe semis papaueris nigri: [illegible] lrā hꝫ albi dauci naseos. i. se[illegible] git. i. lape semis rape sinapis albe: alia lrā hꝫ sinapis vsualis macropiperis. i. pip. lōgi. ozimi amomi añ. ʒ. iij. aco[illegible]. radicis ilafeos. i. herbene panis porcini. i. cyclamenis phthilis i. caparis. zuchozarie. i. floris agni casti cornu cerui añ. ℈. iiij. balsami. i. liquoris emanātis ab arbore balsami cinamomi croci zinzi. costi squināti terebētine mirrbe: olibani cassie lignee agarici spice celtice yreos reupōtici assari prassij diptami collogn. silfei. i. cōsolide minoris sticados artemisie calamēti. s. mōtani scordeō. i. allij siluestris leucopipis. s. pipis albi camepitheos melanopipis. i. pip. nigri. pētaphilon petroselini. id est petrosilij

seminis anagodon.i.sumach malabatri id
est folij indi cardamomi:scʒ minoris.i.meli
gete añ.℈.iiij.baccarũ lauri.℈.j.gra.vij.vini
vetustissimi.℥.ij.puluerizent subtiliter oia.
Sed gũme dissoluant in optimo vino albo:
quẽadmodũ dictũ est ĩ tyriaca:mellis cocti
et dispu.lib.viij.ꝛ.℥.ij.ꝛ fiat in bona forma.

¶ Laudanũ nõ est intritibile:imo si laboret in ei⁹ tritu
ratione prius corrumpetur q̃ȝ fiat malaxabile:ideo de
bet dissolui et liquefieri in vino quemadmodum gum
me.laudanum res est ca.ꝛ sic.in primo gradu.

¶ Insuper scias qđ gũme parũ sustinẽt de cõtritione: ꝛ
oẽs medicine subtilis triture ꝛ acute ꝛ rare:sicut scamo
nea:aloes:ꝛ oẽs medicine inflãmabiles sicut gumme vt
bdelium ꝛ serapinũ.Et ratio est:q͛ per triturationẽ ac
quirit inflãmatio:quia inflammatio fit per motum:qui
motus calefacit.Et hoc q͛ iste medicine sunt apte inflã
mationi ratione substãtie et subtilitatis:et ex hac inflã
matione et motu duo fiunt.Unum quia partes subtiles
euolant.Aliud quia ipsa intensa contritio corrumpit
substantiam earum.

¶ Aristologie omnes species de trituratione ꝛ decoctio
ne rem plenam sustinent.

¶ Ana eñi est dictio arabica:ꝛ tantum importat in lin
gua latina:quantum equaliter.

¶ Radix yreos debet in vmbra exiccari ꝛ incidi in par
ua frusta.ꝛ in filo infilari:ꝛ partes seu frusta separata
esse debent:ita qđ vna pars non tangat aliã ꝛ reseruet.

¶ Paucedani colligi debent de mense nouembris.Spi
ca vero celtica colligi debet de mense Julij.

¶ Unum vniuersale in oibus compositis est intelligen
dum de etymologia vocabuli.Medicinis eñi cõpositis
imponunt nomina varia.Quandoq; eñi a medicina q̃
est basis denominatur:sicut diacitoniten a carnibus ci
toniorum:aliquãdo a quantitate licet non sit basis:si
cut diafinicon a finichijs.i.a dactilis.Aliqñ a componẽ
te sicut philonium a philone medico:ꝛ metridatũ a mi
tridate rege.Aliqñ ab effectu communi sicut benedicta:
q͛ ab oibus sumẽtib⁹ bñdicit.Aliqñ a pprijs effectibus.
Sicut blanca:q͛ blancos.s.albos purgat humores.Ali
qñ a similitudine:vt dia curcuma:quia similatur radici
curcume.Aliqñ a loco vt sirup⁹ de bisantijs:bisantis q̃
dem est loc⁹ in cõfinib⁹ macedonie:aliqñ a quantitate
medicine:ꝛ auctore componente sicut dicitur diarodon
abbatis diarodon dicitur a rosis abbatis:quia al[illegible]as
quidam composuit.Aliquando ex effectu ꝛ auctore:vt
ygia greca ygia.i.saluatrix:greca q͛ greci eam inuene
runt.Aliqñ ex medicina ꝛ similitudine:sicut apopyra.i.
succus similis igni.Aliqñ a numero medicinarũ: vt ty
riaca [illegible]diatesseron.i.de quatuor rebus.Aliq[illegible]ndo a lo
co in [illegible]o aliqua suarũ medicinarũ fuerit c[illegible]:sicut
medicina asuledatio scripta in capit.de lepra.a[illegible]ledati
est mons quidã super cuius lapides mingũt hirci mon
tani.et ibi colligitur.Et q͛ tantũ duodecim modi sunt
hic positi:tamen plur[illegible] sunt alij modi impositionis:q̃
apud nos sunt noti:et qui ignoti:et qui pcedunt a volũ
tate hois:ideo oẽs describi non possunt.

¶ Iste species sunt subtiliter etiam puluerizande et cri
bellande.Nam cribellatio et puluerizatio subtilis duo
facit.primo quia trãseunt ad loca remotissima.scđo a
calore nostro alterantur et preparantur.Mitridatuʒ si
canonice et sm artẽ factũ est durat vsq; ad annos.xl.in
sua virtute et bonitate.

¶ Descriptio quarta.

Aurea alexãdrina Nicolai:aurea dicta ab
auro qđ ingreditur eius descriptionẽ:vł ab
auro ppter eius excellentiã:sicut eñi aurum
pcellit oib⁹ metallis:sic hec medicina alijs
in multis passionibus.alexãdrina ab alexã
dro peritissimo phil[illegible]sopho inuẽtore:valet
pprie ad omne capitis vitiũ ex frigiditate:ꝛ
ad omnẽ reumaticã passionem que a capite
ad oculos aures ꝛ gingiuas descendit:et ad
grauedinẽ oĩm mẽbrorũ que fit de eodẽ hu
more.℞.assari hyusquiami carpobalsami.
id est semi.plãte balsami [illegible].ʒ.ij.ʒ.gariofilo.
opij mirre ciperi añ.ʒ.ij.balsami.i.liquoris
emanãtis ab arbore balsami cinamomi fo
lij zedoarie zinziberis costi coralorũ rubeo
rum cassie lignee euforbij draganti turis
storacis calami.spice celtice.quã pro saliũca
ponimus in ea.i.seminis aneti siluestris vel
sistre cardamomi.i.maioris ꝛ minoris sina
pis saxifragie semi.aneti semis anisi añ.ʒ.j.
ligni aloes reubarbari alipte muscate casto
rei spice nardi galange oppoponaci anacar
di masticis sulfuris viui peonie irringoꝝ ro
sarũ.s.rubearũ thimi acori.s.radicis pulegij
aristologie rotũde:alia lr̃a hʒ lõge gentiane
corticũ mãdragore camedreos valeriane.s.
radicis baccaꝝ lauri ameos dauci macropi
peris.i.piperis longi leucopiperis.i.piperis
albi xilobalsami.i ligni balsami carui amo
mi petroselini.i.semis petrosilij rute.s.semi.
leuistici semis sinoni.i.petrosilij agrestis añ.
ʒ.ʒ.auri cocti argẽti meri albarũ margarita
rum balãte bizãtie ossis de corde cerui añ.
℈.j.gra.xiij.limature eboris calami aromati
ci piretri añ.gra.viij.puluerizẽtur puluerizã
d[illegible]libris.ij.mellis cocti ꝛ dispuma
ti:fiat ↄfectio in bona forma detur in modũ
auellane eũti dormitũ cũ vino calido nõ fe
bricitãtib⁹:febricitãtib⁹ vo cũ aqua calida.

¶ Opiũ qđ fit in nr̃is partib⁹ ex capitib⁹ papaueris ni
gri fieri debet mense Maij vel Aprilis ꝛ ita opium the
baicum in illo tempore fieri debet.

¶ De meu magna inter doctores est differentia quidaʒ
dicunt q͛ est peucedanum:ꝛ hec opinio ab oibus repro
bat.Alij q͛ est radix cuiusdã herbe nascentis in india:ꝛ
falsa etiã est.Sed meu idẽ est qđ semen aneti siluestris:
ꝛ si nõ habetur loco eius [illegible]utur semen aneti domesti
ci:hoc voluit christoforus de honestis.

¶ Pro b[illegible]amo ponit terbẽtina subtilis vel oleũ lauri
nũ vel oleũ balsaminũ:vel gũmi hedere:vel quedã ↄposi
tio olei que describetur infra in recepta diacucurme.

¶ De aristologia absolute scripta apparet magna ↄtro
uersia inter doctores:qđã dicunt q͛ de rotunda est intel
ligẽdũ:quidã vero de longa.dicentes q͛ vna est pfectior
alij vo aliã.Qui vero longã dicunt esse perfectiorẽ.intel
ligunt in calefaciendo:magisq; terrestris est q̃ȝ rotũda.
Qui vero rotundã perfectiorem dicunt est: q͛ subtilior
aptiorq; ad aperiẽdũ q̃ȝ lõga.Cum igitur absolute scri
pta inuenitur de rotũda intelligatur.Q͛ illa prõptior
est ad oẽs operationes ꝛ melior ꝛc.

¶ Radices omnes in autumno sunt colligende ꝛ ciperi
mẽse Octobris.Et nota q͛ si radices alicuius herbe vel
arboris colligantur:tunc debẽt colligi qñ flores habent.

¶ Descriptio. v.

Iustinum Nicolai. t[...]ter dictũ: q2a iusti- no iperatore primo fuit invẽtũ: p̃cipue dat calculosis ꝛ patiẽtib9 dolorẽ ilij valet stran- gurie ꝛ dissurie: ꝛ his q mingũt mucos. ℞. cinamomi costi folij spice nardi casie lignee aristologie longe aristologie rotunde enule .s. radicis hysopi pulegij artemisie pẽtaphi- lonis leucopiperis .i. piperis lõgi albi oro- bi .i. arbilie: nota ꝙ frequẽs vsus eius facit mingere sanguinẽ petrosilij .s. seminis leui- stici macedoni semis vrtice milij solis .i. mi- lij silvestris saxifragie iuniperi .s. seminis: se- minis sparagi sileris mõtani apij .s. seminis. aneti .s. semis rute agrestis .s. semis: loco ei9 poni potest domesticũ seminis citri seminis feni. anisi baccarũ lauri. añ. ʒ. j. ʒ. pulverizent omnia subtilissime. Mellis cocti ꝛ dispuma ti li. ij. ꝛ fiat electuariũ. Nota ꝙ hoc electua- rium solum per annũ servatur.

¶ De costo q̃n receptis scriptũ reperit absolute: de co- sto amaro intelligendũ est. Nec auscultes dicẽtes dulce costũ repiri. Nã illos oĩno vituperat simõ ianuẽsis hoc modo dicẽs. inuenit aũt in multis locis costũ dulce scri ptũ in cõfectionibus: sed nec vidi: nec audivi ab aliquo dici. Sz q̃dã empirici dicũt costũ dulce esse radicẽ enu- le artificiose paratã. Igit ꝛ si in receptis inueniat scri- ptum costum dulce amarũ ponatur: cũ illud dulce in re rum natura nõ sit. Due tñ reperiuntur diuersitates co- sti. vn9 eñ est ind9 ꝛ est rufus seu subniger: ꝛ alter ara- bicus q̃ albus est ꝛ temperatior: ꝛ illo vtimur q̃re nota ꝛ hoc oẽs clamant doctores. A nullo eñ reperies dulce costũ scribi de doctorib9 medicine: q̃re quiescãt tãtis au torib9 viri hi ignari dicẽtes costũ dulce reperiri.

¶ De saxifragia est ꝯtrouersia inter apothecarios: mul ti enim ignorãtes ꝓ ea ponũt quãdã herbã hab[...] fo lia silia fere celidonie siue pimpinelle: min9 tñ lata ꝛ ha bentem radicem grossam: ꝛ errant. Nã illa est pastina- ca silvestris. Sed vera saxifragia est quedã herba na- scens in mõtib9 adherẽs saxis: que herba facit plantã multis folijs subtilissimis subtilitatis fere capillorũ: lõ- gitudinis digiti: ꝛ hec vere saxifragia est ꝛ illa in medi- cinis dz appõi: ꝛ nõ alia. ꝛ ex hoc appet corruptela apo theca. q̃re nõ habet virtus medicine a doc. limitata.

¶ Descriptio. vj.

¶ Electuariũ de baccis lauri. rasis. ix. almã soris ca. de colica: ꝛ appellat cõfectionẽ non electuariũ mirabil'r v[...]s in dolorib9 stoma chi ꝛ intestinorũ a vẽtositate factis: dat p̃ci- pue in dolore colico a vẽtositate f[...]o ꝛ per os ꝛ in clysterib9 apponit. ℞. foliorũ rute siccorum. ʒ. x. ameos cimini nigelle cheisim .i. seminis levistici origani carui amigdalarũ amararũ piperis lõgi mẽtastri dauci acori baccarũ lauri castorei. añ. ʒ. ij. Sera. ℥. ʒ. op- poponacis. ʒ. iij. pulverizent pulverizanda non multum subtiliter: vt dictum est de dia- cimino. Mellis cocti et dispumati ad pon- dus omnium et est. ℥. v. et. ʒ. v. gumme ve- ro dissoluantur in aqua rute: et facias in bo- na forma. Et nota ꝙ Rasis dicit ꝙ non hz parem in resoluẽdo vẽtositatem.

¶ Rutha q̃ in hac cõpositione itrat: ac in oib9 alijs dz exiccari cũ mẽsura: ꝛ hoc iõ: qm̃ si exiccat vehemẽter est calidissime cõplexionis: ꝛ ei9 calefactio est vltra mẽsu- ram. Et si nõ exiccat debito mõ remanet in ea hũiditas supflua: q̃ ꝓhibet eã digeri: ꝛ vẽtositatẽ facit: quare in ip sius exiccatione diligẽtia habenda est. Et dz in vmbra exiccari: nõ aũt in sole vt quidam emperici faciunt.

¶ De nigella multi sunt q̃ errãt ponẽtes in receptis se- mẽ q̃ddã cinerulẽtũ odoriferũ satis triãgulare ꝓ ipsa ni gella: ꝛ errãt. Sz nigella est quoddã semẽ nigrũ clarum aromaticum multum: faciens folia fere similia fumiter re: ꝛ id in medicinis apponendum est.

¶ Origanũ colligendũ est in mẽse iulij: postq̃ꝫ sol tẽdit ad occasum .s. in vesperis. Non aũt in mane añ solis or- tum: vt quidã fatui faciunt.

¶ Mel ꝛ oẽs medicine triplici cã coquũtur: p2io vt mũ- dificentur vt mel: q2 coqtur: vt sua impuritas remouea tur. scdo vt expellam9 aliquã substantiã nostro ꝓposito repugnãtẽ: vt multa decoctio cauliũ: q̃ illos stipticos fa cit. tertio vt virtus ipsi9 in oleo vel aqua transeat ꝛc.

¶ Descriptio. vij.

Diacalamentum nicolai a calamento dictũ valet precipue ad omne vitium pectoris ex frigiditate: et maxime his qui sunt in seni- li etate valet tussientibus ex frigida causa. ℞. calamenti silvestris pulegij hysopi me- lano piperis id est piperis nigri siseleos sile- ris mõtani .i. seminis: seminis petrosilij añ. ʒ. ʒ. ꝛ. ℈. ij. levistici. ʒ. j. ꝛ. ℈. j. seminis apij. ℈. j. ameos thimi aneti. scilicet seminis cinamo mi zinziberis añ. ℈. ij. pulverizentur omnia subtiliter. Mellis cocti et dispumati lib. j. et. ℥. iiij. et fiat electuarium: et datur post prandium ꝛ cenam.

¶ Calamentum quod in hac compositione ingreditur debet esse silvestre: eo ꝙ magis confortativũ ꝛ abstersi- uum est quã domesticum.

¶ In mense Iulij et Augusti ista semina colligẽda sunt scilicet semen petrosilij laureole cataputie: ruthe. fenicu li. caulis milij solis. lactuce pastinace rape ꝛ cimini.

¶ Anetũ si simpliciter scriptum reperiatur semper de se mine. est intelligendum non de herba vt est communis corruptel[a].

¶ Descriptio. viij.

Diacalamentum Mesue de mente Gale- ni conferens ad egritudines frigidas mem- brum nutritionis: et ad malitiam digestio nis et facit penetrare cibum qui non posset penetrare ad epar et ad corpus reliquum: et hec est eius proprietas: et confert frigori fe brium et emplastratum et iniunctum in spi na: est ex maxime subtiliantibus humidita tes grossas ꝛ viscosas ꝛ ex resoluentib9 ven tositates: et confert singultui vehementi fri gido et ventoso cuius difficilis est resolu tio: et provocat vrinã ꝛ mẽstrua. ℞. calamẽ ti montani et fluvialis siseleos. id est sileris

mōtani semis petrosilij an̄. ʒ. vj. zinziberis ʒ. iij. seminis apij extremitatū alasce. i. thimi an̄. ʒ. ij. keisim id est leuistici. ʒ. vj. piperis scʒ nigri. ℥. j. s. puluerizentur omnia subtiliter. Mellis cocti ⁊ dispumati li. ij. ⁊ fiat electua. dosis eius est. ʒ. j.

¶ Calamentū tā montanū quā fluuiale colligendū est in mense Julij: ⁊ exiccandū est in vmbra: exiccatio em̄ facta in sole operationē ei⁹ debilitat ⁊ eo tempore colligit pulegiū. Quinqʒ de causis medicine miscent̄ simul. Primo vt virt⁹ earū fortificetur: ⁊ hac de cā scamonea miscet̄ cū medicinis aloeticis ⁊ zinziber cū turbith. Secūdo vt cito faciat alias medicinas transire ad locū debitū. ⁊ sic crocus admiscetur auro ⁊ argento. aurū em̄ ⁊ argentū sua ponderositate ad intestina descendūt: nec ad venas possunt penetrare. et crocus facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemus vt cito medicina nō transeat ad venas: vt cū volumus epar deopilare per diuretica: quia illa sunt cito penetrantia ad venas permiscemus aliā medicinā vt raphanū. Raphan⁹ em̄ hʒ ꝓprietatē attrahendi humores ad stomachū. Quarto vt vna ꝑ aliā debilitet̄. ⁊ sic miscem⁹ cū violis. vl' cū cassia fistula mirabolanos. Quinto vt malitiā alterius remoueat vel impediat. vt zinziber cū scamonea iūctū. scamonea enim debilitat stomachū ⁊ zinziber cōfortat.

¶ Descriptio. ix.

Dianisum Mesue valet grosse ventositati stomachi: ⁊ frigiditati: ⁊ abundātie flegmatis crudi in ipso. ℞. anisi. ʒ. xx. liquiritie masticis an̄. ℥. j. carui macis galāge zinziberis seis feniculi cinamomi ana. ʒ. v. triū piperū s. piperis albi nigri et longi calamenti: scilʒ montani piretri cassie lignee an̄. ʒ. ij. heil. id est cardamomi maioris gariofilorum cubebarum croci spice. ʒ. j. s. zuccari. ℥. ij. puluerizentur ista satis subtiliter. Mellis lib. iij. ⁊ fiat electuarium in bona forma.

¶ Notādū φ in electuarijs de melle ac de zuccaro semper in eis species aromatice ponēde sunt post eorū aliqualē infrigidationē: quia si ponerentur melle vel zuccaro existente ad huc ad ignem vt quidam mentecapti faciunt: virtus aromatum perderetur.

¶ Feniculi ⁊ anisi cum simpl'r scripti reperiunt̄ in cōfectionibus vel electuarijs: de ipsorum seminib⁹ est intelligendum cum ea magis ad vsum medicine cōueniant.

¶ Descriptio. x.

Diatriton pipereō Mesue qđ calefacit stomachū ⁊ ventrē remouet dolorē eorū ex humiditatib⁹ flegmaticis multis et crudis: et mundificat stomachū ab ipsis ⁊ valet cōtra acidos ructos: ⁊ digestionem procurat. ℞. trium piperū. s. albi lōgi ⁊ nigri an̄. ʒ. v. zinziberis hasce. i. thimi anisi an̄. ʒ. ij. spice ameos amomi cinamomi ana. ʒ. j. cassie lignee seminis apij sisileos. i. sileris mōtani semis assari enule sicce. s. radicʒ an̄. ʒ. s. puluerizent̄ oīa satis subtil'r. mellis colati cocti ⁊ dispūati. ℥. viij. fiat electuariū. dosis ē a. ʒ. j. vsqʒ ad. ʒ. ij.

¶ Piper albū nō est illud qđ est paruū contractū qđ habet corticē grossum. Sed est illud qđ est magnū grauis pōderis sine contractione subtilissimi corticis. Et illud plus confortat stomachū quam due alie species.

¶ Enulla dʒ esse sicca: eo [illegible] maioris est desiccatiōis quam quando est recens.

¶ Cassia qñ in libris auctoꝝ reperitur absolute scripta considerandū est si cōpositio illa in qua intrat est solutiua vel lenitiua ⁊ tunc debem⁹ ponere cassiā fistulā. Si autē non est solutiua nec lenitiua: sed calefactiua cōfortatiua vel apitiua oppilationū: tūc debem⁹ ponere cassiā ligneā. ⁊ hoc fit de gn̄ali regula ⁊ documento.

¶ Descriptio. xj.

Diacurcuma magna Mes. cōferēs ad egritudines antiquas: ⁊ cacesiā: ⁊ hydropisiʒ iuuamentū manifestū. ⁊ eradicat egritudines epatis ⁊ splenis cronicas q̄ iā idurate sunt: et confert ad feditatem coloris ⁊ corruptionem stomachi ⁊ humiditatē frigidā ⁊ ventositates grossas in eis ⁊ dolori renū ⁊ vesice. ⁊ vrinā prouocat. ℞. croci assari seminis petrosilij dauci anisi seminis apij an̄. ʒ. s. raued sceni. i. reubarbari Meu. i. seminis aneti siluestrʒ. aliq dicūt φ radix est efficacior. spice nardi an̄. ʒ. vj. costi mirre cassie lignee squanti carpobalsami. i. se. balsa. rubee tictoꝝ succi absinthij succi eupatorij olei balsami. i. liquoris emanātis ab arbore balsami an̄. ʒ. ij. calami aromatici cinamomi an̄. ʒ. j. s. scordeon. i. allei siluestris scolopēdrie succi liquiritie an̄. ʒ. ij. s. dragagāti. ʒ. j. puluerizentur subtiliter omnia mellis dispumati ⁊ cocti li. iij. et fiat electuarium in bona forma: dosis eius est a. ʒ. j. vsqʒ ad. iij.

¶ Dicitur diacurcuma: q2 color assimilat̄ curcume: vl' dicitur a croco qui crocus apud grecos dr̄ crocō: q in ea ingredit̄ in bona quantitate. Et q2 vocabulū est corruptū dr̄ diacurcuma. sed debet dicere diacrocon.

¶ Jnsup̄ nota qđ oēs medicine ꝯfortātes epar: et valentes epari debent bene teri ⁊ subtiliter cribellari.

¶ Balsamus est liquor emanās a stipite illius arbusculi. ⁊ dicitur oppobalsamū: ⁊ oleū balsami: vel balsamū absolute. Et q2 perfectū ⁊ verū non: nisi cum difficultate haberi pōt: igitur loco eius ponit̄ istud oleū hoc modo factū qđ describitur a Gui. pla. dicens qđ habet virtutē balsami: ⁊ ponit̄ in omni compositione in qua balsamū intrat loco ipsius. Modus faciendi oleum illud talis est. ℞. terebētine lib. ij. olei cōis li. iij. olei laurini. ℥ xvj. cinamomi. ℥. ij. enforbij: gariofiloꝝ baccarū lauri gummi hedere serapini: galbani aromatici oppoponacis an̄. ℥. j. thuris masticis an̄. ʒ. iij. terant̄ terenda ⁊ distillētur ad alembicū lento igne ⁊ re[illegible]as.

¶ Descriptio. xij.

Dial[illegible] magna Mesue conferens ad debilitatē stomachi et epatis: ⁊ egritudines factas in eis. opilationes epatis aperit. ⁊ oēm duritiem resoluit. lapidem renū ⁊ vesice frāgit: vrinā ꝓuocat: ⁊ est ad hydropisim ⁊ cacesiā medicina sublimis. ℞. lace ablute. rauedseni. i. reubarbari ana. ʒ. iij. spice nardi. masticis seminis apij: cimarum squinanti id est extremitatum squinanti absinthij. succi eupatorij. ameos sauine: amigdalarum

amararũ. costi amari. [illegible]rre rubee tinctorũ. seminis feniculi anisi as[illegible]ri aristo. s. rotũde gẽtiane. s. radicis croci. cinamomi. isopi sicce cassie lignee. bdelij añ. ʒ. j ſ. piperis. s. nigri ʒinʒibe. ana. ʒ. j. Infunde mirrã ⁊ bdelliũ in vino ⁊c. tere subtiliter: ⁊ confice cum libr. j. et. ℥. viij. mellis [illegible]lati et dispumati: dosis eius ab aureo. j. vsqꝫ ad. ij.

¶ Modus lauãdi lacam ponitur a pãdectis ca. ꝓprio de laca in hunc modũ. Tere gummã lace ⁊ laua illã in mortario postqꝫ bene pistata fuerit lauationibus pluribus ex aqua fontis in qua bullierit aristo. lon. ⁊ squinãti. añ. partes equales: ⁊ tãdiu lauetur cũ hac aqua qꝺ clarescat semꝑ cũ pestillo agitãdo. deinde dimittat̃ residere: postea colet̃ aqua ⁊ in vmbra permittat̃ desiccari q̃ desiccata reseruetur. ⁊ hic est modus. Et ex ista lotione laca acquirit subtilitatem ⁊ apertionẽ maiorem.

¶ Medicinarum ablutio fit quinqꝫ de causis.

¶ Primo vt acuitas que in medicina est auferatur: et hoc modo abluitur calx.

¶ Scđo vt sordes remoueãtur ⁊ abijciantur: ⁊ hoc modo abluitur oleum ⁊ cera.

¶ Tertio vt possit meliꝰ ꝯteri: ⁊ hoc modo abluit̃ tutia.

¶ Quarto vt eius malicia auferatur: ⁊ hoc modo lauatur lapis laʒuli: vt remoueatur quedã virtus nauseatiua: ⁊ cõpressiua sola remaneat.

¶ Quinto vt acquirat maiorem subtilitatem: ⁊ hoc modo lauatur laca que efficitur subtilior ad aperiendum.

¶ Descriptio. xiij.

Cõfectio anacardina Mesue: ⁊ est cõfectio sapientũ ⁊ eorũ q desiderãt scire: acuit eñ intellectũ ⁊ subtiliat sensum ⁊ memoriã reparat. ⁊ cõfert dolori stomachi ⁊ ventris a frigiditate facto ⁊ clarificat sanguinẽ ⁊ colorẽ bonũ facit. ℞. piperis macropiperis. i. piperis longi. mirabolanorũ. chebulorũ emblicorũ: bellericorum indorũ vindebedust. i. castorei añ. ʒ. ij. costi anacardi. ʒucchari tabarʒet. i. ʒucchari albi: burungi. i. nigelle: baccarum lauri ana. ʒ. vj. ciperi. ℥. x. Tere anacardos per se: deinde medicinas alias: ⁊ cõfice cũ butyro vaccino ⁊ melle añ. li. j. proijciẽdo primo butyrũ post ea mel deinde alias medicinas subtiliter puluerisatas: dat̃ post sex menses: ⁊ dosis eius est ʒ. ij. cũ aqua feniculi ⁊ apij: ⁊ caueat assumens a labore ira coitu ⁊ ebrietate. Oẽs mirabolani ponunt̃ in hac cõfectione ad frangẽdũ malitiã anacardorũ. Nisi eñ illi ponerẽtur ipsorũ malitia oẽs alias medicinas corrũperet igit̃ in hoc bene aduertant apothecarij. Anacardi sunt fructꝰ cuiusdã arboris qui habẽt similitudinem cũ corde auiũ paruarũ habentes intrinsecus rubedinẽ quandam ad similitudinem sanguinis: ⁊ nascuntur in Sicilia in montibus igneis: qui continue comburũt. ⁊ ab ipsis denominat̃ cõfectio anacardina. Et nota ꝙ isti fructꝰ dũ sunt recẽtes cõdiunt̃ cum melle hoc modo. liq̃facto melle in eo ponuntur ⁊ diu morant̃ in eo ⁊ illud tale mel vocatur mel anacardũ: ⁊ habent̃ in vsu absqꝫ dictis anacardis. Et aliq̃ñ ingredit̃ in electuarijs: vt inferiꝰ apparebit. Et illud tale mel hꝫ intensiorẽ gradũ caloris ⁊ siccitatis quã mel purum: q̃ꝛ anacardi sunt calidi ⁊ sicci in quarto gradu. Nec sunt pediculi elephãtis: vt quidam false dicunt.

¶ Burungi de eo est magna inter doctores differentia. Christoforus de honestis suꝑ illũ passuꝫ exponit ꝙ est nigella: ⁊ ꝙ nigella est semẽ nigrũ odoriferũ: gentilis vero exponẽs illã cõfectionẽ inquit burũgi sunt grana similia piperi que nõ habemꝰ: sed illorũ loco ſm quosdã ponit̃ cataputia: alij vero dicũt ꝙ est quedã herba hñs folia silr̃ia rute faciens semen in vaginis simile nasturtij que mordẽt linguam. Sed prima opi. est melior: magisqꝫ ad mentẽ autoris: cũ nigella cerebrũ confortet humiditatẽqꝫ ipsius desiccet quẽadmodũ cõfectionis virtus est: quare nigella ponenda est ⁊c.

¶ Descriptio. xiiij.

Confectio de scoria ferri Rasis. ix. alman. cap. de emorroidibus quã dicit mirabiliter valere pro cõstringendo fluxu immoderato emorroidarũ retinens etiã fluxũ exuberantem mẽstruorũ in mulieribꝰ: afferens etiam iuuamentũ in fluxibꝰ ventris cronicis: ⁊ datur inquit ipse oĩ mane ad quantitatẽ castaneæ. ℞. mirab. embli. nigrorũ. i. indorũ. bellericorũ añ. ʒ. ſ. spice squinanti ciperi ʒinʒiberis piperis. s. nigri ameos olibani ana. ʒ. ij. scorie ferri ꝑparate. ℥. ſ. pulueriʒent̃ oĩa subtilissime: et conficiantur cum melle dispumato quod sit coctũ cum apoʒimate emblicorum. ℥. x. ⁊ fiat in bona forma.

¶ Preparat̃ scoria ferri hoc modo. Accipe scoriã ferri quãtitatẽ quã volueris: ⁊ eã infũde i aceto fortissimo ꝑ hebdomadã. oĩ die acetũ mutãdo: postea ꝓijciat̃ suꝑ laminã ignitã ⁊ torrefiat: deinde subtilissime pulueriʒentur: ⁊ reserua: hoc enim est ipsius preparatio: quare ⁊c.

¶ Mel c[illegible]poʒimate emblicorũ hoc modo fit. [illegible] mirabolan[illegible] chebulorũ ⁊ emblicorũ añ. ʒ. xx. teran[illegible] ⁊ in tribus libris aque coquantur donec ad vnã remaneat: ⁊ postea coletur in colatura vero ponatur mellis boni lib. j. deinde bulliãt donec aqu[illegible] a melle consumpta sit. et hoc facto habes mel cum [illegible]poʒimate emblicorũ qꝺ in hac confectione ingreditur.

¶ Descriptio. xv.

Electuariũ de cineribꝰ. Aui. fen. xviij. tertij ca. xix. qꝺ dicit esse medicamẽ forte ⁊ ab ipso expertũ in cõminuẽdo lapidẽ renũ: ⁊ cõueniẽs etiã lapidi vesice extrahẽs ipm. ℞. cineris vitri cineris scorpionũ: cineris radiculũ cauliũ. nabati sunt caules nõ trãsplãtati cineris leporis lapidis spõgie sanguĩs hirci exiccati ⁊ ꝑparati cinerꝫ corticũ oui. a quo pullꝰ egressus fuit lapidis iudaici gũmi nucis. s. vsualis acori. s. radicis añ. ʒ. j. seminis

petrosilij dauci .i. semis pastinace siluestris pulegij gũmi ara. seis althee piperis scꝫ nigri. añ. ʒ.j.ß. pulueriʒẽtur oia subtilissime. mellis cocti ⁊ dispumati. ʒ.x. ⁊ fiat electuariũ qđ bñ obturet̃: ac sepe cũ spatula cõmisceat̃ ⁊ dosis ei⁹ est vsqꝫ ad aur. ij. cũ aqua tribulorũ decoctorum cũ ciceribus nigris.

¶ Uitrum cõburit̃ hoc modo. Terat̃ bene deinde reponatur in crucibolo vel captia ferri ⁊ ponat̃ sup̃ prunas semp̃ insufflando donec rubeũ fiat deĩde ab igne remoueat̃. Si erit incineratũ bene est. Aliter iterũ ponat̃ super prunas ⁊ insufflet̃: ⁊ nõ desinas sic facere donec incineret̃ ⁊ de eo vtere. Scorpiones hoc modo ꝯburunt̃. Accipe scorpiones viuos quantitatẽ quam volueris: ⁊ pone in olla noua claude eã lutando illã cũ pasta vł cũ terra ⁊ pone illã in furno calido ⁊ dimitte illã p̃ diẽ ⁊ noctẽ deinde extrahe et cinerẽ ipsorũ habebis.

¶ Caules nabati .i. caules nõ trãsplãtati: hoc modo cõburuntur. extrahe radices a terra: mundentur ab oĩ immũditia: deinde in frusta incidãtur ⁊ ponantur in olla: ⁊ coopiatur olla cooptorio perforato ita vt fumus possit exire. ⁊ ponãtur in furno. ⁊ dimittantur per totũ diẽ: in sero remoueãtur ⁊ reperies in dicta olla tanquã carbones postea dictos carbones tere[illegible]ne ⁊ in alia olla parua repone: ⁊ cooperi luto eam: ⁊ reponatur in furno ⁊ dimitte per diem ⁊ noctem: et tantum ac tam sepe hoc facias quod carbones in cinerem album esse conuersum reperies ⁊ illo vtere.

¶ Modus incinerandi leporẽ. Accipe leporẽ viuũ ⁊ decolla illum ⁊ repone in olla noua cũ toto s[an]guine et pelle bene obturando ollam. deinde ponatur in furno ⁊ tantum dimittatur ꝙ incineretur ⁊ de dicto cinere vtere in electuario suprascripto.

¶ Cortices ouorũ hoc mõ incinerent̃. Accipe cortices oui a quo pull⁹ egressus fuit ⁊ bene pistent̃. deinde ponant̃ in olla noua que bene obturata sit ponat̃ in furno et dimittatur per noctẽ in mane. si sunt incinerate bene est si autẽ bene in furno dimittantur vsqꝫ quo sint incinerate. et no. ꝙ quãto amplius coquunt̃ tãto magis albiores reddunt̃ et incinerãtur. ⁊ de eis vtere. Serapi. et auctor pandectarũ volũt ꝙ differẽtia sit inter dauci et baucie. ⁊ dicũt ꝙ dauci est pastinaca siluestris: baucie vero pastinaca dom[est]ica. A. vero et Mesue inter eas nullam differentiam faciũt: tamen in vsu est ⁊ tenetur opinio pandectarum ⁊ Serap.

¶ Sanguis hirci in hoc electuario ingrediẽs hoc modo preparandus est. accipe hircum. iiij. an. in diebus canicularib⁹. qui sint dies caniculares ĩfra describent̃ robustũ et nutriat̃ saxifragia feniculo apio [pe]trosilio pulegi[o] [h]edera squinãto: genestra cap. ve. po[l]i[tri]co vel lupul. [p]otetur v° optimo vino: et si ad aliqual[ẽ] acetositatẽ tenderet melius esset: semperqꝫ in sole teneat̃ et hoc mõ nutriatur saltim p̃ dies. xl. deind[e] cũ incipit vrina ei⁹ denigari: sumat̃ o[lla] noua ⁊ fundat̃ ĩ ea aqua ⁊ ferueat donec auferat̃ ab ea terreitas q̃ in ea est. Deinde decollet̃ hircus ⁊ accipiat̃ ex medio sanguine qui currit ex eo in olla ⁊ nõ accipiatur prim⁹ sanguis neqꝫ postremus et nõ amoueat̃ donec coaguletur. deinde incidatur in p̃tes duas eo existente in cõcauitate olle ⁊ cooperiatur cũ rete stricto: aut cũ panno subtili raro. Et dimittat̃ sub celo donec recipiat radios solis ⁊ lune: et dimittatur ipsum donec exiccetur bene: ⁊ caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollandus est nisi sanus sit hircus: et ex dicto sanguine vtere in oĩ medicĩa: et in omni loco in quo scriptũ reperis sanguinis hirci.

¶ In collectione mineraliũ tres cõditiones cõsiderãde sunt. primo eligantur a mineris notis ⁊ famosis. secundo ꝙ non sit admixtum quod impediat ei⁹ cognitionem. tertio ꝙ non habeat substantiam transmutatam.

¶ Descriptio. xvj.

Diasatirion Mesue seu cõfectio testiculorum vulpis et est se[cu]nda descriptio que est melior: et in vsu faci[e]ns ad erectionem virge ⁊ multiplicans sperma ⁊ desiderium coeundi. ℞. secacul albi ⁊ mundi elixati .i. cocti in aqua cicerũ: quorũ eiecta sit aqua prima li. j. satirionũ .i. testiculorũ vulpis q̃ abscinduntur a patre suo .i. [s]tipite suo etiã elixatorũ in aqua dicta. ℥. viij. radicũ raphani .i. siluestris. ℥. iij. luf plani .i. serpentarie vel dragontee. ℥. ij. terant̃ hec omnia ⁊ infundãtur super eis lactis vaccini vel ouini quãtitas que supemineat radicibus duobus digitis. olei sisamini butiri vaccini recentis añ. ʒ. iiij. coquantur hec oĩa cũ facilitate vsqꝫ ad spissitudinẽ. et si adhuc radices nõ bene cocte sunt: fundatur iterũ super eas ex lacte et oleo et butyro añ. partes equales vsqꝫ dum p̃fecte coquãtur: ⁊ post hoc infunde sup̃ hoc totũ mellis boni ⁊ dispumati li. vj. succi cepe hũide .i. recẽtꝫ li. j.ß. decoq̃ oĩa simul vsqꝫ ad p̃fectã coctionẽ ⁊ post hoc remoueant̃ ab igne. ⁊ p̃ijce sup̃ eã puluerẽ hũc cui⁹ hec ẽ p̃mixtio. ℞. caudarũ stinci cũ renib⁹ ⁊ sumie .i. ab vmbilico ĩfra. ℥. j. seis eruce ʒinʒiberis albi ⁊ mundi been albi ⁊ rubei lingue auis .i. seminis fraxini seminis nasturtij cinamomi piperis longi baucie .i. seminis pastinace domestice sinapis scꝫ seminis napi seminis asparagi ana. ℥. ß. conficiantur cum eis is primo subtiliter pulueriʒatis: vltimo vero ponãtur hec alia in medicina predicta pinearum mundatarum li. j.ß. fisticorum mũdatorum. ℥. x. cerebellorũ passerũ. ℥. x. pistẽtur tria hec subtilissime oĩa per se deĩde bene cõmisceantur simul ⁊ in fine aromatiʒentur cum. ʒ. j. musci boni. ⁊ dosis ei⁹ est ab. ℥. ß. vsqꝫ ad. ℥. j. cum bono vino puro ⁊ pauco ⁊ sumitur ĩ sero cum itur dormitum.

¶ De secacul inter doctores est diuersitas auctor. pandectarũ et Mesue dicun[t] ꝙ secacul idem est ꝙ iringus. et iringus idẽ ꝙ secacul. Simõ vero ianuen. Sera. in lib. de s[im]plici medicina in. vij. lib. sui breuiarij ⁊ Aui. dicuntq̃ ꝙ secacul est radix sicut ʒinʒiber que apportatur ab india. verum in vsu est et accipitur iringus pro secacul quia eo caremus. Aliqui dicunt ꝙ secacul est sigillum sancte marie. Quare prima aqua ciceris abijcitur: ⁊ in scđa lauant̃ satyriones ⁊ secacul quod prima est abstersiua prohibens inflationem et ventositatem generari. secunda vero est multum ventosa ⁊ inflatiua. et cum hoc portatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra.

¶ Stincus est quoddam animal simile lacerte degens in ripis aquarum secundum flumen nili. In hac confectione pro omni lib. j. mellis cocti ⁊ dispumati ponende sunt. ℥ iij. specierum cribellatarum. si habere debet virtutem a Mesue scriptam. Iringus et taxus barbasus colligendi sunt in mense octobris.

¶ Incidenter hic notãdum e[illegible] ꝙ hoc electuariũ dupli-ci ratione solet dari hominib[illegible] primo exhibetur corpori bus exiccatis ad humectandũ ⁊ tunc debem⁹ exhibere de eo.ʒ.ß.in mane per horas quatuor vel duas ad min⁹ ante prandiũ datur.⁊ scd͡o ad augmẽtum coitus ⁊ viri-lis membri erectionẽ ⁊ tunc ipsam exhibere debem⁹ ve-spere ante cenã per duas horas cũ modico vini subtilis ⁊ odoriferi.cõplexio dicti electuariũ est tẽperata inter ca lidum ⁊ frigidum.humida tñ ad ṡm gradum.

¶ De[illegible]riptio.xvij.

Diairis Nicolai sic dr̃ a radice illa q̃ ireos vocatur ꝓdest disniacis ortonicis.⁊ tussienti bus ex flegmate grosso.⁊ vocẽ deperditã re-staurat si fuerit ex frigiditate ⁊c. ℞.radicum ireos.℥.j.pulegij ysopi liqritie añ.ʒ.vj.amig dalarũ sc; amararũ dragagãti pinearũ cina momi ⁊ zinziberis piperis añ.ʒ.iij.caricarum carniũ dactilorꝫ.passularũ enucleatarũ ana. ʒ.iij.ß.storacis ru.ʒ.ij.⁊.℈.j.pulverizent̃ sub-tiliter oĩa mellis cocti ⁊ dispumati lib.j.ß.et fiat electuariũ.Ysopi si simpliciter scriptũ reperiatur de herba sicca est intelligendũ et in vmbra exiccandũ est ⁊ nõ solũ ipsum:sed oẽs herbe aromatice.sol eñ aromaticitatez illã resoluere facit et virtutẽ destruit.

¶ Pinee ⁊ amigdale nisi sint recentes anteq̃ȝ in ꝯfectio nibus ⁊ electuarijs pectoralibus ponantur semper de-bent purgari:vt supra ostẽsum est.aliter rauceitas sua nocet pectori ⁊ tussim prouocat.quod bene notent apo-thecarij in hoc ⁊ aduertant.

¶ Descriptio.xviij.

Diapenidion Nicolai sic dicitur a penidijs que ibi intrant plusq̃ȝ de alijs speciebus.va let ad omne vitiũ pulmonis ⁊ tussis ad rau-cedinẽ vocis factã ex siccitate ⁊ ptisicis sub-uenit. ℞.penidiarũ.ʒ.xvj.seminis pinearũ amigdalarũ preparatarꝫ:hoc est mũdatarũ. semi.papaueris albi añ.ʒ.iij.℈.j.gariofilorũ et cina.zinziberis succi liquiritie dragagãti gũmi ara.amidi.semi.citruli.se.melonũ.se-minis cucumeris.semi.cucurbite mũdato-rum añ.ʒ.j.semis camphore tertiaȝ partem vnius.℈.j.gra.vij.Sirupi violati.q.s.pulue rizẽtur subtiliter puluerizãda ⁊ cõterãtur cõ terenda.deinde cõfice sic.in lib.j.aque florũ violarũ.℥.iij.bulliant donec aqua [illegible]quãtu lum inficiatur postea coletur et colature ad-datur lib.j.zuccari:et bulliãt donec incipiãt inspissari.Tunc addatur pinee amigdale et suprascripta semina vnũquodq; per se bñ cõ tusum cum spatula semper mouendo.dein-de addatur penidij subtiliter pulverizati:et cum liquefacti fuerit illud grossum quod su-pernatat cum cassia dispumetur:et iteruȝ in mortario proijciatur:et bene terẽdo et com-miscendo.deinde camphora admisceatur.

Ad vltimũ pulvis suprascriptarũ specierũ cum supradicto sirupo in mortario semper agitando moueatur:donec incorporetur: demum reseruetur in vase vitreato.

¶ Summe ingredientes in hac ꝯpositione dissolui pos-sunt in aqua florũ violarũ.vel in decoctione prescripta a Nicolao et pinee etiã ⁊ amigdale cũ altero ꝓdictorũ hu-mectari possunt.ad hoc vt bene conterantur.

¶ Descriptio.xix.

Diadragantũ calidum Nicolai.Taliter di ctum a dragãto recipit ⁊ dicit̃ calidũ ad dif-ferentiã diadraganti frigidi alterius descri ptionis:datur antẽ in strictura pectoris fa-cta a materia frigida grossa et vitiosa. ℞. dragaganti triduo in aqua temperati lib.j. hysopi.pinearũ amigdalarum mũdatarũ ⁊ excorticarũ.semi.lini assi.añ.℥.iij.fenugreci sc; se.cinamomi.añ.℥.ij.zinziberis liquiri-tie.s.radix succi liquiritie.añ.℥.j.pulverizen tur subtiliter [illegible]pulverizanda.⁊ cõterantur cõ terenda:⁊ cõfice sic dragagantũ infusum in aqua per linteolũ extorque ⁊ cum lib.ij.et.℥. viij.mellis cocti vsq; ad spissitudinem lento igne se[illegible]per cum spatula agitando misceat̃: deinde additis pineis amigdalis seminis li ni et fenugreci ab igne deponantur.et pul-uis suprascriptarum specierum addatur:et vsui seruetur.

¶ Modus assandi semina lini in eo intrãtia talis est.ac cipe patellã vel bernaciũ.⁊ super ignẽ multũ calefacias: postq̃ȝ bene fuerit calefactũ remoue ab igne.⁊ intus po-nas lini semina semper mouẽdo vsq;quo sint assata:⁊ si tunc bene assata nõ sunt iterũ vas calefiat amotis semi-nibus.deinde ab igne remoto iterũ semina supra ponan tur:semꝑ mouẽdo vsq;quo sint [illegible]ne assata deinde reser-ua:et ṡm hanc doctrinã oĩa alia semina debẽt assari.

¶ [illegible]semen assatur vt amoueat̃ humiditas superflua ⁊ viscositas:⁊ pl⁹ assari debet q̃ȝ alia semina. Ideo nota ꝙ oĩa semina ꝑ se assanda sunt:eo qꝛ aliquod semẽ mul-tũ assandũ est propter ei⁹ viscositatẽ multã vt lini semẽ. ⁊ psilij.quoddam min⁹ propter eius paucã humiditatẽ vt semẽ ani[illegible] cimini ⁊ hmõi.quod bene notent [illegible]othe carij.C[illegible]fectiones he amare per duos annos [illegible]nser-uantur oẽs:tyriaca vero magna longiori tẽpore serua-tur:vt in ipsa scripsi.

¶ Descripti[illegible]xx.

Trifera magna Nico.cum opio et sine opio que taliter dicta est:quia magnã vtilitatem et fructum mulieribus confert.Datur con-tra dolorem stomachi virorũ ⁊ mulierũ cuȝ aqua in qua cocta sint semina feniculi anisi ⁊ masticis:datur contra vitiũ matricis ex fri-giditate ⁊ distemperata bibatur cum vino in quo cocta sit arthemisia.prouocat etiam menstrua si ex ea cum arthemisia bene tri-ta et cum oleo muscelino commixta fiat pes-sarium ex bombice quod ex istis inunctum in vulua mulieris immittatur:et prono-

cat etiã menstrua mulieri nõ cõcipiẽti si det
cũ vino in quo cocta sit mãdragora vel sam‑
bucus miro modo ꝓdest: pueris qui nõ pos
sunt dormire. ꝛ in nocte nimis garriũt diste‑
perata cũ lacte mulieris in modũ ciceris et
bibita prodest. ℞. cinamomi galãge gario‑
filorum spice nardi zedoarie zinziberis costi
storacis calamite calami aromatici ciperi
bireos. s. radicis paucedani corticũ mandra
gore spice celtice acori rosaꝝ scꝫ rubearũ pi‑
peris. s. nigri anisi seminis apij semi. petrosi‑
lij. semi. feniculi macedonici. i. apij montani
dauci ozimi iusquiami cimini diptami. añ.
ʒ. j. puluerizent̃ subtiliter oĩa. mellis cocti et
dispumati lib. j. ꝛ. ℥. ij. hoc mõ faciẽdo nihil
addendo vel minuẽdo erit trifera sine opio.
Si vero cum opio facere vis: addas predi‑
ctis omnibus opij thebaici. ʒ. ij. ꝛ cum opio
trifera erit.

¶ Si in hac patria mulieres volũt illã in zuccaro. Ac‑
cipias igit̃ suprascriptarũ specierũ sine opio. ℥. j. zucca‑
ri li. j. ꝛ facias. ꝛ dat̃ in modum castanee. Confectio hec
danda est stomacho vacuo: ꝛ differẽda est com[e]stio vsꝙ
quo de ea facta sit digestio. ꝛ dicte spẽs subtilissime sunt
terende ac puluerizande.

¶ Dicitur eñ cõpositio hec trifera. i. hoĩem iuuenẽ red‑
dẽs. Nota ꝙ quãuis in multis cõfectionibus reperies
scriptũ mellis cocti ꝙ tñ etiã cũ melle crudo ꝛ mũdo pos
sunt cõfectiones fieri: ꝛ illud habet minꝰ de spissitudine
ꝛ magis de penetratione. Igit̃ ab auctoribꝰ sepe inue‑
nies scriptum mellis cocti: ꝛ quandoꝙ mellis crudi: vt
per hoc intelligas quod vtrunꝙ potes ponere ꝛ con‑
uenienter.

¶ Descriptio. xxj.

Diaolibanũ Nicolai dictuꝫ ab olibano in‑
grediente descriptionẽ: valet ad oẽs capitis
passiones: lachrymas potẽter stringit. dolo
rem emigraneũ ꝛ superciliorũ sanat et squi‑
nantiã curat ꝛc. ℞. castorei opij thebaici in‑
squiami añ. ʒ. ij. cassie lignee. ʒ. j. ℈. [.] olij cro‑
ci th[ur]is añ. ʒ. ß. reupontici amomi ã. ʒ. j. ℈. ij.
ß. peonie scꝫ radicis macropipe. i. piper lon‑
gum storacis calamite ana. ʒ. ß. mirrhe. ℈. ij.
grana. v. spice piretri euforbij. Leucopipe‑
ris. i. piperis albi. añ. ℈. j. gra. xv. puluerizen
tur subtiliter oĩa. Mellis cocti ꝛ dispumati
℥. viij. ꝛ fiat electuarium in bona forma.

¶ De hyusquiamo cũ scriptũ reperit̃ semper de semine
ꝛ nõ de herba est intelligendum: herba eñ maioris est
venenositatis ꝙ̃ sit semen.

¶ Peonia si simplr̃ scribat̃ de radice intelligẽdũ est: cũ
illa magis vsui medicine conueniat ꝙ̃ folia vel semina.

¶ Descriptio. xxij.

Requies Nicolai. Sic dicta eo ꝙ requiem
patientibus prestet: ꝛ somnũ. et maxime ty‑
pice febrientibus quotidianarijs tertiana‑
rijs [qu]artanarijs acutis et peracutis ꝛc. ℞.
rosarũ. s. rubearũ vi[o]larũ añ. ʒ. iij. opij hyusc‑
quiami scꝫ seminis papaueris albi corticuꝫ
mandragore scariole semi. lactuce semi. por
tulace psilij: scꝫ semi. nucis muscate cinamo‑
mi zuccari añ. ʒ. j. ß. sandaloꝝ alborũ: sanda‑
lorũ rubeorũ: sandalorũ citrinorũ spodij: scꝫ
de canna. dragagãti añ. ℈. [.] j. grana. v. pulue‑
rizẽtur subtiliter puluerizãda. mellis cocti ꝛ
dispumati lib. j. ꝛ. ℥. iiij. ꝛ fiat electuarium.

¶ Ista compositio a multis corrupte ꝛ male componit̃.
Multi eñ addunt ꝛ in suis receptis reperiunt vltra pre
scripta Miconis ꝛ exponunt ꝙ est papauer nigrũ ꝛ fal
se: nã idẽ est qđ pauer albũ vt vult Gentilis super. v. cañ.
Sed littera debet stare vt prescripsi.

¶ Usus istorũ opiatorũ nõ debet esse nisi transactis sex
mẽsibꝰ: ꝛ inueterata vltra sex annos nõ vigorose electua
ria hec operant̃: imo declinant ab eius virtute maxime
stupefactiua: seu opiata.

¶ Descriptio. xxiij.

Egeta Mes. experta ad dolorẽ stomachi a
frigiditate factũ ad oẽs dolores factos a si‑
mili causa: ꝛ a ventositate grossa: ꝛ ad dolo‑
rem colice ꝛ difficultatẽ vrine: ꝛ dolorẽ den‑
tium: ꝛ ad vẽtositates matricũ: ꝛ cõfert iuua
mentũ maximũ ad sterilitatẽ bibita: et sup‑
posita cũ lana ꝛ oleo de lilio. ℞. castorei mir
rhe opij piperis macropiperis. i. piperis lõ‑
gi galbani costi cinamomi fu id est valeriane
meu. i. semi. aneti siluestris: aliq dicunt ꝙ ra
dix est ponẽda ꝛ nõ semen dauci assari croci
ana. ʒ. j. puluerizentur subtiliter oĩa. Mellis
cocti ꝛ dispumati lib. ß. ꝛ fiat electuarium in
bona forma: dosis eius est aur. j.

¶ Mel ponitur in ista medicina: ꝛ nõ solum in ista: sed
in oĩbus alijs triplici ratione. Primo vt placet horribili
tatẽ medicinarũ. Secundo vt mũdificet ꝛ resoluat. Ter
tio vt conseruet species sua viscositate.

¶ Stupefactio est dispositio ĩducta in mẽbro a frigidi
tate: per quam membrum non sentit: aut obtuse sentit.

¶ Descriptio. xxiiij.

Atanasia Mesue sic dicta: qꝛ hoĩem a mor
te preseruat. confert ad dolorẽ epatis ꝛ sple‑
nis: ꝛ opilationi in eis: ꝛ ad dolorem stoma‑
chi: ꝛ asma: ꝛ ad tu[ss]i[m] antiquã: ꝛ mũdificat
pectus: ꝛ ad fluxũ vẽtris antiquũ ꝛ ad disin‑
theriã: ꝛ ad fluxũ sanguinis. et est in sedatiõe
doloris: sicut philoniũ. ꝛ ꝯfert ad dolorẽ re‑
nũ ꝛ hemorroidarũ. ꝛ Galenus qdẽ ꝑcepit
misceri in ꝯfectione hac epar adib. valet eñ
sua proprietate ad morbos epatis. ℞. croci
opij mirrhe castorei hyusqami costi carui se
minis papaueris nigri spice eupatorij epa‑
tis adip. i. lupi: cornu dextrũ capre vel cerui
añ. ʒ. j. pulu erizent̃ subtil̃r oĩa. mellis cocti ꝛ
dispu. lib. v. ꝛ fiat electuariũ in bona forma.

¶ Epar adip. i. lupi preparatur hoc modo ꝛ conseruat̃.
primo

primo debet optime lauari [illegible] vino albo optimo ⁊ bene mundari ab omnibus imm[illegible]ditijs. deinde saliatur: seu spargatur sandalis citrinis bene et subtiliter pulverizatis: deinde permittatur exiccari. demũ inuoluat absinthio et ponatur in vna scatula in loco sicco cũ dicto absinthio omni hebdomada absinthiũ mutando.

¶ Lupi vero intestinũ hoc modo preparatur: et cõseruatur. Lauetur optimo vino albo. deinde tumefiat ⁊ ponatur ad exiccandum: sed caueatur a fumo ⁊ puluere. deinde etiã in absin[illegible]o inuoluatur et reseruetur: valet enim in colica mirabiliter.

¶ Descriptio. xxv.

Philoniũ persicuz Mes. in sua practica ca. de sputo sanguinis: in fine capi'li. qḋ dicit esse vehemẽtis virtutis ad emanationem sanguinis vndecũq̧ ⁊ screatũ eius cum tussi ⁊ fine tussi ⁊ ad superfluitatẽ menstruoꝝ dolorosam ⁊ emorroidarũ: ⁊ ad egestionem sanguineam: ⁊ ad mulieres pregnãtes qbus erumpunt menstrua ⁊ conseruat fetũ in matricibus earũ. ℞. papaueris albi. ʒ. semis hyusquiami. ʒ. semis. añ. ʒ. xx. terre sigillate opij ana. ʒ. x. scehedengi. i. semis canapis croci añ. ʒ. v. castorei spice euforbij piretri margaritaruz non perforatarũ. karabe zedoarie doronici ramich. i. quedã compositio infra descripta añ. ʒ. j. camphore. ℈. j. pulverizẽtur subtiliter omnia. Mellis rosati colati lib. ij. ⁊ fiat electuarium in bona forma. dosis est a. ʒ. ß. vsq̧ ad. ʒ. j. cum succo arnoglose: aut cũ aqua rosata ⁊ modico vini puri.

¶ Differẽtia em̃ est iter scedenegi et scehedẽgi: scedenegi idem est ꝙ lapis ematitis: scehedengi. i. semen canapis: quare bene considerande sunt litere in omni cõpositione et vocabulo.

¶ Castoreum em̃ in hac cõpositione ponitur vt prohibeat congelationem ab opio.

¶ Margarite ꝓ ad cõfortationẽ membroꝝ principalium ꝓpter lesionẽ opij. margarite a natura pforate meliores sunt q̃ nõ pforate. Et ratio est qꝛ per illud foramẽ superfluitates ipsarũ sunt consumpte ⁊ purgate.

¶ Philonium enim dicitur a compositore: quia philon medicus illu[illegible] composuit.

¶ Descriptio. xxvj.

Puluis pro sacculo cordis magistralis: qui satis temperatus est: potest tamen fieri ⁊ magis calidus ⁊ frigidus etiam secundum exigentiam ⁊ diuersitatem dispositionis cordis. ℞. florum boraginis buglosse melisse an. ℳ. j. rosarum rubearum ℳ. j. florum camomille anthos ana. ℳ. ʒ. sandalorum omnium been albi ⁊ rubei ossis de corde cerui ana. ʒ. j. corallorum rubeorum seminis acetose corticum citri. ana. ʒ. ʒ. ligni aloes gariofilorum ana. ℈. ij. misce: ⁊ omnia grosso modo puluerizentur ⁊ vsui reseruentur.

¶ Hue prescripte compositio[illegible] specierum sunt terende grosso modo: et per cribrum medicinarum transeunde: vt commodius possint in sacculis stare: ac vt virtus ipsarum longiori tempore duret. Et sic finis imponitur quinte [illegible]nctioni que fuit de pulueribus. De pulueribus fuit opinio quorundam quod virtus eorum duraret vsque ad sex menses. Sed huic opinioni ego non adhereo: eo quia in spacio sex mensium virtutes puluerum resoluuntur et efficiuntur debiles. Igitur dicas quod per duos menses conseruantur in bonitate sua: et non plus.

¶ Incipit sexta distinctio que est de loch: et continet nouem descriptiones: quarum prima est.

Loch de pino mes. conferens ad tussim antiquam ad asma: ⁊ sputi viscositatem ⁊ constrictionem anhelitus. ℞. granorum pini mundatorum ⁊ recentium. ʒ. xxx. amigdalarum dulcium excorticatarum auellanarum assatarum dragaganti gummi arabici liquiritie. s. radicis succi liquiritie amili capillorum veneris radicum lilij celestis. i. hireos. ana. ℥. ʒ. carnium dactylorum heyricon. i. illius prouincie. ʒ. xxxv. amigdalarum amararum etiam excorticatarum. ʒ. iij. mellis passularum zuccari taberzet butyri recentis. an. ℥. ʒ. mellis taberzet. quid sit supra declaratum est lib. j. et. ℥. v. ʒ. et fiat loch mel coquendo et depurando.

¶ Auellane assantur quemadmodum semina: igitur facias vt supra ostendi de seminibus: et hoc modo habes doctrinam assationis earum: assantur autem quoniam assate maturant catarrum: sed cortex interior abijcitur ⁊ hoc modo assando remouetur quedam superflua humiditas.

¶ Dragagantum quod ponitur in omni loch preparatur hoc modo. Accipiatur mellis ⁊ aque ana quantum sufficit ⁊ in eis infundatur dragagantum et permittatur [illegible]. deinde per setatium fricando transeatur: ⁊ hoc modo vtatur: ⁊ sic facias de omnibus gummis in loch intrantibus.

¶ Nucleus si [illegible]pliciter scribitur de nucleo pini intelligitur: quidam [illegible]ero alij de nucleo oliue intelligunt. Auic. vero. ij. can. de nucleo dactyli intellexit. Sed prima opinio verior et melior est.

¶ Mel passulatum fit hoc modo. Exprimantur passule donec ex [illegible] exeat succus: ⁊ accipe de dicto succo partem vnam: mellis partes duas: vel succi passularum. ℥. j. mellis. ℥. ij. misce ⁊ bulliant simul vsque ad consumptionem [illegible]ucci. ⁊ tunc erit mel passulatum. Et hoc modo ostendit facere gal. mel myrtinum quod fit ex duabus partibus mellis ⁊ vna myrtillorum. s. in suo antidotario minori in confectione que incipit. confectio mellis myrtini: quod si succus earum haberi non potest: hoc modo facias. passularum. ℥. ij. aque. ℥. vj. bulliant simul vsque fere ad consumptionem aque: deinde exprime passulas ⁊ adde duplum mellis ⁊ coque et erit mel passulatum.

¶ Varia reperitur litera in hac compositione: quedam enim dicit: vt supra annotatum est. ⁊ ista litera bona est. alia vero dicit mel canne quantum sufficit. ⁊ idem est quod puluis zuccari: eo quia puluis ille extrahitur ex cannis ⁊ condensari non potest: ⁊ antiqui mel canne appell[illegible]nt. Alia vero dicit zuccari taberzet: ⁊ idem significat quod zuccarum illius regionis quod [illegible]it albissimum purum et bene coctum. verum quia non cognoscitur ipsorum diuersitas accipitur zuccarum edere.

¶ Descriptio. ij.

Loch de papauere seu diapapauer Mesue confer[illegible] ad tussim calidam ⁊ pectoris asperitatem: et cuius sputum est tenue indigens ingrossatione ⁊ maturatione: et confert ad febrem calidam et dolorem pectoris et pleuresim. ℞. seminis papaueris albi. ʒ. xxv. amigdalarum dulcium excorticatarum granorum pini gummi arabici dragaganti succi liquiritie an. ʒ. x. amidi. ℥. ʒ. seminis portulace seminis lactuce: seminis citoniorum an. ℥. ʒ. croci. ʒ. j. penidiarum albarum. ℥. iiij. sirupi de papauere hoc modo facti lib. j. ⁊ fiat loch in bona forma: sirupus iste hoc modo fieri debet. ℞. capita papaueris albi ⁊ nigri an. ℳ. ʒ. seminis lactuce violarum an. ℥. j. bulliant hec in lib. iiij. aque secundum artem deinde colentur: ⁊ additis lib. ij.

zuccari fiat sirup⁹: de quo fiat loch p̄scriptū.

℄ Descriptio. iij.

Loch sanū ⁊ expertū Mesue cōferēs ad tussim ⁊ raucedinē vocis q̄ est propter frigiditatē ⁊ flegma grossum qđ in pectore cōtineat ⁊ pulmone. ℞. cinamomi hysopi sicce liquiritie añ. ℥. ß. iuiubarū sebestē añ. numero. xxx. passularū enucleatarū ficuū siccarū dactilorū pinguiū añ. ℥. ij. fenugreci hyreos. ß. radicis calamenti. ß. montani seminis lini añ. ℥. j. hec oīa coquātur ſm artē in li. iiij. aque vsq₃ ad ɔsumptionē medietatis: deinde colētur: ⁊ in colatura addanť penidiarū lib. ij. ⁊ coquanť vsq₃ ad spissitudinē mellis. deinde p̄ijciantur super eis pinearū mundatarū. ʒ. v. amigdalarū mundatarū liquiritie dragaganti gummi arabici preparati vt supra amidi. añ. ʒ. iij. hyreos. ʒ. ij. misce oīa simul prius tñ bene cōtusis cōterendis ⁊ pul[ueri]zatis pulverizandis: et reducantur ad formam loch bene omnia commiscendo.

℄ Coqui ſm artem est plus et minus res bullire ſm q̄ sui natura plus ⁊ minus sustinet de decocti[on]e. Que vero sint illa que sustineant multum de decoctione: que vero minus in vltima distinctiōe declarabitur. pro nūc sis contentus.

℄ Descriptio. iiij.

Loch ad asma Mesue bonū etiā ad cōstrictionē anhelitus ⁊ ad tussiz antiquā: ⁊ subtiliat humorē grossum. ℞. squille assate. ℥. ß. hireos. scʒ radicis. ʒ. ij. hysopi prassij añ. ʒ. j. mirre croci añ. ʒ. ß. mellis cocti et bene dispumati. ℥. ij. ⁊ fiat loch prius cōterendo subtiliter prescripta. Modus assandi squilā talis est. Accipe sepe squille mediocris magnitudinis: ⁊ amoue cortices exteriores ⁊ interiores abijciendo ambas. Que vero in medio sunt inuoluas in pasta ordei: ⁊ sit pasta grossa gr[ossi]tudinis digiti: deinde pona[nt]ur in furno: ⁊ tādiu dimittanť q̄ pasta effecta sit rubea: deinde ext[ra]he: ⁊ dimitte infrigidari. post infrigidationē aperiatur: si bene assata est contere subtiliter ⁊ vtere. Aliter iterū inuoluas in alia pasta: ⁊ in furno ponas. ⁊ tm̄ hoc facias q̄ bñ assata sit. Nā nisi bñ assenť remanet in eis acuitas mala: q̄re nocēt sto. ⁊ ventri valde vomitūq₃ ⁊ nauseā faciunt.

℄ Wel nota q̄ bene dispumari dʒ in quacunq₃ cōpositione ponat[u]r: ⁊ maxime in loch cōfectionibus pectoralibus: eo q̄ quando spuma ab eo nō est ablata facit tussim et l[a]xat ventrem: quare notent apothecarij: ⁊ q̄ quandoq₃ sunt causa magni detrimenti.

℄ Descriptio. v.

Loch de squilla Mesue quod est medicamē[tum ivua]menti magni eis quibus materia grossa et viscosa ⁊ diffic[ili]s maturationis exubērat in mēbris anhelitus: reddēs eā facilē ad expellendū ⁊ confert difficultati anhelitus ⁊ doloris pectoris ⁊ lateruz. ℞. succi squille mellis colati ⁊ bñ dispumati. añ. ℥. vj. misce ⁊ simul coq̄ vsq₃ ad formā loch ⁊ reseruetur.

℄ Modus extrahendi succū a squilla talis est. Mūdeť squilla a superioribus ⁊ interioribus corticibus: q̄ venenose sunt ⁊ medie sumantur. Et bene inuoluātur in pasta facta cū farina ordei vel siliginis: vel frumenti. nō autem ex luto vt quidā fatui faciunt. Et notanter dictū est in pasta ordei siliginis vel frumenti. nō aūt in luto: q̄ addūt in virtute carū ⁊ subtiliant mūdificant ipsas ⁊ post inuolutionē in dicta pasta: ponātur in furno tēperate calido: ⁊ permittātur vsq₃ ad cocturam paste in qua lamine squille sunt: deinde extrahanť: ⁊ abiecta pasta accipianť lamie squille ita calide ⁊ proijcianť in mortario lapideo prius calefacto: ⁊ pistello ligneo bene pistenť. nō aūt cū pistello ferri: ferrū eñ facit eis rubiginem que rubigo venenosa est: ⁊ post perfectā pistationē cōfestim ante infrigidationē ipsaꝝ in subtili petia inuoluanť: ⁊ exprimanť fortiter. ⁊ sic succū habebis: nec infrigidari p̄mittāť: eo q̄ infrigidate succ⁹ haberi nō posset ꝓpter maximā viscositatē quā facerent ⁊c. Quod si sq̄lla careremus apponi potest loco eius raphanus.

℄ Descriptio. vj.

Loch de pulmone vulpis magistralis: ⁊ mesue in ca. de ptisi ponit ipsum de mēte gale. Aui. etiā. xiij. c. de cura vlcerū pectoris ⁊ est ex medicinis mirabilis iuuamēti aggregantib⁹ virtutē cōfortatiōis ⁊ mundificationis pulmonis. ℞. succi liquiritie pulmonis vulpis preparati se. feniculi capillorū veneris añ. ℥. j. mellis li. j. coquantur: neq₃ dispumētur ⁊ cōmisceanť ⁊c. prius bene cōterendo.

℄ Pulmo vulpis hoc modo preparať: et cōseruať. mūdetur peroptime omnib⁹ suis immunditijs deinde illū bene laues cū aqua vite ⁊ postea illū aspergas zuccaro optimo bene pulverizato: deinde p̄mittatur exiccari in stupha vel furno leniter calido. Et post ipsius exiccationē inuoluať in absinthio. absinthium enim cōseruat illum a corruptione vermiū. Alio modo conseruari ⁊ preparari potest hoc modo. Accipe pulmones vulpis numero. vj. scindantur per venas ⁊ cannas. postea abluantur cū vino albo dulci ⁊ calido ⁊ odorifero quatuor vel quinq₃ vicibus per horam pro qualibet vice postea exiccentur in absinthio. et modus iste melior est.

℄ Descriptio. vij.

Loch de altea magistralis. Cōferēs mirabiliter in plenitudine [p]ectoris et pulmonis facilitādo sputū abstergēdo ⁊ rescidēdo materias gr[oss]as: ⁊ p̄hibēdo ab apostemate. ℞. radicū althee quātū pl₃: lauenť *optime* et a ligno interiori mundētur. Postea incidanť per transuersum minutissime: ⁊ coquanť in aqua cōpleta decoctiōe postea optime pistētur. deinde stagminētur cū sua decoctione: si per se non posset transire manib⁹ fortiter cōprimēdo. de hac colatura accipe li. iiij. mellis bene dispumati li. ij. liqritie mūde ⁊ bene pulverizate. ℥. vj. passularū bene cōtusarum ℥. iij. pulmonis vulpis seminis coti ana. ℈.

iij. Coterantur oīa subtilissime ⁊ misceant:
⁊ bulliant vsq̃ quo habeant formam loch: ⁊
in fine post aliqualem infrigidationem ap-
ponantur prescripte species ⁊c.

¶ Species omnes in loch intrantes debent subtilissi-
me conteri ⁊ per spissum setatinum transiri: et non tan-
tum species loch sed omnes medicine pectorales. Loch
omnes in sua bonitate per duos annos seruantur pro-
prie delectabiles: horribiles vero vsq̃ ad tres annos ser
uari possunt.

¶ Descriptio.viij.

Mixtura pectoralis per me composita. ℞.
zuccari violati zuccari buglosati zuccari bo-
raginati man⁹ christi violati an̄.℥.iiij. dya
iris de zuccaro penidiarū diagragāti an̄.℥.
vj. diacalamēti loch de althea an̄.℥.ij. misce
⁊ cū sirupo violato fiat mixtura: ⁊ reseruet.

¶ In ista cōpositione est notandum q̃ si debitā formaz
habere debet necesse est q̃ man⁹ christi penidij diadra-
ganti: ⁊ diayris subtilissime pri⁹ p se terant. deinde cuz
alijs rebus misceant: ⁊ cū syrupo predicto humectent.

¶ Descriptio.ix.

Mixtura cordialis p me composita. ℞. dia
boraginati diabuglosati zuccari violati an̄.
℥.ij. zuccari rosati.℥.ij. amare nate.℥.vj. zuc
cari candi.℥.ij. cōterat subtilissime zuccarū
candidū: deinde oīa misceant: ⁊ cum syrupo
de acetositate citri fiat mixtura.

¶ Candi si simpliciter scriptū reperiat: vel candi viola-
ti vel rosati. Illud est zuccarū rosa. vel violatū. indura
tū quod reperit in fundo vasis vbi recondit iulep rosa-
tū vel violatū. et de eo est intelligendū. Ista cōponentia
hāc mixturā debent multū bene cōmisceri in mortario
semper et paulatim syrupū addendo donec ipsorū debi
ta fuerit facta permixtio. Et sic sit conclusum de sexta
distinctione que fuit de loch ⁊c.

¶ Incipit septima distinctio que est de syrupis: ⁊ conti
net.xlvj. descriptiones: quarum prima est.

Syrupus acetosus simplex Mesue cuius iā magnificata est virt⁹
⁊ excellētia in cōitate ⁊ posse ipsi⁹
in materias calidas ⁊ frigidas ⁊
subtiles ⁊ grossas ⁊ viscosas siue adherētes.
℞. zuccari li.v. aque lib.iiij. ⁊ cū ea clarifice-
tur zuccarū. quo clarificato cū igne lēto sem
per spumā abijciēdo. deinde proijciat sup il
lud aceti vini albi. lib. [illegible]ij. in leui ⁊ forti ptes
iiij. scz lib.iiij. ⁊ in mediocri partes.iij.s. lib.
iij. ⁊ da ei post illud perfectionē d[illegible]coctiōis.
Sed vsitatus modus est ponere lib. ij. aceti
⁊ facere syrupum: ⁊ hic in vsu est.

¶ Multi dubitant in hac recepta: ⁊ apparet eis ambi-
guum id qđ Mes. dicit: ⁊ referunt illud forte ⁊ illud de-
bile: ⁊ illud leue ad acetū. ⁊ nō debet referri ad acetum:
sed ad virtutem syrupi: et sic clara est litera.

¶ Descriptio.ij.

Syrupus de duab⁹ radicibus magistralis.
Efficax conueniens in digerendo materias
mixtas cholericas ⁊ flegmaticas. vsus tamē
eius est plus ad materiā flegmaticaz. aperit
etiā opilationes splenis ⁊ renum. ℞. radicū
petrosilij radicū feniculi an̄. M. j. bene lauē
tur ⁊ a ligno interiori mundentur: ⁊ abradā
tur: deinde bulliant in lib.viij. aque vsq̃ ad
consumptionem medietatis. deinde colen-
tur ⁊ predicte colature addantur zuccari cla
rificati lib.ij. ⁊ bulliāt vsq̃ ad perfectam de-
coctionem. ⁊ formam syru.

¶ In isto syrupo sunt qui ponunt radicē apij loco radi
cis petrosilij. Sed quia apium habet in se hāc proprie-
tatem q̃ epilepsiam mouet: ideo mihi suspectū est: ⁊ lo-
co ipsius poni facio petrosilium.

¶ Descriptio.iij.

Syrupus rosatus Mesue ex infusione cōue
niens ad extinguendū sitim in febribus acu
tis ⁊ ad remittenduz excessum caliditatis in
eis cōfortans stomachū relaxatū: ⁊ epar sem
per calefactum: ⁊ corresistens putredini: ⁊ cō
ueniens tēpore pestilentie resistens venenosi
tati. ℞. aque infusionis rosaꝝ li.iiij. zuccari
clarificati. [illegible]iij. misce. ⁊ fiat sirupus coquen
do debito modo. Modus infusionis rosaꝝ
talis est: accipe foliorū rosarum viridiū mū-
dataꝝ li.vj. ponātur in vase vitreato stricti
orificij: ⁊ super eas fundantur aque feruētis
lib.xv. ⁊ stringatur orificiū vasis: ⁊ dimittat
per horas.viij. deinde coletur ⁊ bene rose ex
primātur: et postea abijciātur. Et iterū tan
tundem foliorum rosarum recentium in di-
cto vase ponat: ⁊ supradicta aqua colata q̃
denuo fuerit calefacta proijciatur ⁊ obture-
tur: et permittat vt supra ⁊ iterū tertio hoc
fiat: deīde coletur. ⁊ si reseruare volueris ap-
ponat ad solē per dies.x[illegible] in vase vitreo stri-
cti orificij: ⁊ distiletur parum olei oliuarum
in orificio ei⁹ post modum reserua. de dicta
infusione accipe quando volueris ponendo
equalem quantitatem zuccari cum ea.

¶ Descriptio.iiij.

Syrupus rosatus ex infusione rosarū sicca-
rum magistristralis mirabiliter confortans
⁊ stipticans. ℞. infusionis rosarum siccaruz
zuccari clarificati ana. li.ij. misce: ⁊ fiat syru-
pus coquendo debito modo.

¶ Infusio rosarū siccarū fit vt infusio rosaꝝ viridiū: hoc
excepto qđ loco viridiū ponunt rose sicce: sed sm eandē
quantitatem tam de rosis q̃ de aqua. Omnes sirupi re-
stringentes et sirupus rosatus. de granatis. de myrtis ⁊
ceteri constrictiui debent bene decoqui. lenitiui vero vt
violarum econtrario.

¶ Descriptio.v.

Syrupus de endiuia magistralis qui in vsu
est valēs precipue ad sup calefactiōes epatis
cordis ⁊ aliorū mēbrorū nutritiuorū: ⁊ gn̄a
liter cōfert cuilibet cōplexiōi calide. ℞. folio

rum endiuie epatice capilloꝝ veneris. ana. M.iij.diantos.M. ij.radicū endi.aq̄ endi. añ.li.j.bulliāt aūt hec ꝑm artē in lib.xviij.aq̄ vsq₃ ad cōsumptionē duarū ptiū. deinde colentur ⁊ colature addātur zuccari clarificati lib.vj.⁊ fiat syrupꝰ coquēdo debito modo.

Nota hoc vnum vniuersale ꝙ si vis facere sirupum magis clarum tunc cum decoctione debes zuccarum clarificare: sed tunc sirupus non est tante virtutis: ideo semper zuccarum per se clarificari soleo facere: deinde decoctionem supra addo.

Descriptio.vj.

Syrupus de endi.cuius inuentor fuit gentilis de fulgineo quem manu propria eius descriptū ego iā vidi.efficacior ⁊ melior ꝑscriptio valens ad suprascripta: ⁊ vltra illud est aliqualiter aperitiuꝰ opilationū ⁊ cōfortatiuus membroꝝ debilitatoꝝ a mala cōplexione calida illā notabiliter remouendo: est etiā digestiuꝰ materiarū colericarū acutaꝝ. ℞.Succi endi.succi epatice [illegible] li.iij.clarificētur seu purgētur predicti succi ad ignē vt expedit rosarum violarū.lenticule aque florū nenufaris.politrici ana.℥.ß.capilloꝝ veneris ordei mūdi seminū cōmuniū frigidoꝝ maioꝝ añ.℥.j.bulliant omnia hec secundū artē in li.vj.aque vsq₃ ad cōsumptionē tertie partis: deinde colentur.⁊ colature addātur zuccari clarificati li.iiij.⁊ fiat sirupꝰ qui aromatizetur cū infrascriptis subtili mō puluerisatis sandaloꝝ alboꝝ sandaloꝝ rubeoꝝ berberoꝝ seminū citonioꝝ ligni aloes cinamomi corticū citri añ.℈.j.subtiliter puluerizent: ⁊ sirupus aromatizet: est enī efficacior.

Aromatizatio dupliciter fieri potest. Primo ꝙ postq̄ sirupꝰ perfecte coctus est proijciant ea ex quibꝰ dʒ aromatizari: ⁊ permittātur solū vna ebullitione bullire. deinde ab igne remoueātur ⁊ reseruētur. alio mō postq̄ sirupus perfecte coctꝰ est et ab igne remotus possunt aromata ex quibꝰ aromatizari dʒ intus apponi. ⁊ simul lōgo tpe cōcutiēdo miscere: ⁊ sic virtutē accip[...]arū ⁊ hoc modo aromatizatio fit. vterq₃ modus est laudabilis.

Descriptio.vij.

Syrupus de succo acetose Mesue cōferēs febribꝰ cholericis [...] inflāmationi stomachi: ⁊ cōfortat cor calidū ⁊ stomachū: ⁊ est cōueniens febribꝰ pestilētialibus. ℞.succi acetose purificati li.ij.zuccari clarificati li.ij. ⁊ fiat sirupus debito modo coquendo.

In sirupis vnū vniuersale nota. sirupi enī aut cū zuccaro aut melle: aut sapa fiūt: sirupus qui de zuccaro fit meliꝰ dʒ decoqui q̄ qui cū melle cōponit: cū mel sit magis cōseruatiuū et minꝰ corruptibile. Et ideo sirupꝰ cū melle factꝰ diutiꝰ ꝯseruatur sirupus factꝰ de melle quāto minus decoquitur tanto magis laxat: ⁊ quāto plus coquitur tāto plus restringit. sirupi in estate magis coquendi sunt quā in hyeme: ⁊ omni tēpore sirupus quāto magis coquitur tanto melior est.

Descriptio.viij.

Syrupus de agresta Mesue conferens vomitui: ⁊ solutioni cholerice ⁊ inflammatiōi stomachi ⁊ siti laboriose ⁊ febribꝰ cholericꝭ ⁊ cōfortat stomachū pregnantiū que facile recipiūt superfluitates ⁊ valet cōtra venena ℞.succi vue acerbe lib.xij. Decoquat lento igne vsq₃ ad consumptio[nem] tertie partis. deinde coletur ⁊ postea permittat donec clarescat. Accipe igitur de eo claro lib.vij.zuccari clarificati libr.v. Et simul coquantur vsq₃ ad perfectam coctionem ⁊ reseruetur.

Succus iste extrahi debet ex vuis citrinis declinantibus ad rubedinē: nō maturis vltima hebdomada Iulij.⁊ post ipsarū collectionem stent per tres dies: deinde succus extrahatur anteq̄ hebdomada illa transeat: q2 elapsa illa hebdomada stella canis abscindit ⁊ succus non est tante perfectionis.

Insuper incidenter hic est notandum ꝙ illa que dantur pro fluxu ventris ad cōstringendū debent exhiberi statim ante cibū. Que vero propter vomitum dātur immediate sumpto cibo danda sunt.

Descriptio.ix.

Syrupus de papauere Mesue cōferēs catarro ⁊ tussi que vigilare facit. ⁊ faciens ad somnū ⁊ ad sitim extinguendā est etiā lenitiuus partium pectoris ⁊ pulmonis. ℞.seminis papaueris nigri añ.ʒ.ij.capillorum veneris.ʒ.xv.liquiritie.ʒ.x.iuiubaꝝ numero.xxx.seminis lactuce.ʒ.xl.seminis citonioꝝ ana.ʒ.vj. Coquantur omnia in lib.iiij.aque pluuialis vsq₃ ad consumptionem medietatis. deinde colentur.⁊ cū zuccari clarificati ⁊ penidiarum añ.℥.viij.fiat sirupus addendo vini cocti seu sape.℥.vj.

Semina omnia mucilaginē facientia nō sunt sic ad bulliendū seu decoquendū cū alijs rebus ponenda: sed sunt in petia liganda demūad bulliendum ponenda. et sic virtus earum in syrupo trāsit viscositas que syrupū viscosum reddere retinetur.

Sapa in hoc syrupo ponitur vt dirigat virtutē aliarum medicinarum ad pectus. sapa enim multū pectori amicatur.

Descriptio.x.

Syrupus de succo endi.mastigralis valens principaliter ad omnes supercalefactiones epatis ⁊ aliorum membrorum nutritiuoꝝ. ℞.succi endiuie purificati li.iiij.zuccari clarificati libr.ij.⁊.℥.viij.⁊ fiat syrupus debito modo omnia decoquendo.

Succi omniū herbarū cōseruantur per annū ⁊ non vltra. si supra eos ponatur parum olei oliuarū: ⁊ bene sint clarificati: vt in syrupo de bisantijs ostendetur: ⁊ apponēdi sunt in vase vitri vel saltem vitreato. demū trāsacto anno sunt abijciendi.

Descriptio.xj.

Orizachara Nicolai sic dicta ab ori qd̄ est acetū ⁊ zuccaro valēs tertiane acute ⁊ quartane nō vere purgās cholerā i stomacho existentē. ℞.zuccari li.j.succi malorum grana-

torū.ʒ.viij.aceti.ʒ.iiij. ponantur omnia ad ignem.ꝛ tandiu bulliant cum spatula semp agitando ꝛ spumam remouendo donec ad formam sirupi redeat.

¶Hoc in loco zuccarū nō clarificat̄ ꝛ si pur illud clarificare vis saltem tantum bulliant qđ aqua consumetur antequam acето permisceatur.que postquā ꝯsumpta erit acetum ꝛ succus granatorum ponatur.ꝛ hoc fit vt aceti *virtus* non dep[illegible]datur.

¶Descriptio.xij.

Syrupus de pomis simplex Mesue confortans cor debile.ꝛ sanans sincopim ꝛ tremorē cordis.℞.succi pomorū dulciū succi pomorū acetosorū añ lib.v.bulliāt ambo simul vsq̧ ad cōsumptionē medietatis.deinde in eis infundat̄ seta tincta in kermes.i.in grana.ʒ.ß.ꝛ dimittatur in eis ꝑ dies duos vsq̧ dū clarescant deinde colētur.Et colature addantur zuccari clarificati li.iij.ꝛ fiat sirupus.

¶Seta tincta in kermes:nota qđ kermes scriptū cū r. idem est ꝙ granum cum quo seta tingitur.scriptum vero cum s.kesmes idem est ꝙ passule.hoc bene nota:qꝛ diuersitas litere diuersificat rem.

¶Omnes sirupi facti ex succis semper zuccarū debent recipere clarificatū:ꝛ coctū ꝑ se:postea vero succi sunt addendi:ꝛ ratio est qꝛ ꝑ longā ebullitionē succi virt⁹ deperditur.ꝛ hoc intelligas de succis fructuū ꝛ vinis aromaticis:qꝛ hi parū sustinēt de decoctione.succi vero radicum quāto decoquunt̄ tanto puriores reddunt̄.Herbarum vero succi mediocrem sustinēt decoctionem:ꝛ illa mediocri purificantur.

¶Pomum si simplr̄ reperiatur:de malo est intelligēdū vt Mattheus siluaticus scribit.

¶Descriptio.xiij.

Syrup⁹ de pomis ꝯpositus Mes.i. sua practica ca.de soda frigida ab hūore melancolico cōferēs ad sodā dictā.ꝛ quartane.ꝛ opilationi splenis.ꝛ omni egritudini de melācolia.ꝛ est expertus.℞.capillorū veneris radicū buglose domestice radicū buglosse siluestris foliorū ambarū polipodij epitimi añ.ʒ.j.foliculorū sene.camepitheos camomilie sticados añ.ʒ.vij.camedreos squināti ellebori nigri añ.ʒ.iij.fumiterre.ʒ.j.eupatorij.ʒ.ß.succi pomorꝫ dulciū.ʒ.viij.oīa pscripta ꝑter epithimū.succū pomorꝫ.ꝛ capillos veneris bulliāt in lib.iiij.aque vsq̧ ad cōsumptionē medietatis.deinde bulliāt cū eis e[illegible]llitione vna *epithimū* ꝛ capilli veneris: postea colētur et cū succo pomorꝫ ꝛ zuccari clarificati li.ij.fiat sirupus debito modo decoquendo.

¶Zuccarū qđ in syrupis ingredit̄ semper dꝫ clarificari ꝛ purgari ꝛ non solum in sirupis sed in oībus cōpositis in quib⁹ zuccarū intrat.Mod⁹ igit̄ clarificandi talis est ꝙ pro oī lib.zuccari accipiēda sunt duo albumina ouorum vel vnū ad minus ꝛ lib.j.aque ꝛ simul aqua ꝛ albumina ouorum manibus sunt concutienda.Illa concussione multa spuma resultabit:ꝛ quāto magis cōcutientur:tanto maior fiet.In hac igitur spuma ꝛ aqua proijcias tamen zuccarū:igni exponatur:ꝛ diu bullire permittatur vsq̧ ad consumptionē medietatis deinde per stamināꝫ panni bene lotā illa oīa bene colabis.ꝛ sic erit zuccarū clarificatū seu purificatū.sed si vis clarificare sirupos ꝛ iulep sine albuminibus ouorum:ita ꝙ remaneant clarissimi ꝛ aurei coloris:dū coquuntur ponatur in vase succi granatorū acetosorū in fine decoctionis.ʒ.j.semis.mirabiliter enim clarificat.Et idē facit parū vini boni electi:qñ vinum granatorum non habetur.

¶Descriptio.xiiij.

Syrupus de mirtis magistralis.Valēs precipue cōtra oēm fluxū vētris antiquū:ꝛ maxime excoriatiuū:ꝛ cōtra oēm fluxū sanguinis a renibus vel a pectore:vl̄ a matrice.℞.granorū mirtilorū carniū citoniorꝫ:sumach acacie rosarū añ.ʒ.j.spodij hypoquistidos añ.ʒ.ij.masticis.ʒ.semis:bulliant hec oīa in lib.iij.aque s̄m artē vsq̧ ad cōsumptionem tertie partis:deinde colent̄ ꝛ colature addat̄ zuccari clarificati lib.iij.ꝛ fiat syrupus.

Syrupus de myrtis Mesue non fit:eo qꝛ succus mirtilorum haberi nō potest:qꝛ si apud nos haberi posset melior ꝛ perfectior isto esset.

¶Descriptio.xv.

Mel viol[illegible]am Nicolai quod valet tepide febrientibus:corpus humectat ꝛ relaxat:et valet ac siccitatē pectoris.℞.mellis electi ꝛ purifi[illegible]ti lib.x.violarum lib.v.bulliant duo hec simul leni ebullitione.deinde colentur:coquantur postea ad debitam coctionem et reseruentur.

¶Mel de quo fit ꝛ mel rosatū ꝛ violatū anteꝙ̄ viole vel rose in eo ponantur debet bene purgari ponēdo in eo aquā ꝛ bulliēdo cū ea debet continue dispumari:deinū cum aqua per decoctionē fere est ꝯsumpta viole vel rose sunt int⁹ ponēde:ꝛ post pusillū collari debet:deinde iterū decoqui:ꝛ hoc modo mel purificatur.

¶Descriptio.xvj.

Mel rosatū Nicolai stomachū cōfortans ꝛ mundificans:ꝛ est digest[illegible]ū materiarū flegm[illegible]icarū in stomacho ꝛ mesaraicis contētarū.℞.mellis purificati lib.x.succi rosarū recentiū lib.j.Ponantur in chacabo ad ignē:et cuꝫ bullire inceperint viridiū rosarū cum forfic[illegible] vel cum cultello incisarū l[illegible].iiij.add[illegible]tur:ꝛ tādiu bulliant quousq̧ ad succi deueniant consumptionē:ꝛ dū bullierint semper agitetur cum spa[illegible]la:ꝛ cū coctū fuerit recondantur.

¶Et s̄m istū modū deberet fieri etiā mel violatū suprascriptū sed apothecarij hodierni tēporis auaritia ducti nec hoc nec illud hoc modo faciunt:sed accipiūt solum mel:ꝛ rosas vt supra de violato dictum est.Quidā sunt qui ad purificandū mel nō faciunt vt supra ostensum est.Sed clarificāt cū ouis quēdmodū dixi de zuccaro:ꝛ hic mod⁹ nō ē inutilis:facias mō vt tibi placet.

¶Descriptio.xvij.

Sirup⁹ de acetositate citri Mesu[illegible] cuius iuuamentum est magnū in extinguen[illegible]o inflāmationes cholere rubee:ꝛ febres inflāmatiuas vehemētes:et cōfert ebrietati:vertigini:

⁊ siti vehemēti. ℞.succi acetositatis citri lib. xij. Decoquat̄ i vase vitreato sup prunas vsq; ad ꝯsumptionē tertie partis: deinde colet̄ et permittatur clarescere: postea accipe ex eo claro li.xij. zuccari albi clarificati lib.v. Misceantur simul ⁊ coquantur ad ignem vsq; ad perfectam coctionem.

¶ Ego autē aliter soleo fieri facere: et pauci sunt apothecarij qui sciāt illud facere: imo fere oēs errāt facientes hūc sirupū: diu in forma sirupi nō pōt stare: sed congelatur tanq; gelu ⁊ hoc aduenit imperitia facientiū. Sic igit̄ est faciendū: accipiatur acetositas citri ⁊ ipsā in petia subtili ⁊ spissa pone: leniterq; petiā expmas nō violēter: exiet liquor clarus nō mucillaginosus.

¶ Accipe igitur de dicto liquore quātitatē dictā zuccari albi bene clarificati ⁊ debito modo cocti quātitatē vt supra: et cū eo pone acetositatem. Et soli exponas. Sol eñ cōsumet paruo tpe humiditatē superfluā acetositatis: ⁊ remanebit clarū et illustre tanq; aqua: hoc eñ modo cipriani faciunt: vt ab eis accepi.

¶ Nota q̄ Mes. dicit: accipe de iulep claro depurato. id est accipe de zuccaro clarificato ⁊ iulepizato. nō autem de iulep intelligit: vt quidā apothecarij fatue credunt.

¶ Descriptio.xviij.

Oximel simplex Mes. cōferens in materiebus flegmaticis grossis ⁊ viscosis subtiliando incidēdo ⁊ abstergēdo aperiēdo ⁊ diuidēdo: ⁊ digerit materias febriū longi tpis. ℞. mellis boni lib.ij. aque fontiū li.iiij. misceantur duo hec: ⁊ bulliāt lento ⁊ claro igne vsq; fere ad cōsumptionē aque: deinde bis addatur aceti boni lib.j. decoquātur vsq; ad perfectam decoctio. ⁊ reseruetur in vitreato vase.

¶ Secaniabin.i. sirupus factus ex melle aceto ⁊ aqua. Squingibin est sirupus factus ex aqua aceto ⁊ zuccaro. hyeleniabin idem est quod aqua mellis.

¶ Descriptio.xix.

Sirupus violatus cōpositus Mes. cōferēs tussi calide ⁊ pleu[illegible]si: digerit eñ materiam subtilē colericā: ⁊ est alternatiu⁹ male cōplexionis calide ⁊ sicce. ℞. violarū.℥.ij. seminis citoniorū. semis malue añ.℥.j. iuiubarū: sebesten añ. numero.xxx. coquātur hec cū li.vj. aque cucurbite ẜm artē vsq; ad cō[illegible]ptionem [illegible]tie partis zucc. clarificati.li.j. ⁊ fiat sirupus debito modo decoquendo.

¶ Aqua cucurbite fit [illegible]idendo cucurbitas in grossa frusta: deinde ponātur in alembico: ⁊ aqua extrahatur.

¶ Descriptio.xx.

Sirupus de iuiubis Mes. cōferens ad raucedinē vocis ⁊ tussim ⁊ pleuresim. ℞. iuiubarū numero.lx. ⁊ plures textus habēt li.x. violarū seminis maluarū añ.ʒ.v. capillorū veneris.℥.j. seminis citoniorū seminis papaueris albi seminis melonū seminis lactuce draga[illegible]anti añ.ʒ.iiij. liquiritie ordei mundi excorticati añ.℥.j. Decoquatur in li.iiij. aque fontium ẜm artem vel aque pluuialis vsq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur: ⁊ colature addantur zuccari clarificati lib.ij. ⁊ fiat sirupus debito modo decoquendo.

¶ In hac cōpositione fere oēs textus sunt corrupti: lr̄a eñ multorū dicit iuiubarū lib. q̄ hec litera falsa sit apparet cū dicit coquātur in lib.iiij. aque nō est possibile: cū maior sit quātitas iuiubarū q̄ aque. Dicit insup in aqua fontis coqui debere: eo quia post pluuialem subtilior est: et penetrationi aptior aqua fontis infra de qua pluuiali multa dicentur. De ordeo nota quod auctor vult quod excorticetur: amoto enim cortice exteriori tollitur virtus eius abstersiua: et remanet virtus lenitiua cum aliquali siccitate.

¶ Descriptio.xxj.

Sirupus de scabiosa magr̄alis: de qua scabiosa nota versus. Urban⁹ per se nescit pretium scabiose. Nā purgat pectus qd̄ cōprimit egra senectus. Purgat pulmonem lateris simul et regionem. Rumpit apreata lenit virtute pbata. Emplastrata foris necat antracē tribus horis. Intus potatur: sic vulnus euacuatur. ℞. ordei mundi a cortice superiori. M.ij. radicū scabiose. M.j. corallorum rubeorū.ʒ.ij. aque pluuialis li.x. bulliāt oīa simul vsq; ad crepaturā ordei ⁊ coctură radicis: deinde colētur exprimēdo: cui colature ⁊ expressioni addatur succi scabiose li.j. Et iterum cū predictis bulliat succus vsq; ad ipsi⁹ purificationē: deinde coletur: ⁊ bis addātur zuccari clari lib.ij. Puluis corallorum rubeorū.ʒ.ij. coquantur vsq; ad perfectam coctionem et reseruetur.

¶ De aqua pluuiali ⁊ de corallis in isto sirupo cum restringant ⁊ sirupus iste dilatat partem pectoris. Ratio dicetur in sirupo de liquiritia vbi ponitur aqua rosa: quia eadem est ratio.

¶ Descriptio.xxij.

Iulep rosatū Mesue cōferens ad extinguēdum sitim in febribus acutis ⁊ ad remittēdū excessum caliditatis in eis: confortatiuū stomachi relaxati: ⁊ epatis supercalefacti: ⁊ cordis: et resistens putredini. ℞. aque rose lib.iij. zuccari albi clarificati ⁊ cocti libr.ij. Et fiat iulep lento igne. debito modo decoquēdo ⁊ leniter.

¶ Apothecarij nostri tpis nō faciūt hoc modo: sed clarificato zuccaro cū aqua cōi cū propinquū est coctioni addūt co[illegible]ni pro omni lib.j. zuccari aque rose.℥.ij. iste nō est modus: ⁊ ideo nō habetur vtilitas a doctoribus posita: ⁊ hoc pꝑter auaritiā apothecariorum.

¶ Quoties eñ scriptū reperit̄ iulep absolute: de iulep rosato est intelligendū tanq; de perfectiori ⁊ meliori.

¶ Descriptio.xxiij.

Iulep violatum Mesue conueniens acute febrientibus et habentibus epar calefactū: et cor: et confert asperitati canne: et gutturis et pleuresi: ⁊ tussi sicce. ℞. aque florū violarum.lib.iij. zuccari albi clari ⁊ cocti.lib.ij. misce et fiat iulep.

¶ Julep omnes sunt parũ decoquendi: eo q2 si multũ decoquuntur candescunt. Ne propter leuẽ eius coctionẽ timet eorũ corruptio: eo q2 aqua est aromatica: ⁊ eos a corruptione ꝯseruat: ⁊ nota ꝙ dico ꝙ non sunt multuz decoquendi: coquendi tamen sunt.

¶ Differt sirupus a iulep. primo quia sirupus lõge melius decoquitur quam iulep. secundo quia iulep absq3 alicuius rei ꝯmixtione decoquitur: secus autẽ sirupus.

¶ Descriptio. xxiiij.

Sirupus violat[...] ex infusione Mesue conueniens vt supra. ℞. aque infusionis violarum li. v. zuccari clarificati lib. iiij. Misce ⁊ coquantur cum facilitate et reseruetur.

¶ Modus infusionis violarũ hoc modo fit. Accipe violarũ recentiũ lib. vj. ponant̃ in vase vitreato stricti orificij: ⁊ postea fundantur super eas aque pluuialis bullientis li. xv. ⁊ stringat̃ orificium vasis. deinde permittatur p̱ horas nouẽ. His elapsis colẽtur aliqualiter exprimẽdo denuo in vase predicto tantũ de floribus violarũ recentiũ ponat̃: ⁊ denuo eadẽ aqua bene calefacta sup eas mittat̃: ⁊ stringat̃ orificiũ vasis: ⁊ sic per horas nouẽ dimittatur: ⁊ iterũ tertio hoc fiat seruando modum bis per te seruatum: ⁊ dimittatur per horas nouem: ⁊ postquam aqua infrigidata fuerit coletur a violis. ⁊ si illaz cõseruare volueris ponatur in vase vitreato stricti orificij. ⁊ distilletur parum olei in orificio eius: ⁊ stringatur caput eius: deinde soli exponatur per dies. xl. deinde remoueatur et conseruetur.

¶ Viole sunt colligende in mense Martij: et de eis sirupum facias et omnia alia necessaria.

¶ Sirupus violatus si simpliciter reperiatur scriptum de sirupo isto ex infusione semper est intelligendum et non de composito.

¶ Descriptio. xxv.

Sirupus de granatis Mes. valens cõtra febres colericas: ⁊ flegmaticas multe inflammationis. ℞. vini gra. dulciũ ⁊ acetosorũ añ li. v. coquãtur simul vsq3 ad consumptionem medietatis: et dimittat̃ postea p̱ duos dies dum clarescant: ⁊ resideant. postea remotis a residentia colentur. ⁊ his addantur zuccari clarificati li. iij. coquantur ad formam sirupi ⁊ in medio coctionis addatur Sete tincte in chermes idest gra. ʒ. ij. ⁊ p̱mittatur vsq3 quo facta sit perfecta decoctio.

¶ Vinũ granatorũ fit accipiendo grana granati mundata a corticibus inuoluunt̃ pecia: ⁊ sub torculari ponuntur ⁊ exprimuntur: ⁊ facta expressione colatura colatur et in ampullis ponitur ⁊ soli exponit̃ per aliquos dies. deinde a residentia seu fece mundatur: postmodũ oleum oliuarum super illud apponitur: ⁊ reseruatur bene per annos tres conserua[...] in bonitate.

¶ Hic notandum ꝙ zuccarum qđ ingreditur in isto sirupo debet esse ab aqua de toto purgatũ: ita ꝙ in eo nulla vel bene pauca sit aq̃ quãdo vinũ predi[...] granatorũ cum eo miscetur: eo q2 si lõga coctione cum aqua coqueretur virtus eius deperderetur.

¶ Descriptio. xxvj.

Oximel squiliticum Mesue: virtuosum cõtra materias frigidas difficiles ⁊ submersas in locis difficilis eradicationis ⁊ eructationem acetosam. ℞. mellis dispumati et purificati li. iij. aceti squilitici lib. ij. coquant̃ vsq3 ad perfectam coctionem ⁊ reseruetur.

¶ Ad purificãdum mel debet esse dupla quãtitas aque ad mel: vt mellis li. iij. aque communis li. vj. ⁊ simul debent bullire vsq3 ad cõsumptionem medietatis: semper spumã abijciendo. ⁊ hoc modo purificatur. Modus faciendi acetũ squilliticũ talis est. Accipe laminas squille q̃ in medio sunt abijciẽdo primas ⁊ vltimas q2 venenose et male. prime sunt venenose: q2 etiã sunt multũ calide. Interiores vero sunt abijciende: q2 mortifere sunt nimia frigiditate. Medie vero sunt temperate. Diuidenda est igitur squilla: ⁊ tot tunice sub exteriori parte abijciende quot interiori ⁊ medie reseruande. Accipe igitur de mediocribus quantitatem quam volueris et sue eam in filo cum stillo ligneo: et sit distantia inter eas. Et dimitte eas siccare sic in vmbra per dies quadraginta. postea incide eas in frusta cũ incisorio ligneo in frusta mediocria. Et pone ad omnẽ, librã dictorũ corticum squille aceti albi boni li. viij. ⁊ ambo pone in vase vitreato stricti orificij ⁊ obturetur os eius ⁊ exponatur soli p̱ dies quadraginta post illud cola ⁊ reserua administrãdo vbi oportet.

¶ Incisio ⁊ perforatio squille cum instrumento ligneo est ne insurgat ex ferro in ea rubigo quã exiccat sui acuitate: ⁊ ob hoc doctores dubitanteas cum instrumẽto ligneo fieri faciunt ⁊c.

¶ Miua hec sine speciebus durat in sua virtute p̱ annũ: ⁊ forte per annos duos.

¶ Descriptio. xxvij.

Miua citoniorũ sine specieb⁹ Mesue cuius iuuamẽta [...]erius in. c. de miua citonioꝝ cũ specieb⁹ dicentur. ℞. succi citoniorũ acetosorũ li. xx. vini boni li. x. coquantur oĩa cũ facilitat[...] simul vsquequo consumpta sit tertia pars. semper auferendo spumã deinde colentur. ⁊ residere permittant̃. demum residentia amoueat̃. deinde addatur Mellis dispumati ⁊ purificati li. vj. coquãtur vsq3 ad perfectã coctionẽ: ⁊ reseruẽtur. succus seu vinũ citoniorũ hoc modo fit: citonia cum gratusia raspantur vsq3 ad interiorẽ animã deinde pecia inuoluntur ⁊ cum torculari exprimunt̃: ⁊ colatura preparatur vt vinũ granatorũ. durat enĩ in eius virtute per annos tres ⁊c.

¶ [No]to. hic quod in condendo radices. faciendo sirupuz succis apponenda est magna quantitas mellis: quia eos conseruat. Et sic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

¶ Descriptio. xxviij.

Sir[u]pus de bisantijs Mesue sine a[ce]to faciens ad febres opilationum. ⁊ febres colericas ⁊ flegmaticas quar[um] difficilis est eradicatio. ⁊ ad iecteritiam. ℞. succi endiuie succi apij añ. li. ij. succi lupulorum succi boraginis vel succi buglose añ. li. j. bene depurent̃. deinde bulliant in eis foliorũ rosarũ. ℥. ij. liquiritie. ℥. ß. spice. ʒ. ij. seminis anisi feniculi seminis apij añ. ʒ. iij. postea colentur: accipe igit̃ de predicta colatura li. iiij. zuccari boni ⁊ clarificati lib. ij. ß. ⁊ coquant̃ cũ facilitate oĩa simul donec ad formã sirupi coquãt̃: ⁊ reseruẽtur: ⁊ hic erit sirupus de bisantijs sine aceto. Si vero facere volueris dictum sirupum cũ

aceto: addas ad oēm partē succorū depuratoꝝ aceti albi boni ⁊ clari partē mediā. cum igitur in dicto sirupo apposueris li.iiij. succorum in quibus fuerint bullite res prescripte ponas aceti li.ij. Et erit siru. de bisantijs cū aceto: nihil vltra erit addandū vel minuēdū.

¶ Hic multi laborāt apothecarij et diuersimode vt succos conseruare possint: ⁊ nō tantū istos sz omnes alios. Quidā vero post expressionē dictorū succorū bullire ad ignē eos faciūt: deinde reseruāt. ⁊ hoc mō corrūpuntur. Alij post expressionē ⁊ colaturam factā cū stagmina ad solē ponūt: ⁊ facta residētia remouēt illos a residētia: deinde reseruant ⁊ hoc modo etiā corrūpuntur. Ego vero post expressionē illos colari facio p staminā. deinde iterū colari facio per sacculū factū ex tela spissa: ac si clarificarē syrupū intantū qḋ pars grossa superflua hoc modo purificatur. Et qꝛ quādo nō transit propter partem spissam claudētē sacculū tunc euacuo sacculū ⁊ bene lauo. deinde repono succū. ⁊ sic facio donec totū sit colatū deinde in ampulla pono ⁊ supra pono parū olei oliuarū deinde soli expono per dies. xv. ⁊ si residentiā aliquā faciunt illā amoueo. ⁊ illos sic colatos reseruo nō solū per annū: sed per anos ⁊ mēses. Et sic facio de vino granatorum ⁊ citoniorum semper ponēdo oleum. illud em̄ a putrefactione conseruat ⁊ tu bene nota.

¶ Succi em̄ isti ⁊ similes herbarum [illegible] vasis vitreatis vel vitri conseruari debent. Liquores vero oculorū debent reseruari in vase eneo.

¶ Hic nota q̄ succi hi ⁊ omniū herbarū solū per annū conseruantur in sua bonitate si cū oleo vt supra aptentur ⁊ non plus. quare in capite anni debent [illegible] de nouo fieri et antiqui alterius anni abijci: cum iam omnem virtutem suam amiserint.

¶ Descriptio vigesimanona.

Sirupus de mēta Mes. inuētione nr̄a et est ille qui in vsu est: valet ad cōfortandū stomachū relaxatū ⁊ frigidū vomitū. fluxū ventris lubrificatiuū ⁊ singultū sedat. ℞. succi citonioꝝ muzoꝝ ⁊ dulciū ⁊ succi granatorum acetosoꝝ dulciū ⁊ muzoꝝ. an̄. lib.ß. proijciāt super eos mēte sicce lib.j.ß. foliorū rosarū. ℥. ij. ⁊ simul dimittātur per diē ⁊ noctē. deinde coquantur cū facilitate vsqz ad mediū: id est mediocri decoctione. deinde colentur: ⁊ his addantur zuccari clarificati lib.ij. Et fiat sirupus debito modo coquendo.

¶ Sir[illegible]us nihil aliud est quā decoctio vel succus spissatus c[illegible] aliqua re dulci: scz vel cū melle vel z[illegible]ccaro vel sapa. Succus autē est in reb. Rob em̄ est succus inspissatus per decoctionem ab igne vel sole sine aliqua re dulci: et hec est ipsorum differentia.

¶ Muzum em̄ proprie dicitur cuius sapor est compositus ex dulci ⁊ acetoso.

¶ In hoc sirupo sunt qui loco zuccari ponūt mel. Ego em̄ zuccarum magis laudo: cum ad maiores intentiones cum zuccaro facto conueniant: maioremqꝫ temperantiam habeant. vbi vero intenderemus calefactionē maiorem cum melle fieri potest.

¶ Descriptio xxx.

Sirupus de fumoterre Mes. maior: qui in vsu est stomachū ⁊ epar cōfortans. opilationem aperit ⁊ morbos cutis curat: ⁊ proprie quoꝝ materia sunt humores salsi aut adusti sicut est scabies impetigo ⁊ serpigo et lepra. ℞. mirabolanorū kebulorū an̄. ℥. ij.ß. florū boraginis vel buglosse violaꝝ absinthij cuscute an̄. ℥. j. ligritie rosaꝝ an̄. ℥.ß. epithimi polipodij an̄. ʒ. vij. prunoꝝ numero. c. passularū lib.ß. tamarindorū cassiefistule an̄. ℥. ij. hec oīa bulliant s̄m artē in li.x. aque vsqz ad perfectā coctionē. i. vsque [illegible]o veniant ad li. iij. Cassia ⁊ tamarindis exceptis: deinde colentur cū aqua colatura dissoluātur cassia ⁊ tamarindi: deinde addātur zuccari clarificati. succi fumiterre depurati ana. lib. iij. et coquantur ad formam sirupi.

¶ Cum dr̄ bulliant in aqua: tunc de aqua communi est intelligēdum. s. vel pluuiali vel fontis ⁊ nō solū in hoc sirupo: sed in omnibus alijs cōpositionibus in quib⁹ absolute reperit̄ bulliāt in aqua: fuit opinio multorū q̄ in hac recepta rose nō essent apponēde: ⁊ dicunt q̄ fuit error scriptoris qui scribere debebat liquiritie rase: ⁊ scripsit rose: sed salua pace ipsorum dico q̄ rose apponende sunt: ⁊ auctor illas apposuit vt ipsarū virtute reprimatur acuitas multarum medicinarū in ista compositione intrantium ⁊c.

¶ Descriptio trigesimaprima.

Sirupus de prassio Mesue cōferēs senibus et frigidis natura et egritudinibus que sūt in pectoribus eoꝝ: ⁊ tussi antique ⁊ asmati a flegmate grosso ⁊ putrido. ℞. prassij. ℥. ij. hysopi capilloꝝ veneris an̄. ʒ. vj. ligritie. Calamenti semi. anisi radicū apij feniculi. s. semis an̄. ʒ. v. seminis malue fenugreci ireos an̄. ʒ. iij. seminis lini seīs citonioꝝ an̄. ʒ. ij. passularum. ℥. ij. ficus sicce pingues numero. xv. bulliant hec oīa s̄m artē in li. x. aque vsqz ad cōsumptionē medietatis: deinde colent̄: ⁊ his addātur penidiaꝝ lib. ij. mellis purificati li. ij. et fiat sirupus debito modo coquendo.

¶ De prassio eius nota q̄ in hoc syrupo ponēda est herba prassij nō succus. Electuariū vero fieri debet ex succo nō de herba. Uaria reperit̄ litera in diuersis Mesue de hoc syrupo. In aliquibus enim basis huius syrupi est radix feniculi et apij. In aliquibus ficus: in aliquibus hysopi. In aliqb⁹ capillorū veneris. Et si sic: nō debet appellari syrup⁹ de prassio: qꝛ alia ⁊ alia est intentio quam ponat Mesue. Sed recepta debet stare vt supra scripta est: et sic erit intētio syrupi de prassio s̄m Mesue.

¶ Descriptio [illegible]gesimasecunda.

Sirupus de absinthio Mes. cōferens ad casum appetitus: ⁊ debilitatē stomachi: ⁊ mollificationē viscerū: ⁊ debilitatē epatis ⁊ dolorē. ℞. absinthij romani lib.ß. folioꝝ rosarum. ℥. ij. spice. ʒ. iij. infundant̄ hec oīa p diē et noctem in vini albi boni antiqui odoriferi succi citonioꝝ an̄. li. ij.ß. ponēdo in lapideo vase: deinde coquantur cū facilitate vsqz ad cōsumptionē medietatis: deinde colētur et colature addant̄ mellis bene purificati li. ij.

fiat sirupus debito modo coquendo.

¶ In vna cõpositiõe si inuenit̃ vna res cuiꝰ plures sint species quã illarũ rerum debemus intelligere: verbigratia cum scribitur spice vel rosarum ⁊c. dico q debemus intelligere speciem preualentem aliis in virtute: vt de spica nardi que melior est: ⁊ de rosa rubea: quia illa preualet albe in virtute.

¶ Descriptio.xxxiij.

Sirupus de epithimo Mesue coleram nigrã ⁊ humores adustos cũ virtute expellẽs: et morbos ex eis factos curat: ⁊ cõfert ppͥe eis qui parati sunt ad leprã: ⁊ qui cãcrũ patiunt̃: ⁊ vlcera fraudulenta: ⁊ scabiẽ. ℞. epithimi boni hortẽsis.ʒ.xx. mirabolanorũ citrinorũ indorũ.añ.ʒ.xv. cuscute fumiterre. añ.ʒ.x. thimi calamẽti buglose.scȝ herbe mirabolanorũ emblicorũ belericorũ liquiritie polipodij agarici sticados.añ.ʒ.vj. rosarum seis feniculi seis anisi.añ.ʒ.ij.ß. prunorũ numero.xx. passularũ enucleatarũ.℥.iiij. tamarindorũ.℥.ij.ß. bulliant hec oĩa tamarindis exceptis lib.xv. aque ſm artẽ vsq ad cõsumptionẽ medietatꝭ: deide colent̃: ⁊ cũ pdicta colatura dissoluant̃ tamarindi: deide addãtur zuccari clarificati lib.iij. rob.i. vini cocti seu sape libr.ij.⁊. fiat sirupus debito modo coctus.

¶ Epithimi hortẽsis. dicit̃ hortẽsis: eo qr hortẽse minꝰ vigorosum est quã qd in montibus nascit̃: ⁊ cõsequẽter minorẽ hȝ malitiã. Et hoc scribit Sauonarola in sua practica capitulo de hydropisi asselite de succo radicis hyreos: vt tu vide ex Auicẽ. lib.ij. capi.vj. vbi dicit quod res siluestres sunt omnibus domesticis fortiores: ⁊ de siluestribus montane sunt fortiores.

¶ Passule in hoc sirupo ponũtur vt vigorẽt operationẽ epithimi: ⁊ remoueãt malitiã ipsiꝰ: que timetur ex sua nitrositate: ⁊ vt confortent operationẽ mirabolanorũ: et remoueãt ab eis malitiã hanc que est vt non remaneãt in villis stomachi ⁊ intestinorum.

¶ Folia colligenda sunt quando habent quantitatem debitam: et non sunt parata ad casum: ⁊ non amiserunt colorem suum proprium.

¶ Descriptio.xxxiiij.

Sirupꝰ de thimo cõferẽs egritudinibꝰ pectoris: et pulmonis frigidi stomachi ⁊ epatis: ⁊ ɔfert frigoribus q̃ fiũt in hyeme: ⁊ frigidis cõplexione. ℞. extremitatum thimi ℥.ij. calamenti mẽthe sicce añ.ʒ.v. anisi feniculi.s.seminũ apij dauci añ.℥.ß. passularum enucleatarũ.i. ab omni immũdicia purgatarũ.℥.iiij. Bulliant hec omnia ſm artem in lib.x. aque vsq ad cõsumptionẽ medietatis: deinde colent̃: ⁊ colature addant̃ mellis purificati lib.ij. ⁊ fiat sirupus debito mõ coquendo: ⁊ aromatizetur cum galie.ʒ.iij.

¶ Si i receptis reperit̃ galia absolute scripta: de galia magna est intelligẽdũ tanq̃ de digniori ⁊ pfectiori. Passule he in sirupo ponunt̃: vt corrigant ⁊ vigorẽt virtutẽ thimi: quẽadmodũ de epithimo supra dictum est.

¶ Descriptio.xxxv.

Sirupus de arthemisia magistralis efficax ⁊ multum valens in pvocatiõe mẽstruorũ. ℞. arthemisie capillorũ veneris sauine camedros camepitheos origani ozimi sansucci calamenti scolopendrie betonice scabiose hypericon ciperi squinanti lupuli polipodij gẽtiane rubee tinctorũ añ. M.j. spice assari thimi epithimi camomille rosarũ violarum añ.℥.j. sandalorũ rubeorũ seminũ cõmuniũ frigidorũ maiorũ añ.ʒ.ß. seminis apij semis feniculi seis petrosilij ameos carui iuniperi milij solis rute añ.ʒ.ij.ß. seminis: bulliãt oĩa hec in aqua sufficientis quantitatis ſm artem: ⁊ stent prius in ea infusa p horas.x. cinamomi.ʒ.j.ß. serapini aromatici añ.ʒ.ß. dicte gũme ligent̃ in pecia. Et oĩa simul bulliãt vsq ad cõsumptionẽ medietatis deinde colentur: ⁊ colature addant̃ mellis purifica[illegible] libr.vj. et fiat sirupus debito modo coquendo.

¶ Coqui ſm artẽ hoc mõ intelligit̃. Est eñ aliq̃ medicina q̃ multũ sustinet de decoctione: vt sunt radices. Alique mi[illegible] vt sunt stipites plãtarũ. Alique iterũ minus: ⁊ sunt folia. Alique adhuc minꝰ: ⁊ sunt fructꝰ. Alique iterũ minꝰ ⁊ sunt semina. Alique minꝰ ⁊ minus ⁊ sunt flores. Igitur cũ tu decoquere vis aliquẽ sirupum vel aliquã decoctionẽ primo ponas ad bulliẽdũ radices. secundo stipites plãtarũ. tertio folia: quarto fructꝰ: quinto semen. sexto flores: ⁊ hoc mõ coques ſm artẽ. Ista regula nõ generalis est: sȝ ex ea excipiunt̃ quedã herbe et semina: vt inferiꝰ declarabit̃: vbi numerabunt̃ ⁊ semina ⁊ herbe parum sustinentia de decoctione: sed hanc regulam posui: quia sic vt in pluribus euenit ⁊ fieri debet. inferius clarius dicetur: declarabiturq sigillatim que medicine sustineant ⁊ que non ⁊c.

¶ Semina omnia colligenda sunt quando sunt matura: qr tunc aquositas propria s[illegible]eis est separata.

¶ Descriptio.xxxvj.

Diamorõ Mes. cõueniẽs ad apostemata gutturis ⁊ ad oĩa genera pfocationũ. ℞. succi mororũ dulciũ.i. domesticarũ succi mororũ de se[illegible]i. mororũ rubi. id est saluaticorũ añ.li[illegible]j.ß. rob. id est vini cocti mellis [illegible]urificati ana.lib.j. coquantur omnia simul vsq ad mellis spissitudinem [illegible] et reseruetur.

¶ Rob idem est qd sapa seu vinũ vltimate decoctum. Rob aũt ppͥe est quicũq succus inspissatꝰ vel caliditate solis vel ignis vnde litera Mes. distinctione sexta vbi loquit̃ de speciebꝰ robub que dicit rob est corrupta ex defectu trãslationis: debet enim dicere robub: igitur quãdo Mesue dicit rob id est robub suppleatur.

¶ Descriptio.xxxvij.

Diacaridiõ seu rob nucũ Mes. ɔferẽs eis quibꝰ a capite ad pectꝰ catarrꝰ acutꝰ ⁊ subtilis defluit ad cannã pulmonis: ⁊ est causa apostematum et prefocationum et mortis: ⁊ est ad hoc medicamẽ subtile. ℞. succi exteriorũ corticũ nucũ in diebus canicularibus

lib.iiij.decoq̃ ipm ebullitiõe vna: deĩde addemellis purificati li.ij.⁊ coque vsq₃ ad spissitudinem mellis ⁊ reserua. Nota ꝙ rob durat per duos annos in sua bonitate ⁊ perfectione vt voluerunt antiqui. moderni vero dicunt per annũ solũ: sed durat ⁊ plus ⁊ minus ſm ipsorũ succorum purificationem.

Nux simpliciter ꝓlata vel scripta, semper de nuce cõmuni intelligat᷑. Dies caniculares sunt dies in q̃b⁹ apparet quedam stella meridionalis Canis appellata ab astrologis in matutinis apparet: ⁊ solis ortũ añcedit: ⁊ hoc est in medio estatis. Incipit aũt caniculare temp⁹ x. die Julij vł circa. Et durat vsq₃ ad.xx. Augu. ita ꝙ in summa dicti dies sunt numero.xl. Illis igitur dieb⁹ nuces colligende sunt pro hac compositione.

Dies quidam dicuntur naturales: quidam artificiales. naturales sunt a prima hora vsq₃ ad.xxiiij. artificiales vero ab ortu solis vsq₃ ad occasum.

Descriptio.xxxviij.

Miua citoniorũ cũ specieb⁹ Mes. stomachũ: ⁊ epar ⁊ oĩa viscera cõfortãs: appetitũ excitãs: digestionẽ procurans: vomitũ ⁊ vẽtris solutionẽ sedãs: ⁊ est med[illegible]na experta ⁊ famosa. ℞. succi citoniorũ ace[illegible]osorũ li.xx. vini boni. li.x. Coquant᷑ oĩa cũ facilitate donec ꝯsumpta sit ei⁹ tertia pars semp auferẽdo spumã: deinde colentur: ⁊ ꝑmitta[illegible] residere: et facta residentia ab ea amoueatur: deinde addantur mellis purificati li.vj. Et iterũ bulliant semp auferẽdo spumã eius. Demũ proijciantur super ipsis infrascripte spẽs ligate in subtili pecia q̃ fuerint grosso mõ cõfracte. Et dimittantur vsq₃ quo fuerit facta ꝑfecta decoctio ⁊ reductio ad formã sirupi vcȝ cinamomi beil.i. cardamomi ana.ʒ.iij. gariofilorum.ʒ.[illegible] ʒiʒiberis masticis añ.ʒ.j.ꝭ. croci.ʒ.ij. ligni aloes macis añ.ʒ.j.ꝭ. o[illegible]ia preter crocũ terantur cõtritione grossa: crocus vero ꝑmittat᷑ vt est: deinde ligent᷑ in pecia vt supra ⁊ permittãt᷑ simul bullire: postea it[illegible] peciã in qua ligata sunt ar[illegible]ata ꝓscrip[illegible] i bocali si vis dimittere potes[illegible] post ꝑfectã coctionẽ aromatizet᷑ cũ musci bõi. ℈.j. galie muscate.[illegible]. Et reserua i vitreato vase bene obturato: miua hec aromatica durat ꝑ annos tres in sua virtute et bonitate.

Species ꝓscripte ad bulliẽdum nõ sunt ponẽde vsq₃ fere facta sit decoctio: vel sit bene ꝓpinquũ coctioni: eo q₂ ista parũ sustinet de decoctione. et hoc bene nota.

Descriptio. xxxix.

Sirup⁹ de sticados de mesue expt⁹ ad oẽs egritudines neruorũ frigidas sicut ẽ paralesis epilẽ[illegible]a spasm⁹ tremor ⁊ tortura. ℞. florũ sticado[illegible]ʒ.xxx. asse. i. thimi calamẽti origani añ.ʒ.x. anisi.s.se. piretri. añ.ʒ.vij. ʒinʒi.ʒ.ij. passularũ.℥.ꝭ. ⁊ plures textus hñt.℥.iiij. bulliãt hec ſm artẽ i aqua sufficiẽtis q̃titatis ſm artẽ vsq₃ ad ꝯsumptionẽ tertie ꝑtis. Postea colet᷑: ⁊ colature addant᷑ mellis purificati li.v. Et fiat sirup⁹ debito mõ coquẽdo. Et fctã quasi ꝑfecta coctione vel parũ distante a decoctione ponant᷑ hec grosso mõ cõfracta in pecia ligata v[illegible] cinamomi calami aromatici spice croci ʒinʒiberis piperis nigri piperis longi añ.ʒ.j.ꝭ. Et reseruetur in vitreato vase in quo si vis peciam potes relinquere in qua sunt aromata.

Bulliat in aqua sufficiẽtis quãtitatis. Nota ꝙ ista sufficiens quantitas diuersificat᷑ multũ: nã qñ sunt res que multũ sustinẽt de decotiõe: tũc pro oĩ. M.j. ipsarum apponi debẽt aq̃ bocalia.iiij. Si vero mediocreȝ medietatem. Si parũ: bocale vnũ tm̃. Si vero mensuretur vncijs: debes pro omni lib. rerũ ponere lib.vj. aque si multum sustinent de decoctione: si mediocrem: lib.iij. si parum: lib.j.ꝭ. Et ideo caueãt viri in manibus rudiũ apothecariorum se ponẽtes: et dñi medici bene considerent quis apothecarius sit qui suas ordinationes dispensat: quia si ignarus et anime ⁊ honori suo parcat.

Descriptio.xl.

Sirup⁹ de corticibus citri Mes. q cõfortat stomachũ: ⁊ facit oris odorẽ bonũ. ℞. corticum pomorũ citri recẽtiũ lib.j. sete tincte in hermes.℥.ꝭ. i gra. corticũ citonio℞ li.ꝭ. De coquant᷑ in aq̃ fontiũ lib.v. vsq₃ ad cõsũptionẽ duarũ ꝑtiũ: deĩde addat᷑ ʒuccari clarificati: ⁊ cocti li.j. coquãtur vsq₃ ad formã sirupi ⁊ in fine aromatiʒetur cuȝ musci gra.iiij.

Aduerte hic ꝙ cortices citoniorum debẽt poni in fine quasi decoctionis: eo q₂ parum sustinẽt de decoctione: ⁊ hoc rõne aromaticitatis sue. Ad clarificandũ ʒuccarum apponenda est pro omni lib.j. ʒuccari: aq̃ cõis lib.j. ⁊ dicta q̃titate bñ clarificatur: ⁊ purgatur ⁊c.

Descriptio.xlj.

Sirup⁹ de radicibus cõposit⁹ magistralis: cõferẽs ad febres antiquas: ⁊ diuidit et abstergit colerã grossam: ⁊ flegma. Aperit opilationes oẽs: ⁊ ꝓprie stomachi epatis: ⁊ splenis ⁊ ꝓuocat vrinã. ℞. radicum apij feniculi petrosilij endiuie añ. M.j. de radicibus intelligitur seminis apij feniculi anisi ameos sparagi. añ.℥.ꝭ. de seminibus intelligitur aceti boni li[illegible]j.

Omnia ꝓter acetũ bulliãt in li.xx. aque vsq₃ ad perfectã co[illegible]nem: deinde colentur: et colature addantur mellis p[illegible]ificati lib.iiij. Et aceti q̃titas ꝓscripta: ⁊ coquantur ad perfectam coctionem ⁊ appellatur sirup⁹ ille de radicibus cum aceto. Si vero facere vis illum sine aceto remoueas acetum: et erit factum.

Triplex fuit necessitas siruporũ cõpositionis: prima fuit cõseruatio virtutũ rerũ in toto anno. scđa exhibitionis rerũ in forma potabili volẽdo virtutẽ rei preter ei⁹ substãtiã. tertia ꝓpter infirmos qui nõ pñt sumere medicinas nisi in hac forma: ⁊ propter has causas sirupi repti sunt. Radices anteq₃ exiccent᷑ bñ lauãde sũt: ⁊ ab interiori ligno mundande: deinde ad solẽ siccari debent reseruandeq₃ a fumo ⁊ humiditate sunt: ⁊ ita fere omnes herbe exiccantur. ⁊ cõseruantur: flores vero in vmbra. Radices simpliciter prolate sunt quinq₃ numero:

scilicet radix feniculi: apij petrosilij: brusci: ⁊ asparagi.
¶ Semina quatuor frigida cōia minora sunt ista: semē endiuie lactuce: scariole: portulace: ideo si simpliciter scriptum reperiatur seminū communium frigidorū minorū de istis intelligatur. Si vero scriptū reperiatur quatuor seminū cōmuniū calidorū maiorū ista ponantur: semē anisi feniculi: carui ameos: quia illa sunt.
¶ Semina vero quatuor cōmunia minora calida sunt ista: semē apij petrosilij: cimini nasturtij. Ideo si simpliciter scribatur quatuor semina communia minora calida de istis intelligitur.
¶ Sirup⁹ fact⁹ cū melle simpliciter meli⁹ vꝫ q̄ fact⁹ cū zuccaro: q̄druplex est cā. prima est q² mel cū sit viscosum meli⁹ cōseruat medicinas cōponētes sirupū q̄ zuccarū: scd̄a rō q² mel magis mūdificat materias tergitqꝫ horribilitatē medicinarū q̄ zuccarum: tertia q² mel est dulci⁹. quarta est q² melius digerit q̄ zuccarū: ⁊ lꝫ sirupus factus cū melle melior sit ad digerēdum: ⁊ mundificandū tn̄ ad infrigidādū: ⁊ cōfortādū meli⁹ vꝫ sirupus fact⁹ cū zuccaro quā cū melle. Un̄ si intēdim⁹ digerere: abstergere: calefacere: ⁊ mundificare fortiter: debemus facere sirupū cū melle: si infrigidare cōfortare leuiterqꝫ aperire cū zuccaro bono. si vtrūqꝫ fiat cum vtroqꝫ. Ideo notent ignari: et trouātuli apothecarij qui suos sirupos propter auaritiam cum melle faciunt. Maior eniꝫ intentio sirupi est confortare infrigidare: ⁊ leuiter digerere q̄ aliud facere: quare ⁊c.

¶ Descriptio. xlij.

Sirup⁹ de ysopo Mes. cōferens asmati: ⁊ tussi, ⁊ dolori pectoris: ⁊ laterū. ℞. ysopi sicce radicū apij radicū feniculi radicū petrosilij ligritie an̄. ʒ. x. ordei mūdi. ℥. ß. semis malue dragagāti semis citoniorū an̄. ʒ. iij. capillorū vene. ʒ. vj. iuiube sebestē. an̄. nūero. xxx. passularū. ℥. j. ß. ficuū siccarū dactilorū pinguiū an̄. numero. x. coquanť oīa ſm artem in aqua sufficientis quantitatis: in aqua. s. pluuiali vsqꝫ ad consumptionē duarū ꝑtiū deide colēť: ⁊ colature addanť. Albax penidiarū li. ij. ⁊ fiat sirup⁹ debito modo coctus.
¶ Radices colligēde sūt cū folia ceciderūt: q² tūc ⁊ natura et virtus foliorū reuertiť ad radicē: ⁊ tūc fortior est virtus radicis. Radix si simpliciter scripta reperitur in cōpositis de raphano domestico est intelligēdū: sic enim ⁊ romani: ⁊ greci hodie accipiūt: sirupi oēs isti: scꝫ violatus: de hysopo de scabiosa de liquiritia de prassio: de intubis: ⁊ oēs decoctiones pectorales cum aqua pluuiali faciēde sunt nō cum aqua cōi: ⁊ rō est: q² aqua pluuialis est magis subtilis: ⁊ ratione subtilitatis magis penetratiua facitqꝫ virtutes aliarū medicinarum ad partes pectoris penetrare: que cū alia aqua nō penetrarēt. Et ad dn̄m Aui. dicentem [illegible] aqua pluuialis ratione subtilitatis sue substantie citius putrefit: dico quod verum dicit: ⁊ hoc propter impressionē aeris ab extra. Sꝫ ab intrinsecus est quare bene nota.
¶ Albarum dicit auctor penidiarum: eo q² penidij fieri debēt ex zuccaro albo nō cum puluere rubeo: vt quidā faciunt apothecarij nostri temporis.

¶ Descriptio. xliij.

Sirup⁹ de ligritia Mes. cōferēs tussi antique: ⁊ mundificat pect⁹: ⁊ pulmonē a materia flegmatica q̄ tn̄ nō sit multe quātitatis tenacitatis: ⁊ viscositatis. ℞. liquiritie rase: ⁊ munde. ℥. ij. capillorum veneris. ℥. j. hysopi sicce. ℥. ß. proijce super bis aque pluuialis li. iiij. et dimitte per diem: ⁊ noctem deinde coquantur secundum artem vsqꝫ ad consumptionem medietatis deinde colentur et colature addantur: mellis purificati zuccari clarificati penidiarum ana. ℥. viij. aque rose ℥. vj. bulliant et coquantur vsqꝫ ad formam sirupi: et reseruetur.
¶ Hic notandum ꝙ absurdum videtur ꝙ in isto sirupo auctor ponat aquam rosatam cum ipsa restrigat: ⁊ hic sirupus debet dilatare partes pectoris: ⁊ hoc non solū videtur cōtra rationem: sed est etiam contra facientes hunc sirupum: eo quia nulli sunt qui aquam rosataꝫ in eo ponant. Ad hoc dicēdum qđ recte ponitur: ⁊ qui nō ponunt multū errant: ⁊ ratio est: nā ad hoc ꝙ sirup⁹ iste valeat tussi antique: ⁊ pulmonem: ⁊ pectus mundificet non solū opꝫ ꝙ in eo sint dilatantia ꝑtes pectoris leniētia: ⁊ maturantia catarrum: vt per liquiritiam capillos veneris: ⁊ hysopum fit. Sed etiam necesse est: ⁊ qđ in eo sint ea que partes relaxatas adiuuent: et virtutē expulsiuam confortent atqꝫ refocillent ⁊ fortificent: ⁊ hoc fit ꝑ aquam rosatam: igitur rationabiliter ponitur.
¶ Tribus modis vel altero trium modorū cognoscitur quando sirup⁹ est coctus: primo qn̄ accipitur cum spatula distillat cōtinue sicut oleum: scd̄o qn̄ adheret spatule. tertio si ponatur super vnguē vna gutta: si remanet ⁊ nō discurrit h[illegible] vel illuc: hec est vera cognitio coctiōis.

¶ Descriptio. xliiij.

Sirupus de eupatorio Mesue: conferens febribus antiquis: et proprie eis quibus corrumpitur forma stomachi: ⁊ epatis opilationes aperit: et confert frigiditati: ⁊ mollificationi: et ventositati in eis: et inceptioni hydropis. ℞. radicum apij feniculi radicum endiuie liquiritie squinanti cuscute absinthij rosarum ana. ℥. ij. capillorum veneris bedeguard. id est radicis cardonis benedicti masculi sucaba. i. radicis cardonis bn̄dicti feminis florum buglosse anisi: scilicet seminis feniculi: scilicet eupatorij ana. ʒ. v. raue[illegible] id est reubarbari masticis ana. ʒ. iij. spice assari foli. ana. ʒ. ij. coquantur in lib. viij. aque ſm artem vsqꝫ ad consumptionem tertie partis: deinde colentur: ⁊ colature addantur zucc[illegible] clarificati li. iiij. succi apij succi endiui[illegible] depurati ana. lib. iij. ⁊. ℥. ij. ℈. ij. grana xij. et fiat sirupus debito modo coquendo.
¶ De bedeguar et sucaha est [illegible]agna diuersitas inter doctores Auicen. Mattheus siluaticus Diasc. Simon ianuen̄. Plinius: et Gentilis exponunt quod est spina alba. Gentilis etiam exponēs receptam Sotire que quinto canone describitur dicit iterum ꝙ est maneries spine pro qua cōmuniter sumitur alba spina. Et ifra eo. libro pro expositione pillularū dicit: ⁊ bedeguar est modus spine: ⁊ creditur: qđ est spina alba. hoc est quod a doctoribus elicere potui qui confuse loquuntur qui dato ꝙ sit spina alba non ponunt quam partem ipsius plante apponere debeamus. Communiter apothecarij ponūt quādam rem habentem similitudinē spongie q̄ reperiť adherere plante rose siluestris: ⁊ dicūt esse bedeguar ⁊c.
¶ Sucaha de sucaha dicit Simō ianuen̄. ꝙ est nomen arabicum: ⁊ idem importat ꝙ spica arabica: ⁊ hoc idē dicit galenus: rasis: aliabbas Mat: silua. Paulus vero volens ostendere quid sit dicit.
¶ Sucaha est herba dulcis que extēditur super terrā:

et facit capita grossa et flores sanguinei coloris sed hec apud nos reperitur. Alij vero dicunt qd sucaha.id est bedeguar:⁊ bedeguar.id est sucaha.⁊ sic exponūt ignotum per ignotum.

¶ Alij vero postponētes tātorū virorū ambiguitates solent hoc in sirupo apponi facere iūcos marinos ⁊ radices cardonis benedicti:⁊ dicunt ꝙ duo hec videntur de mente auctoris cū illa sint apperitiua vrine ⁊ confortatiua epatis q̄ oia querunt a syrupo de eupatorio:⁊ ꝙ reperitur experimento bene eis succedere ⁊c.

¶ Sed et hi et illi a veritate sunt multū distantes. Igit scias ꝙ bedeguar est radix cardonis bn̄dicti q̄ mascul⁹ dicit nullū florē faciēs:nec tirsum:sꝫ folia extendunt super terrā:⁊ folia strictiora sunt ⁊ breuiora sucaha magisqꝫ incisa.sucaha vero est radix cardonis bn̄dicti rem faciens cum grosso capite cum paruo tirso: immo a radice nō extendit p longitudinē spāne seu eleuat:⁊ in futura et propinqua pluuia constringit:⁊ in sereno dilatat differt a supiori cardone p folia tirsum: ⁊ florē. Apd nos nō reperiunt vel raro duo hi cardones:sed portant a montib⁹ belinzone in cōfinib⁹ theutonicorū: ⁊ ducis mediolani:⁊ in montib⁹ ⁊ saxis oriuntur:⁊ hec est vera expositio ⁊ declaratio bedeguar: ⁊ sucaha ⁊c. ⁊ due he radices in hoc syrupo ponuntur:non aliud ⁊c.

¶ Pauci insuper sunt qui hunc syrupum sciāt facere. Mesue enim dicit:fiat sirupus cum succi apij et endi. quantitate sufficienti:nulli sunt qui hanc sufficientem quantitatem eligere sciant. Igitur no[...] per hanc sufficientem quantitatem intelligit proportionatam quātitatem zuchari ad succos quemadmodum proportionauit:et posuit in sirupo de bisantijs. scilicet succi lib.iiij.zuchari.ij.ʒ. quod est pro omni lib.zuchari succi depurati.℥.xix.cum.ʒ.j.℈.j.grana.xvj. nec plus nec minus:illo igitur modo proportionādo resultat succi quātitas p̄scripta supra: nec pl⁹ nec min⁹:⁊ hec fuit ⁊ ē opinio doctoris:quare bene nota:quia pauci sunt facientes hunc sirupum secundum rationem.

¶ Flores colligendi sunt quando perfecte sunt maturi: et anteqꝫ cadant:et anteqꝫ dimittant colorem suum ⁊c. ⁊ sic summa siruporū in his concluditur ⁊c.

¶ Descriptio.xlv.

Decoctio pectoralis magistralis:leniēs pectus:et conferens ad tussim: et raucedinem vocis. ℞.hysopi sicce capillorum veneris sicuū dactilorum sebestē passularum ordei liquiritie añ.partes equales: bulliant hec in aqua sufficientis quantitatis secundum artem deinde colentur et reseruentur.

¶ In hac decoctione sunt qui his addunt hyreos:sed ego qꝫ pectoralis nō laudo illam apponere [...] esse p̄pter eius horribilitatem:et malum saporem.

¶ Descriptio.xlvj.

¶ Decoctio communis:que in acutis febribus:⁊ alijs pa[...]ibus calidis:⁊ tempore calido est multum in vsu ad distemperandum medicinas que in his tēporibus:⁊ passionibus assumuntur: variantur autem iste decoctiones a medicis peritis secundum diuersitatem egritudinum magis:⁊ minus calidarum:et in exigentia dispositionum. ℞. prunorum tamarindorum passularum violarum:liquiritie ordei ana.partes equales: bulliant hec in aqua sufficientis q̄titatis secundum artem:et colētur:⁊ reserua.

¶ Decoctiones iste et omnes alie per tres vel quatuor dies conseruantur:et non plus:et maxime in estate: et inter omnes hic incidentr dicam de infusione facta in aqua lactis seu casei:quia minus conseruatur:quia nisi per vnum vel per duos dies conseruari potest: sirupi vero conseruantur si sunt de melle per duos annos:si vero de zucharo:et bene cocti:et in vase bene obturato per annum durant.

¶ De conseruatione iulep.scias quod iulep aquosum: et male decoctum pauco tempore conseruatur:⁊ maxime tempore estatis:iulep vero [...]e coctum per annum seruatur:et non plus sub forma [i]ulep. Et hic concluditur ac completur summa septima que fuit de sirupis:et decoctionibus et iulep.

¶ Incipit octaua distinctio que est de vnguentis:⁊ cōtinet.xxiij.descriptiones:quarum prima est.

¶ Descriptio prima.

Vnguentum stomaticum inuentione magistri patris mei: confortans stomachum:⁊ valens in passionibus frigidis eius: ⁊ doloribus factis a ventositate: et ad debilitatem virtutis digestiue:appetitum excitans: et digestionem procurans. ℞. olei nardini: id est spice olei masticis olei camomille olei mēthe olei de absinthio añ.℥.ij.olei citoniorum.℥.iij. olei rosati.℥.ij.ʒ. macis masticis gariofilorū nucis muscate:cardamomi.scilicet maioris et minoris galange ligni aloes añ.ʒ.ij.corallorum rubeorum. Seminū coriandrorū preparatorū:rosarū rubearū añ. ʒ.ij.ʒ.summitatum absinthij mēthe florum camomillle summitatum squinānti añ.ʒ.j.ʒ. conterantur omnia subtilissime:⁊ cum pauco cere fiat vnguentum medium tenēs inter duritiem ⁊ mollitiem. Addendo panis brustulati pri⁹ i aceto infusi:⁊ bene expressi.℥.ʒ.

¶ In omni vnguento species debent subtilissime cōteri. Nisi enim bene puluerizentur non posset virtus eorum per poros penetrare nec a calore preparari. Necessitas vnguentorum:et emplastrorum oleorum fuit:vt rei alicuius virtus applicaretur in substantia adherenti: et non statim resolubili:secundo quia medicine simplices non faciebant effectum:tertio propter debilitatem medicinarum simplicium.

¶ Descriptio.ij.

¶ Unguentum sandalinum Mesue quod cerotum ab eo dicitur vltimū ad sedādum inflammationes:et apostemata calida:⁊ super calefactiones q̄ fiunt in stomacho: ⁊ epate. ℞.rosarum.℥.j.ʒ. sandalorum rubeorū ʒ.x.sandalorum alborum sandalorum citrinorum ana.ʒ.vj.boli armeni.ʒ.vij.spodij.℥.ʒ.camphore.ʒ.ij. cere albe.ʒ.xxx.olei rosati libr.j. Liquefiant simul oleum ⁊ cera: deinde lauentur cum aqua frigidissima pluribus vicibus: deinde prescripte species ponantur. Si vis facere vnguentum in forma satis dura debes ponere pro omni.℥.j. olei specierum.ʒ.iij.cere.ʒ.ij.ʒ. Si vero moll-

pro omni.℥.j.olei.ʒ.ij.cere.ʒ.ß. specierum:et ista est dosis specierũ olei:⁊ cere ad vnguenta faciendum.

¶ Descriptio.iij.

Unguentũ Gale.Mes.⁊ ab eo appellat͛ cerotũ vltimũ infrigidatione valẽs ad febres acutas:⁊ sodã calidã pulsatiuã. ℞.cere albe lib.j.olei rosati lib.iij.⁊ fit factũ ex oleo omphacino.i.ex oliuis immaturis. Liquefiant oĩa simul:deinde lauentur cũ aqua frigidissima lauationibus pluribus vsq3quo bene albescat. Et quãto magis lauatur tãto fit perfectior. In fine vero conquassentur seu lauẽtur cum pauco aceti boni.

¶ Istud vnguentũ ego lauari soleo facere ex aqua rosacea loco aque cõis:⁊ est magis cõfortatiuũ renum. Unguentũ ab emplastro differt.eo q: vnguẽtũ est magis tenerũ siue liquidũ seu liquebile:sed emplastrũ est solidũ: licet vtrunq3 cum oleo ⁊ cera componatur ⁊c.

¶ Descriptio.iiij.

Unguentũ populeon Nico.taliter dictũ:q: fit de oculis populi:⁊ valet cõtra calorẽ febris acute:⁊ his q dormire nequeũt inũctis tẽpibus:et pulsibus ⁊ plãtis manũ et pedum. ℞.oculorũ ppłi lib.j.⁊.ß.papaueris rubei foliorũ mãdragore cimarũ rubi tenerrimarum foliorũ hyusquiami solatri vermicularis lactuce semp̃uiue bardene violarũ vmblici veneris aã.℥.iij.axungie nouelle porcine sine sale lib.ij.oculi ppłi per se bene pistentur:⁊ iterũ postea cum axũgia repistentur:⁊ magdaleones formẽtur:⁊ per duos dies sic dimittant͛. Tertia vͦo die herbe p se bñ terãtur:deinde his addas magdaleones:⁊ simul bene terant͛:⁊ postea iterũ oĩa in magdaleonibus reducãtur ⁊ permittant͛ p dies nouẽ: et elapso termino dicti magdaleones in caldario vel captia cũ.lib.j.optimi vini reponãtur:⁊ simul ad ignẽ bulliãt vsq3 ad vini consumptionẽ semper cum spatula agitãdo. Et postea colent͛ per sacculũ:⁊ colatũ permitte infrigidari:⁊ vltimo in vase reconde.

¶ Oculi populi in mense aprilis sunt colligendi:⁊ cum axungia miscendi:⁊ conseruãdi sunt vsq3 in mense maij cũ axũgia eos miscendo vsq3quo alie herbe colligentur.

¶ De folijs mandragore nota:q: apud nos nõ reperiũtur ipsorũ loco apponim⁹ vel cortices mandragore: vel papauer nigrum vel hyusquiamum.

¶ Descriptio.v.

Unguẽtũ citrinũ seu mũdificatiuũ magistrale qđ in vsu est. ℞.terebẽtine bñ lote in aqua ordei lib.ß.vitellos ouorũ numero.vj.mellis rosati.℥.iiij.farine ordei quãtum sufficit:et fiat vnguentũ in bona forma sine igne.

¶ Terebẽtina lauat͛ in aqua ordei p̃mo:vt infrigidetur magisq3 abstersiua reddatur:⁊ minus viscosa. Multis alijs modis diuersificatur hoc vnguentum a chirurgicis:sed iste preualet alijs.

¶ Descriptio.vj.

Unguentũ egyptiacũ Mes.cõferẽs ad vulnera antiqua ⁊ fistulas que indigent mũdificatione:abstergit eñi ea et mũdificat a carne mortua. ℞.floris eris.ʒ.v.mellis.ʒ.xiiij.aceti fortissimi.ʒ.vij. Coque super ignẽ donec inspisset͛.deinde ab eo ablato adde olibani bene pulverizati.ʒ.ij.ß.terẽdo supra terẽda.

¶ Hoc vnguentum duobus modis fit:qui enim volunt illud multum corrosiuum faciunt ipsum sine olibano:q̇ vero:mediocriter olibanum ponunt:

¶ Descriptio.vij.

Unguentũ apostolorũ. Auicenne.v.cañ.tractatu vndecimo qđ in vsu est:⁊ rectificãs cum facilitate fistulas difficiles ⁊ scropulas paruas:nec est aliquid simile ei:⁊ mũdificat vulnera ex carne mortua:⁊ pus:⁊ cõsolidat:⁊ dicitur q̄ est medicina duodecim apostolorũ. ℞.terebẽtine cere albe resine pini aã.ʒ.quatuordecim ammoniaci.ʒ.quatuordecim opoponaci.ʒ.ij.floris eris.ʒ.ij.aristologie lõge turis aã.℥.vj.mirrhe galbani aã.℥.ß.bdelij.ʒ.vj.litargirij.ʒ.ix.infundatur bdelium:et alie gumme in aceto forti ⁊ dissolnãtur:cetera vero conterãtur et fiat vnguentũ addẽdo olei lib.ij.in estate et in hyeme lib.iij.

¶ Oleum si simpliciter scriptum reperiatur de oleo oliuarum semper est intelligendum:qđ oleum est materia oim oleorũ:vt in tractatu de oleis manifeste apparebit.

¶ Descriptio.viij.

Unguentum basiliconis magnum Mesue quod confert vulneribus in quibus est calefactio:et proprie in vulnerib⁹ neruosis:mũdificat eñi:et incarnat ea. ℞.cere albe resine pini sepi vaccini olibani mirrhe picis grece:id est colophonie ana.℥.j.ß.picis.℥.iij.olei cõmunis lib.ij.cõterantur conterẽda:et fiat vnguentum in bona forma.

¶ Pix si simpliciter scripta reperiatur semper de nauali intelligatur. Si vero pix greca de colophonia semper intelligatur.

¶ Descriptio.ix.

Unguentum de cerusa crudum magistrale conferens ad adustionẽ ignis et excoriationem. ℞.ceruse lib.j.ß.olei rosati lib.ij.et.℥.iiij.litargirij.℥.j.ß.conterantur omnia subtilissime:et fiat vnguentum in mortario bene omnia miscẽdo. Et hic est cõmunis modus.

¶ Ego vero soleo lauari facere cerusam:et litargirium cum aqua rosa.ea enim lotione remouetur ab eis acuitas ⁊ mordicatio.

¶ Descriptio.x.

Unguẽtũ de cerusa coctũ magr̃ale cõueniẽs quibuscũq3 malis cõplexionibus calidis factis caliditate solis vł quomodolibet:⁊ frica

tioni seu excoriatiōi cū calefactiōe mala. ℞.
ceruse.lib.j.ʒ.litargirij.℥.j.ʒ.olei rosati li.ij.
⁊.℥.iij.cere albe.℥.iij.cōterantur oīa subtilis
sime:⁊ fiat vnguētum decoquendo illud len
to igne vsq₃ ad pfectā coctionē semp cū spa
tula agitādo:⁊ in magdaleonibus reducat̄.

¶ Parū aceti pōt apponi:vt magis alteret:⁊ sine aceto:
vt supra fieri pōt:⁊ ꝯuenit in oib⁹ mēbris:nō aūt cū ace
to:q: in locis neruosis noceret:⁊ vulneribus profundis.

¶ Descripio.xj.

Unguētū de dragagātis magr̄ale. ℞.gum
me dragagāti munde.℥.iiij.aq̄ florū violarū
li.ij.infundātur in ea gumma per horas.xij.
postea stamignetur:⁊ addat̄ olei violati olei
amigdalaru₃ dulcium,cere albe an̄.lib.j.li
quefiant oleum:⁊ cera.deinde apponat̄ gū
ma ipsis infrigidatis:⁊ misceantur.

¶ Unguētū hoc nisi ingenio fiat:nunq₃ bonā formā ha
bere potest:s₃ fiat in magdaleonib⁹ grossitudinis fabe.
Igitur hoc mō facias post liq̄factionē cere:⁊ olei ⁊ ipso
rū infrigidationem. Addas gummā stamignatā paula
tine illa₃ stangezādo ac si velles stan[illegible]are manuschri
sti:et nō cesses addere gūmam:⁊ stange[illegible]re:donec ha
beat bonam formā:⁊ quāto magis elabo[illegible]bis in ducen
do tanto meliorem forma accipiet

¶ Descriptio.xij.

Unguentū pectorale magistrale: le[illegible]tiuū:⁊
humefactiuū pectoris:⁊ pulmonis cōferens
tussi sicce:⁊ siccitati gutturis:⁊ pectoris si cū
ipo ptes extrinsece pectoris vbi coste situant̄
inūgunt̄. ℞.olei amigd.dulciū.℥.iiij.olei ca
mo.olei viol.an̄.℥.iij.butiri recētis.℥.vj.adi
pis galline.℥.ij.adipis anatis.℥.ij.hyreos
subtiliter puluerizati.ʒ.croci.℥.ʒ.cere.albe.
℥.iij.M̄isce.⁊ fiat vnguentū oīa simul liq̄fa
ciendo:in fine vero hyreos:⁊ crocus ponan
tur:deinde lauetur tribus vel quatuor lotio
nibus cum aqua ordei tepida.

¶ Butirū mellis vaccinū ⁊ cū mediinis ponit̄.i.ad op⁹
medicine dat̄ debet esse sine sale:⁊ conseruat̄ vsq₃ ad sex
mēses:vel vsq₃ ad annū ad plus. Adeps galline d₃ esse
recens:⁊ nō antiquatum:amittit eñ complexionē ⁊ vir
tutem:⁊ efficitur rancidū:⁊ amittit tempe[illegible]mentum:⁊
lique[illegible] melius conseruat̄: Adipes anatis [illegible]anseris
quāto antiquiores tanto meliores sunt:⁊ cū m[illegible]dicinis
administrantur nullo modo sale condiendi sunt.

¶ ¶ Pinguedines o[illegible] aspergātur zucharo subtiliter
puluerizato diu conseruant̄ absq₃ corruptione:hoc ego
sepe vidi:⁊ experimeto approbaui:pinguedines eñ que
pro vsu medicine sunt nullo modo saliēde sunt:sed, mo
do predicto preparande quare ⁊c.

¶ Descriptio.xiij.

Unguentū comitisse Gulielmi de varigna
na in sua practica capitulo de his q̄ cōi natu
ra magis sistunt mēstrua mulierū q̄ð in vsu
est. ℞.corticū medianorū castanearū arbo
ris glandiū:myrtilor:caude caballine:gal
lar:corticū fabarū:arilor:vuarū:sorbella
rū:siccarū glādiū mespillor immaturor ra
dicū celidonie:foliorum pruni silvestris an̄.
M̄.j. Terant̄ ⁊ coquātur in aqua plantagi
nis pfecta coctione:deinde colētur:postea ac
cipe cere olei myrtini.℥.vij.ʒ.liq̄fiant simul:
⁊ lauent̄ in pdicta colatura nouies semp co
laturā innouando quaq₃ vice:postea accipe
corticū medianarū castanearum corticū me
dianorū arboris glādiū [illegible]llarū an̄.℥.j.cine
ris crurū ossis bouis myrtilor azimor vua
rū an̄.℥.ʒ.trociscor de karabe.℥.ij.olei myr
tini li.ij.ʒ.⁊ aliq̄ addunt oleum masticinum:
puluerizentur subtiliter puluerizāda. Et cū
predicta cera lota cū suprascripta decoctio
ne fiat vnguentum.

¶ Per cortices fabaru₃ autor intelligit corticem in qua
fabe oriuntur:crescunt:⁊ maturantur:scil₃ illa tegula.

¶ Mod⁹ lauandi cerā talis est:primo d₃ cera ad igne₃
liq̄fieri:deinde in aqua mūda ab omni sapore debet pij
ci:⁊ in aqua illa debet manibus malaxari:⁊ aqua a ce
ra manib⁹ exprimi:deinde ad ignē d₃ liq̄fieri ⁊ in aqua
munda pijci vt prius:⁊ sic iterū atq₃ iterū est faciendū
quousq₃ aqua sine sapore exeat:⁊ tūc erit signū lotionis.

¶ Descriptio.xiiij.

Unguentū pro vermib⁹ montagnane in an
tidotario suorū cōsiliorū q̄ð in vsu est. ℞.cē
tauree minoris absinthij lupinorum an̄.ʒ.ʒ.
ligni aloes cornu cerui vsti diptami an̄.ʒ.ij.
ad pondus omnium q̄ð erit.ʒ.vij.ʒ.olei ab
sinthij.℥.iij.fellis tauri.℥.ij.cere.℥.ʒ.conterā
tur omnia conterenda:⁊ fiat vnguentum.

¶ Lauatur eñ cera duplici causa:p̄mo vt acuitas sua
amoueatur.scd̄o vt acquirat virtutem quam non h₃:et
quā h₃ deperdat:vt in vnguēto comitisse:q: lauatur vt
efficiat̄ stiptica. Si scriptum reperitur cere lote:tunc di
cta cera lauanda est in aqua cōi:aliter lauetur in deco
ctione de qua describetur.

¶ Descriptio.xv.

Unguentū p scabie M̄es. ℞.axungie mun
de a tela sua.℥.v.olei laurini argēti viui exti
cti cere munde turis bene puluerizati an̄.℥.
ij.salis.℥.viij.succi plātaginis fumiterre an̄.
ij.vj.confice sic:cerā oleum laurinū:⁊ axun
giā pone capita ad ignē cū succis:⁊ bulliant
donec oīa simul liq̄fiant:deinde adde salē oli
banū:⁊ masticem:⁊ bulliant oīa simul vsq₃
ad consumptionē [illegible]ci:postea deponantur
ab igne:⁊ addatur argentum viuum extin
ctum:v[illegible] supra ⁊ vtere.

¶ Axungia porci melius cōseruat̄ liquefacta:⁊ adeps
renum caprarū hoc etiā modo meli⁹ cōseruatur. Argen
tū viuū hoc modo extinguit̄:⁊ preparatur. Accipiatur
argentum viuū:⁊ ponat̄ in vna ampulla vitri: vt supra
⁊ ponat̄ tāta saliua q̄ð cooperiatur:deinde cōcutiat̄ tñ
sub ⁊ supra semp saliuā addendo q̄ totū confrangatur
ita q̄ð possit aspergi tanq₃ lac:⁊ partib⁹ cui imponit̄ ad
hereat:⁊ hoc modo extinctum erit:aliter tantum cōcu
tiatur q̄ð in illam formam veniat.

¶ Descriptio.xvj.

Unguētū p scabie aliud p pueris:⁊ pregnā
tib⁹:⁊ delicatis mōtagnane. ℞.terebentine
bene

bene lote.℥.iiij.butyri loti.℥.ij.salis.℥.j.succi
citrágulorũ vitellos ouoꝝ añ.nũe.iij.olei ro
sa.℥.j. misceantur oĩa simul:et fiat vnguen.
¶ Salis si simpliciter scriptum repiatur in compositio-
nibus semper de communi sale est intelligẽdum. Terebẽ
tina ⁊ butyrũ lauãdi sunt in aqua cõi ⁊ sic facias de ol
alia re lauãda in aqua:cũ solum dicitur lauetur:⁊ non
expmatur cum qua re cũ cõi lauanda est.

¶ Descriptio.xvij.

Unguentũ de arthanita magnũ Mes.quo
vngit venter:⁊ sumen ⁊ ilia ⁊ solutione sol-
uit catartici:⁊ vngitur ex eo stomachꝰ:⁊ fa-
cit vomere:⁊ educit vermes:⁊ cõfert hydro
pisi:⁊ solutione educit aquam citrinã:⁊ est
ppinandũ nõ valentibus sumere medicinã.
℞.succi arthanite.i.cyclaminis vel panis
porcini li.ij.succi cucumeris asinini li.j.olei
hyrini li.ij.butyri vaccini li.j.pulpe colognᵗ
tide.℥.iij.polipodij.℥.vj.euforbij.℥.ß.q̃ sunt
terẽda tere:⁊ submerge in succis:⁊ oleis:po
ne in vase vitreo stricti orificij:et stringe ca-
put eiꝰ:⁊ pmitte p dies octo:deinde bulliãt
oẽs ebullitione vna:⁊ colentur:deinde pij-
ciant sup colaturã serapini auꝛ.v.mirre au.
ij.duo hec dissolnãt priꝰ i forti aceto:deinde
proijciant in dicta colatura:⁊ bulliant simul
semp agitãdo cũ spatula vsq̃ fere ad succoꝝ
cõsumptionẽ:⁊ tũc pijce sup eã cere.℥.v.fell'
vaccini auꝛ.vj.ferueat cũ eis vsq̃ dũ liq̃fiat
cera:deĩde pulueriza sup id scamonee aloes
mezereon colloquinti.añ.auꝛ.v.salis gẽme
auꝛ.iij.euforbij auꝛ.ij.turibth.auꝛ. v.pipe-
ris lõgi zinziberis camomille añ.aure.ij.mi
sceantur oĩa bene:⁊ permisceantur:⁊ vtere.
¶ Modus extrahẽdi succũ a cucumere asinino talis est
Accipiant in fine Julij in diebꝰ canicularibus:⁊ in mẽ
se augusti qñ sunt citrini:q2 illi sunt maturi:⁊ ponãtur
in vase:⁊ pmittant p noctẽ:deinde forẽtur cultello acu-
to.Exiet aquositas q̃dã clara:⁊ substãtia pulposa.Illa
aquositas colligat cũ spongia vel bõbice ⁊ abijciatur:⁊
substãtia pulposa reseruetur:⁊ vtat ad libitũ ponẽdo il
la ad solẽ:⁊ permittatur exiccari donec possit reduci ad
formam troc.deinde remoueatur ⁊ reseruetur.

¶ Descriptio.xviij.

Uguentũ dialthee magistrale valẽs ppie
ad dolorẽ pectoris ex frigiditate:⁊ pleuresi
⁊ sup pectꝰ inunctũ sanat oĩa loca infrigida-
ta:calefacit:mollificat:et humectat. ℞.radi
cum althee.M.iij.semis lini semis fenugre
ci cepe sqlle añ.li.ß.ex his fiãt muscilagines
in cõi aqua,de quibꝰ accipe li.vj.olei cõis li.
iiij.cere lib.ij.terebẽti.℥.vj.gũmi edere gal-
bani añ.℥.j.buty.℥.viij.resine pini colopho
nie añ.℥.iiij.medulle bouis.℥.vj.croci.ʒ.ij.se
pi vaccini lib.ß.⁊ fiat vnguentum dissoluen-
do gummas in aceto forti.

¶ In receptis qñ reperit scriptũ olei loti.Modus lauã
di talis est:primo ponat oleũ in vase mundo stricti orifi
cij:⁊ supra fundat aqua clara calidissima:deinde abij-
ciat aqua:⁊ totiens reiterit piectio dicte aque fernẽtis
q̃ finaliter exeat eiusdẽ coloris ⁊ saporis sicut añ proie-
ctionẽ:⁊ tunc oleũ erit mundũ.Et nota qñ fit dz lauari
in vno vase qd sit in fundo foratum:vt aqua possit exi-
re:oleũ eñ remanet semp super aquã ⁊ natat:q2 est cor-
pus aereum:ideo quanto leuior tanto melior ⁊c.

¶ Descriptio.xix.

Unguentũ marciatõ Nico.in suo magno an
tidotario.Et q̃ꝑ q̃ꝑ hoc vnguẽtũ:⁊ duo sequẽ
tia nõ multum sint in vsu.Tamen q2 in eis
sunt multe difficultates:ideo declarare ppo
sui:qd facit ad dolorẽ:⁊ frigiditatẽ capitis
⁊ pectoris stomachi:⁊ ad sclirosi:⁊ splenis
⁊ epatis:⁊ addit illi dolorẽ subueniẽs para
liticis sciaticis:nephreticis:⁊ podagricis tu
mores reprimit:⁊ cõtra oẽs dolores mede-
tur.℞.cere albe li.ij.olei cõis lib.viij.roris-
marini foliorũ lauri añ.℥.j.rute.℥.vij.ama-
rici.i.maiorane.℥.vj.esbrij.i.floris saluie sa
uine balsamite:idest mente aquatice lili fa-
gi.i.silue.ocimi polij calamẽti artemisie enu
le bethonice brance vrsine spergule idest pa-
ritarie pipinelle agrimonie absinthij.Her
be paralysis:herbe sancte marie.cimarum
sambuci.Crassule.i.vermicularis.aliqui ve
ro fabã grossam dicunt millefolij sempuiue
camedrei.i.camedreos centaure scil3 maio-
ris fragrarie.i.herbe portantis fragras qu-
q3 folij herbe tetrait.i.orobi añ.℥.iiij.ß.eui-
sci radicis.i.radicis altee cimini mirthe.i.fo
lia mirti añ.℥.iiij.fenugreci.℥.j.ß.butyri.j.⁊.
ʒ.ij.vrtice violarũ papaueris nigri menthe
saracenice alteriꝰ menthe.i.menthe domesti
ce polytricij lapacioli.i.lapacij acuti cardun
celli.i.cardonis benedicti matrisilue matu-
re.i.caprifolij herbe muscate alleluya.i.pa-
nis cuculi lingue ceruine.i.scolopẽdrij crispu
le cãphore storacis calamite medulle ceruĩ-
ne añ.℥.ß.adipis vrsi gallinacei masticis añ.
℥.j.thuris.℥.ß.olei nardini.℥.ij.Herbe oẽs
pscripte colligãt in medietate mẽsis Maij:
⁊ oẽs in vna die vel in duobꝰ diebꝰ:⁊ ab ho-
ra tertiaꝝ vsq̃ ad meridiẽ.Cõficiant sic her
be:terãtur subtilr:infundant p dies septẽ in
optimo vino odorifero:octaua vo die ad lẽ
tũ ignẽ hic ponãtur.Et cũ vinũ aliquantum
erit cõsumptũ:addat his oleũ pdictũ:⁊ bul-
liãt donec incipiant diminui:deinde cũ dili-
gẽtia colent:⁊ piectis herbis iterũ sup ignẽ
ponãtur:et cũ inceperint bullire pone sto-
racẽ:⁊ cũ modicũ bullierint pone butyrũ:et

axũgias ⁊ pinguedines suprascⱥtas aliquãtulũ tõsas: ⁊ oleũ nardinũ masticẽ ⁊ olibanũ: et postea cerã semp cũ spatula agitãdo: ⁊ cũ cera liquefacta fuerit ab igne deponatur: et cũ coagulatũ fuerit reseruetur in vase.

¶ Paralesis herba cui⁹ folia florere incipiunt tpe hyemis q̃ se extẽdunt in terra: q̃ũ alba ⁊ crispa: habẽs florez album. Herba scẽ marie est q̃dã herba ad albedinẽ tendens rugosis folijs: aliq̃ pliccariã dicunt. Mentha saracenica hꝫ folia longiora: ⁊ acutiora q̃ꝫ mentha domestica seu hortẽsis: menthe eñ plures sũt spẽs: vt Mat. sil. c. dxliij. ondit. Herbe musca. ꝓ herba est illa q̃ se expãdit ĩ terrã odorẽ habẽs musci q̃ satis assimilaẽ agrimonie: sꝫ est minor ea. q̃dã dicunt ꝙ est valeriana: ⁊ q̃dã qꝺ est rostrũ ciconie. Inter vnguentũ: ⁊ emplastrũ est differẽtia. Nã ad cõpositionẽ vnguẽti requirit̃ cera ⁊ oleũ: in emplastris autem nõ est expediens semper ponere ceram.

¶ Descriptio. xx.

Unguẽtũ aragõ Nic. valẽs ad dolorẽ ex frigiditate ad spasmũ: ⁊ tethanũ ad dolo. ilij ⁊ renũ: arteticis ⁊ sciaticis multũ ꝓdest: ⁊ q̃r tanarijs si spina inũgat̃ añ horã accessionis mirifice ꝓdest: dꝫ tñ semp bñ ca[...] fieri. ℞. rorismarini maiorane radicũ iari. i. serpẽtarie serpili rute. radicũ sicide. i. cucumeris asinini añ. ʒ. iij. ß. folioꝝ lauri saluie sauine [...]. ℥. iij. polycarie maioris ⁊ minoris. i. ellebori albi et nigri. ℥. ix. aliq̃ dicũt ꝙ polycaria maior ẽ thim⁹: ⁊ polycaria minor est saturegia brionie. i. radi. cucurb. saluatice. ℥. iij. laureole. ℥. ix. nepite li. ß. masticis olibani añ. ʒ. viij. piretri euforbij ʒinʒi. pip. añ. ℥. j. olei muscelini. ℥. ß. olei petrolei. ℥. j. adipis vrsi olei laurini. añ. ℥. iij. buty. ℥. iij. olei cõis li. v. cere li. j. herbe ⁊ radices colli[...]ant̃ tpe: ⁊ hora scripta in ꝑdicto vnguẽto lauent̃ ⁊ mũdent̃ ⁊ subtiliẽtur: deinde cõterant̃ ⁊ ꝑ septẽ dies in oleo infundant̃: octaua võ die sup ignẽ ponãtur ⁊ coquãtur vsq̃ ad pfectã coctionẽ: postea per sacculũ colent̃ fortiter exprimẽdo: deinde dicta [...]tura sup ignẽ ponãtur: ⁊ cũ b[...]lire cepit oleũ lauri. buty. ⁊ adeps ac cera q̃ liq̃factã adde petroleũ: ⁊ [...]uselinũ postea masticẽ: et olibanũ ʒinʒiber piper: ⁊ euforbiũ piretrũ: ⁊ post ab igne deponatur: ⁊ recondatur.

¶ Inter doctores magna est differẽtia de laucola ⁊ meʒereon: nã quidã dicunt ꝙ laureola: ⁊ meʒereõ idẽ sunt: ⁊ false. Nã meʒereon est planta lacticinia: ⁊ dr̃ alio noĩe oliuella. Laureola vero est arbustum: ⁊ nõ habet lac: sed folia laureole sunt similia lauro.

¶ Polycaria est herba q̃ hꝫ folia siĩa oliue: sꝫ spersa ⁊ pinguia ⁊ viscosa: ⁊ sunt duaꝝ specierũ: scꝫ maior ⁊ minor: maior est grauis odoris: ⁊ in fine fructice maior est virgas habẽs lõgitudinis cubitis duob⁹. Minor vero vni⁹ pe[...]s lõgitudine porrecta florem fragilẽ: ⁊ mellinũ habẽs colorẽ amarũ saporẽ: ⁊ cũ floruerit flores velut capillos facit. radix ipsa est inutilis: sꝫ q̃ in nr̃o hoc climate nõ reperitur. nec cognitio habetur: ideo loco ipsoꝝ ponitur hellebor⁹ alb⁹ ⁊ niger: ⁊ aliq̃ loco policarie maioris: ponunt thimum maiorem vsualem: ⁊ loco minoris ponunt saturegiam.

¶ De oleo muscellino magna inter doctores est cõtentio: quidã enim dicũt ꝙ dicit̃ muscellinũ: q̃r in ei⁹ compositione intrat muscũ. Item muscellinũ vocat̃: q̃r fit ex humiditate inuenta in tuberositatib⁹ vlmi. Itẽ muscellinũ vocãt multi oleũ de ben. i. de semine cataputie. Alij vero hoc mõ oleũ muscellinũ faciunt ꝺm hanc receptã: ⁊ ponitur a gal. in suo antido: ⁊ istud est in vsu. ℞. olei li. iiij. aque lib. ij. folij spice costi m[...]sticis añ. ʒ. j. storacis calamite mirrhe croci casie ligne[...] añ. ʒ. vj. gariofilorũ bdelij añ. ʒ. ß. nucis inde musci añ. ʒ. ij. Cõcassentur deinde bulliant simul vsq̃ ad cõsumptionẽ aque: colẽtur ⁊ reseruentur: aliqui supra addũt huic descriptioni xilobalsamum: ⁊ carpobalsamum.

¶ Descriptio. xxj.

Unguẽtum agrippe Nic. in magno antidotario quo agrippa rex iudeorũ vtebatur valet hydropisi: ⁊ omnib⁹ tumoribus in quacunq̃ parte corporis fuerint: ⁊ ad neruos indignatos: vrinã ꝓuocat: ⁊ inunctũ super vẽtrã laxat: ⁊ dolori renũ ex frigida causa optime facit. ℞. brionie. i. radicis cucurbite silvestris lib. j. radicuꝫ ebuli. species est sambuci faciẽs quedã semina nigra fetẽtia: tribuli marini añ. ℥. ij. radicũ sicide. i. cucumeris asinini li. j. squille. ℥. vj. yrei. i. lilij cele. ℥. iij. radicum silicis. ℥. ij. Oẽs radices ter vel quater bñ lauent̃: ⁊ in pileo marmoreo bñ terãtur: olei lẽtisci li. iiij. Ponãtur in dicto oleo: ⁊ ꝑ dies octo ꝑmittãtur. Nona vero die ad ignẽ ponantur oĩa hec: ⁊ tãdiu bulliãt ꝙ radices diuidant: deinde ponãtur in sacco exprimẽdo: ⁊ colãdo: ⁊ cum colatum fuerit ad ignẽ ponatur: ⁊ cũ fuerit debite fere coctũ ꝑijciatur ĩ cere albe. ℥. v. Et liq̃facta cera ab igne deponat̃: ⁊ post infrigidationẽ reseruetur.

¶ Antidotariũ est: ⁊ quodlibet ĩcludẽs diuersas descriptiões medicinaꝝ ad diuersas ⁊ varias passiões: dr̃ antidotariũ. i. cõtra vitiũ datu: q̃r cõtra egritudĩes ꝑncipaliter. Uel aliter antidotariũ dr̃. i. cõtra datum. ab anti quod est contra: inde dicitur antidotariũ qꝺ est liber cõtinens experimenta cõtra morbos data.

¶ Tribuli marini sunt q̃dã fruct⁹ nascẽtes in aqua cornua habẽtes: ⁊ intus habent quandam medullam ad similitudinem castanee: ⁊ isti gallici pauperes solebãt super pilos suos portare.

¶ Botim est duarũ s[...]erũ domestica: ⁊ siluestris: domestica est arbor terebẽtine. Et siluestris lẽtisc⁹ arbori montibus nascẽs ex cui⁹ semine fit oleũ lẽtisci. ⁊ si haberi nõ [...]test ei⁹ loco ponitur oleũ masticis vel terebẽtina vel oleũ de lenco. i. albũ antiquum.

¶ Descriptio. xxij.

Unguentum marciaton qꝺ in vsu communiter hr̃ Nico. vt supra hñs virtutes vnguẽti marciaton suprascripti. ℞. folioꝝ lauri li. iij. rute li. ij. ß. amarici. i. maiorane li. ij. rorismarini lib. j. ß. foliorum mirthi lib. j. elsbrij. id est floris saluie balsamite. id est menthe aquatice oʒimi ana. lib. ß. butiri. ℥. v. masticis storacis calamite medulle ceruine adipis vrsi adipis galline ana. ℥. j. thu-

ris.ʒ.ij.ʒ.olei nardini.ʒ.j.olei viridis.id est ex oliuis imaturis li.vj.Et fiat vnguētū put in vnguento alio martiaton tibi ostendi.

¶ Oleum viride est oleum omphancinum.i.oleum oliuarum immaturarum:et dicitur a virendo:eo qꝛ maiorem viriditatem habet q̄ cetera olea simplicia.

¶ Descriptio.xxij.

Vnguentū stap[his]agrie magistrale.℞.axūgie saponis mollis staphisagrie añ.ʒ.iiij.olei linose.ʒ.iij.agēti viui extincti.ʒ.ij.cōterantur subtiliter cōterēda:ꝛ misceanť.vȝ hoc vngētum ad interficiēdum vermes seu pediculos capitis palpebrarum ꝛ inguinum.

¶ Axungia si simpliciter scripta reperiatur semper de axungia porcina est intelligendum.

¶ Hic vtiliter est notandum ꝙ stomachus:ꝛ epar non dȝ aliquo vnguento vngi:aut aliqḋ emplastrū vel cerotū super eos ponendū post cibū:qꝛ attrahendo calorē a loco digestionis impediret cibi digestionē:ꝛ naturam a sua digestione seu operatione diuerteret.

¶ Vnguenta emplastra et cerota vt plurimū cōseruantur per annū in sua virtute:et bonitate:et nō plꝰ:qꝛ elapso anno paulatiue humiditatis eorū naturalis deperditur:et terrestrietas acquiritur:quare notēt apothecarij:et his cōpletur summa octaua que fuit vnguētorū.

¶ Incipit nona distinctio que est de emplastris:ꝛ cōtinet.vj.descriptiones:quarum prima est.

¶ Descriptio prima.

Emplastrum de melliloto Mesue:mollificans oēm duritiē que fit in stomacho epate ꝛ splene:et omnibꝰ visceribus.℞.mellilotí.ʒ.vj.florum camo.fenugreci.s.se.baccarum lauri radic.althee absinthij.ana.ʒ.iij.se.apij cordumeni.i.carui agrestis byreos:scȝ radicis ciperi ameos.Spice cassie lignee ana.ʒ.j.ʒ.sansuci.i.maiorane.ʒ.iij.armoniaci.ʒ.x.storacis bdellij.ʒ.v.terebentine.ʒ.j.ʒ.ficuū pinguium numero.xij.seri caprini resine añ.ʒ.ij.ʒ.cere.ʒ.vj.olei sansuci.i.maiorane olei spice añ.li.ij.cōficiatur sic ex se.fenugreci radice altee:ꝛ ficuū fiant muscilagines in aqua decoctionis alterius fenugreci camomille:ꝛ melliloti añ.q̄tum sufficit:ꝛ de dicta decoctione etiā gumme prescripte dissoluantur. Cetera vero puluerizent:ꝛ additis aloes cera:ꝛ adipibus fiat emplastrum. Potes etiā alio mō facere decoquere radices altee:ꝛ sicut in prescripta decoctiōe.ꝛ post ipsarū per factā coctionē bn̄ illa pistare:ꝛ gūmas in decoctiōe dissoluere:cetera vero puluerizare:deinde cum oleis predictis qḋ remāsit de decoctione miscere:ꝛ his addere:ꝛ radices ꝛ ficus ꝛ gūmas dissolutas:ꝛ iterum simul tantū bulire qḋ decoctio consumpta sit:postea adde flores:ꝛ leni bullitione bulliāt:deinde terebētina resina colata:sepi ꝛ cera ponanť et bulliāt vsq͡ ad liq̄factionē cere:deinde ab igne deponanť:ꝛ puluis suprascriptarū rerū addatur:ꝛ bene omnia misceantur.ꝛ reseruentur.Et hic melior erit modus:q̄ꝙ etiam superior sit bonus.

¶ Ea que in emplastris ponūtur nō multū sunt cōterēda:eo qꝛ virtus ipsius solū agit in membrū qḋ tangit:et diu virtus eius durat.et debet esse emplastrū grossum quando super locum egrum ponitur.

¶ Aliqui empirici apothecarij puluerizāt semē lauri exteriori cortice nō amoto:ꝛ male quare in quocunq͡ loco ponuntur semper a superiori cortice mundētur.

¶ Cordumeni.i.carui agreste.Sed si haberi non possit eius loco apponi possunt carui domestici.

¶ Descriptio.ij.

Emplastrum galeni positū a Mesue.emēdās vitia stomachi cōfortās stomachum:ꝛ emēdans eius vitia q̄ ex frigiditate fiūt:cōfortās digestionē:ꝛ appetitū ꝓcurās:et confortās epar:ꝛ sedans dolorē eorum.℞.rosarum.ʒ.xx.folioꝝ absinthij sicci.ʒ.xv.masticis.ʒ.xx.inde.i.spice nardi.ʒ.x.teranť seu ꝯterāť hec:deide acc[ipe] cere mūde.ʒ.iiij.olei rosati li.j.ʒ.dissoluanť duo hec ad ignem et lauentur post earum coagulationē cum aqua rosa.lauationibus pluribus:deinde iterum dissoluantur:ꝛ post congellationem lauētur in vino veteri:succo citoniorum:ꝛ parum aceti:deinde misceanť cum puluere rerum suprascriptarum:ꝛ fiat emplastrum.

¶ Modus iste est bonus:sed ego soleo illū lauari facere post predictas lotiones in vino optimo nigro:vt maiorem stipticitatem iterum habeat ꝛ confortationem.

¶ Descriptio.iij.

Emplastrū diafinicon Mesu.est ꝯfortatiuū stomachi ꝛ epatis in qbus accidit vehemēs debilitas:ꝛ viscerū qbꝰ accidit lubricitas:ꝛ mollificatio:ꝛ ꝯfert ad fluxum vētris:ꝛ ad fluxū epaticum.℞.cere.ʒ.j.olei.nardini añ.ʒ.iiij.masticis.ʒ.ij.ʒ.laudani.ʒ.j.Puluerizētur puluerizāda:ꝛ liq̄facta cera cuȝ oleis misceanť:ꝛ reducātur ad formā ceroti:[de]inde accipe dactiloꝝ siccoꝝ nume.xl.tortellarū de seni.ʒ.v.duo hec fundanť [pe]r duos dies in optimo vino nigro subtiliter icisa:ꝛ tortelle cōfracte:carniū cytonioꝝ coctoꝝ in vino.ʒ.j.terātur dactyli cōtritiōe vltima carnes cytonioꝝ:ꝛ tortelle de seni oīa p se:deinde iterū insimul deinde misceanť cū suprascripto ceroto:ꝛ contundanť in mortario donec aggregentur:deinde proijce super ea olabana absinthij succi ana.ʒ.j.ʒ.ligni aloes macis mirre aloes loti spice achatie galie muscate ramich calami aromatici añ.ʒ.vnam.puluerizentur subtiliter hec deinde cum alijs rebus misceantur:et conterantur in mortario

bene donec omnia cõmisceantur: et fiant in vnam formam habens emplastri.

℃ Calamus vel calami si simpliciter scriptũ reperiatur de calamo aromatico semper est intelligendum.

℃ Aloes qd ingreditur in emplastris vnguentis: ⁊ cerotis semp debet esse lotũ cũ magis cõfortatiuum sit magisqꝫ desiccatiuum: ⁊ minus mordicatiuum.

℃ Descriptio.iiij.

Emplastrũ de granis lauri Mes. conferens ad dolores ex frigiditate factos: ⁊ vẽtositate: ⁊ proprie ad dolorẽ vẽtris: ⁊ stomachi et renum: ⁊ matricũ: ⁊ vesice: ⁊ aliorũ viscerum. ℞. olibani masticis mirre añ. ℥.j. granorum lauri. ℥.ij. ciperi cost. añ. ℥.ß. mellis cocti lib. j.ß. cõterãtur oĩa prescripta: ⁊ reducãtur cum melle ad formã emplastri: ⁊ si vis emplastrũ valere in hydropisi his prescriptis oĩbꝰ addas ciperi. ℥.j.ß. stercoris caprarũ vel vaccarũ sicci puluerizati. ℥.vij.ß. qd est ad pondus oĩm mellis lib.ij. est eñ multũ conueniens: vt a Mes. videre potes eo loco.

℃ Ad faciendum emplastrum cum melle [illegible] omni lib. j. mellis dare debes. ʒ.iiij. specierum cribellatarum si debitam formam habere debet.

℃ Mel in emplastris nullo modo coquendum [illegible]st: eo qꝛ coctura multũ tenax ipm facit: ideo ponat̃ i [illegible] crudũ.

℃ Descriptio.v.

Emplastrũ monta. cõtra fluxũ qd in vsu est valens in omnibus fluxibꝰ antiquis diarrcis: ⁊ ex eo calido totum mirach a scuto oris stomachi vsqꝫ ad ilia: ⁊ femur. ℞. eupatorij. M. j. squinãti. M. ij. spice inde quartã partẽ. M. vnius masticis macis ana. ℥.ß. ligni aloes. ʒ.iij. mirabolã. emblicorũ kebulorũ assatorũ añ. ℥.j. bol [illegible]rmeni lapidis ematbitis terre sigillate añ. ʒ.vj. seminũ coriãdrorũ [illegible]preparatorũ. ℥.j.ß. spodij. ʒ.ij. rosarum. ℥.j. farine ordei. ℥.ij. specierum triasandalorum sine camphora. ʒ.ß. scorie ferri preparate. ʒ.j. olei masticis olei mirtilorũ añ. li.j.ß. cõ[illegible]ndatur subti[illegible] eupatoriũ. Cetera vero pu[illegible]erizẽtur: ⁊ fiat emplastrum in bona forma. Mirabiliter enim vale[illegible]n fluxu ventris.

℃ Camphorã eñ nõ iussit apponi speciebꝰ triasandalorũ hoc in emplastro intrãtibꝰ ꝓpter intẽsam ipsiꝰ frigiditatẽ. Intestina eñ sunt debilis caloris: nec multum frigida sunt apponenda circa ea regulariter operãdo.

℃ Descriptio.vj.

Emplastrũ de crusta panis mõtagnane valet in vomitu puerorũ: ⁊ in nõ potẽtibus cibũ retinere: multũ in vsu est: qd actu calidum in omni vomitu sedat eũ in media hora. ℞. masticis mẽthe spodij coralorũ rubeorũ sandalorũ alborũ sandalorũ rubeorũ añ. ʒ.j. cruste panis assi ⁊ infusi in aceto per mediã horam. ℥.j. olei masticis olei citoniorum. ℥.j. farine ordei. ℥.j.ß. Cõteratur subtilissime panis. Cetera puluerizentur: deinde misceantur: ⁊ fiat emplastrum sine igne.

℃ Utiliter hic est notandũ qd mẽbris principalibus: et maxime cordi: ⁊ stomacho nullo mõ apponẽda sunt frigida actu: quãuis potentialiter: ⁊ virtualiter frigida sint: sed aliqualiter sunt tepefacienda: ⁊ ꝓprie pueris: quare bene notet̃ hoc: vt queant instru[illegible] medicamenta accipientes: qꝛ quando domini medici inaduertentia non explicãt de forma approximationis: ⁊ doctus apothecarius supplere potest. Ex his emplastrorũ communiũ distinctio completur que fuit nona distinctio.

℃ Incipit distinctio decima que est de cerotis: ⁊ cõtinet nouem descriptiones: quarum prima est.

Cerotũ diachilõ magnũ Me. qd ab eo appellat̃ emplastrũ verum: qꝛ cõiter fit ad formã ceroti: ideo in eorũ summa ponã expertũ ad resolutionẽ: ⁊ ad maturationẽ oĩs duritiei. ℞. litargirij mũdi triti: ⁊ cribellati lib.j. olei hyrini olei camomille olei aneti ana. ℥.viij. muscilaginis. s. lini muscilaginis. s. fenugreci muscilaginis radicũ althee muscilaginis ficuũ pinguiũ muscilaginis passularũ succi hireos succi sqlle hysopi hũide glutinis alchanach añ. ʒ.xij.ß. ℞. muscilagĩs fenugreci muscilaginis. s. lini muscilaginis radicum altee añ. ℥.j. fiant dicti muscillagines in aqua decoctionis melliloti litargirij triti cõtritione vltima ⁊ mundi a plũbi scoria. ℥.j.ß. olei camomille olei hyrini añ. j. ℥.ß.

℃ Terebentine. ʒ.iij. resine pini cere citrine añ. ʒ.ij. Confice hoc modo. Accipe litargiriũ: ⁊ suprascripta olea: ⁊ diu in mortario lapideo cũ pistello ferreo conquassent̃: ⁊ elaboretur in eorũ cõquassatione ꝑ mediã horã saltẽ: deinde bulliãt super ignẽ cũ facilitate semꝑ ⁊ incessanter agitando cũ spatula donec coagulet̃ litargiriũ: tũc deponãtur ab igne: ⁊ ꝑmittãtur infrigidari: deinde accipe muscilagines glutẽ succũ: ⁊ hysopũ ⁊ terebentinã: et inter eos aliquali ebullitione bulliant: deinde in mortario cũ litargirio: ⁊ oleis predicta ponant̃: ⁊ cum pistello tm̃ cõquassent̃ donec condecens fiat eorum permixtio. Tunc iterũ omnia reponantur suꝑ ignẽ ⁊ cera addita tantũ coquantur ꝙ ad debitam formam veniant scꝫ ꝙ habeant solidiorem coctionem ꝙ̃ habere debeat vnguẽtum: ⁊ nihil vltra ne aduratur.

℃ Sunt qui male scrib[illegible]at: ⁊ proferunt hanc cõpositionem: ⁊ dicũt diaqlion: ⁊ male: [illegible]z eñ scribi diachilon. i. cõpositio facta cũ succis: ⁊ muscilaginibus qui sunt sicut succ[illegible] nã chilus. i. succus. de alcanach inter doctores magna est cõtrouersia: qdam dicũt ꝙ est muscilago radicis enule: ⁊ hoc satis ꝯsonũ est: eo qꝛ mollificatiua ⁊ resolutiua. Alij dñt ꝙ est mucilago radicꝭ altee: ⁊ scribũt alzanac. nec hoc remotũ est a ꝯsonãtia: cũ ⁊ illa sit mollificatiua resolutiua: ⁊ maturatiua. Nonnulli alij dicũt ꝙ est muscilago radicis aristologie: ⁊ hoc ẽt de apparẽtia hꝫ cũ ⁊ illa valeat in resoluẽdis apatibꝰ: ⁊ i extrahẽdo ossa fracta: ⁊ scribũt alkanach. Sũt ⁊ alij dicẽtes ꝙ est colla piscis: qꝛ Ma. sil. dicit ꝙ alkanach. ẽ nomẽ cuiusdã pisc[illegible]: ⁊ alibi qd est spẽs cuiusdã piscis: ⁊ alibi ꝙ est qddã genꝰ piscis q̃do colla sit remãet indecisum. Et nisi cõpositio hec haberet in se attractionẽ potentẽ sane magis adhererẽ scdẽ opiniõi: ⁊ dimitterẽ hanc collã. Sed quia medici cõpositionem hãc attractiuam dicũt: vt experimento iam comprobatum est: ⁊ extractio

non fit nisi mediante hac colla: igitur poni facere potes collam piscis dissoluẽdo illa prius in aqua: ⁊ hoc idem faciunt communiter practicantes in apothecis.

¶ Descriptio.ij.

Diachilõ min⁹ Mes. cuius iuuamẽtum notum est ad aparata dura: ⁊ ad duriciem epatis: ⁊ splenis: ⁊ stomachi: ⁊ ad oẽm duriciem ⁊ scrophulas ex[illegible]iatiuis: ⁊ in oi fluxu epatico: ⁊ ꝓprie cũ emplastraꝛ. Puluis radicis hyreos.℥.j. Accipe ergo litargiriũ: ⁊ pulueri. hyreos: ⁊ diu in mortario agitẽtur: ⁊ vt supra tibi ostendi in alio fact⁹. Cõmemorãdo qd̃ coctio sit media inter vnguẽtũ: ⁊ cerotũ.

¶ In omni cõpositione, in qua intrãt lithargiriũ: ⁊ muscilagines post coctionẽ lithargirij cũ oleo. Antequam muscilagines ponãtur semper debem⁹ expectare infrigidationẽ vel saltẽ tepefactionẽ olei ĩ quo est litargiriũ. Si enim ipsis feruẽtibus apponerentur muscilagines adeo excrescerent sup captiã ꝙ maior pars in ignẽ ꝑderetur. Et hoc sepe vidi contingere famulis apothecariorũ nõ expertis: ⁊ tũc iudicabã illos indoctos huius artis: ⁊ qui se magistros esse dicebant: ineptissimi discipuli esse compellebantur.

¶ Descriptio.iij.

Cerotũ pro renib⁹ meo ingenio repertũ vtile atq₃ mirabile ad ꝓhibendum aborsum in muliere pregnãte. vidi de eo vtilia experimenta: ⁊ maxime in illustrissima nunc quondaꝫ comitissa brixie ĩ partib⁹ vltramõtanis vxore Illustrissimi philippi dñi de sabaudia q̃ habuit duos aborsus: ⁊ approximato ceroto aliquo tp̃e portauit. Et illo semel relicto iterum ad aborsum venit. In multisq₃ alijs matronis: ⁊ mulierib⁹: illumq₃ cõposui dũ illustrissimi Mesue dñationi seruirem anno M.cccclxxx. ℞. masticis electi.℥.j. laudani.ʒ.vj. cere citrine.℥.ß. Bistorte nucũ cypressi hypoquistidos achatie sanguinis draconis rosarũ rubearũ corallorũ rubeorũ sandalorum mẽte sicce seminũ coriãdrorũ preparatorũ galie muscate terre sigillate añ.ʒ.ij. olei oliuarũ incõpletarũ li.iij. puluerizẽtur puluerizanda: ⁊ fiat cerotũ in bona forma: qd̃ si tenax non est addatur p[illegible]um terebentine.

¶ Cerotũ dr̃ a cera: q̃ oẽ cerotũ recipit ceraꝫ: vel aliq̃d loco cere: ⁊ est quoddam mediũ inter vnguẽtũ: ⁊ emplastrum spissius vnguento: ⁊ liquabilius emp[illegible]stro.

¶ Descriptio.iiij.

Cerotum de gũmis Mes. ℞. galbani.℥.j. armoniaci.℥.ij. viridis eris.℥.ij. aristologie lõge aristolog. rotũde thuris oppoponacis masticis cere. añ.℥.j. olei oliuaꝝ.℥.viij. litargirij auri. lib.j.ß. mirre.℥.j. bdellij.℥.ij. lapidis calamite lapidis ematitis añ.ʒ.j. puluerizẽtur puluerizãda: ⁊ gũme in aceto dissoluantur: ⁊ fiat cerotum in bona forma.

¶ Litargiriũ si simplr̃ scriptũ reperiaꝛ de litargirio auri intelligaꝛ ꝗꝗ circa instans aliter sentiat: dicit enĩ ꝙ litargiriũ. s. fex stanni in vsu est: ⁊ cõiter eo vtimur: et fit per coctionẽ: cũ fit stannũ ex vena terre: ⁊ hoc verũ est ꝙ eo vti debemus q̃n intendimus multũ infrigidare.

¶ Descriptio.v.

Cerotum de laudano magistrale mirabilis iuuamẽti pro stomacho infrigidato: ⁊ debilitato: cõfortãs virtutẽ digestiuã: ⁊ valẽs in passionibus frigidis ei⁹: ⁊ remouens dolores factos a vẽtositate digestiua. ℞. menthe rosarũ absinthij ligni aloes masticis cinamõi spice nardi mirtilorũ ana.ʒ.iij. gario. galange nucis muscate macis zinziberis galie muscate. costi. añ.ʒ.ij.ß. ciperi calami aromatici olibani aloes mirrhe corallorũ rubeorũ añ.ʒ.j. zedoarie terre sigillate abrotani cẽtonici cẽtauree maiorꝫ añ.ʒ.j.ß. laudani boni.℥.ix. cere citrine li.ij. terebẽtine.℥.viij. Liquefiãt cera terebẽtina ⁊ laudnũ simul: dein de suprascri[illegible]te alie species apponantur.

¶ Aliquãd[illegible]riptũ reperies menthe sicce: ⁊ absinthij sicci: ⁊ aliq[illegible]mẽthe: ⁊ absinthij simpliciter: quereret aliquis quid in diuersitate dicta est faciendũ. Ideo in hoc dico ꝙ auctores semper intelligunt de ipsis siccis q̃uis aliquã[illegible] nõ exprimãt: ⁊ aliquãdo sic: ⁊ ꝓpter expressionẽ vol[illegible] postmodũ te intelligere de siccis: ⁊ ideo expresserunt in aliquibus menthe vel absinthij sicci id qd̃ volunt ꝙ tu in ceteris intelligas. Nã q̃n volũt dictarũ humiditatẽ herbarũ dicunt succi absinthij vel succi menthe quare bene nota.

¶ Descriptio.vj.

Cerotum pro crepatis Gentilis in suis cõsilijs cõsilio p̃rio preciosissimũ: ⁊ expertũ qd̃ in vsu est: ⁊ est cõsolidatiuũ dindimi dilatati ꝑ quẽ intestina descẽdũt ad osseum siue bursam testiculoꝝ. ℞. picis liquide colophonie cere aristologie lõge aristologie rotũde vermiũ terrestriũ aloes añ.℥.iiij. lithargirij armoniaci oppoponacis galbani masticꝫ bdellij sumach. añ.℥.j. terebẽ. serap. cõsolide maiorꝫ: ꝯsolide miorꝫ añ.℥.j. visci q̃rcini lapidꝫ ematit[illegible] olibani gypsi mirre turi[illegible].℥.ß. gall[illegible] nucũ cipssi boliarmeni hypoq̃stidos mumie. añ.℥.vj. sanguin[illegible]s draconis.℥.vij. sanguinis humani li.ij. conce sic. accipe pellẽ arietis cũ pilis inde remotis: coquanꝛ in aq̃ tandiu donec tota liquefiat: ⁊ postea permitte aquam infrigidare: ⁊ residere: deinde accipe species bñ tritas: ⁊ cribellatas ⁊ gummas: prius tñ dissoluãtur ĩ aceto fortissimo que dissolute sanguine cõmisceantur: ⁊ hec omnia permisce in colatura aq̃ arietis pellis ĩ cacabo: ⁊ fac simul bulliãt donec ad nigredinẽ: ⁊ ad forman ceroti veniant ⁊ vtere.

¶ Sanguis humanus debet extrahi ab homine sano sanguinee cõplexionis: ⁊ post extractionẽ dꝫ in ceroto illico poni: eo q: lõga ipsi⁹ extractio corruptionẽ indu

cit. Ali qui volūt q prius exiccetur.

¶ Descriptio.viij.

Cerotū pro costis magistrale valens ꝓprie ad dolorē pectoris ex frigiditate: mollificās ⁊ sanās loca infrigidata. ℞.masticis galbani oppoponacis serapini armoniaci thuris picis naualis hysopi humide ana.℥.ij.terebentine cere absinthij fenugreci: scʒ seminis camomille añ.℥.j.croci.℥.ß. muscilaginis fenugreci muscilagīs seīs lini: muscilagīs althee añ.℥.ij.ß.misce ⁊ ex his fiat cerotū dissoluēdo pri⁹ gūmas in aq̄ decoctiōis althee fenugreci: ⁊ seīs lini. pulueri-zādo etiā puluerizanda reducatur ad formam ceroti.

¶ Camomilla si simpliciter scripta in cōpositis reperiatur: semper de flore est intelligendum.

¶ Muscilago althee si simpliciter scribat̄: vel scriptū reperiatur de radice facienda est: vt.doctores volunt.

¶ Descriptio.viiij.

Cerotū oxicrocij ꝰ̄Nico.in magno antidotario: ex aceto ⁊ croco nomē hʒ: valet ꝑcipue ad fracturas ossiū: ⁊ ad mēbra q̄ dolore aliq̄ affligūtur: ⁊ apostemata dura in quacunqꝫ parte corporis fuerint remollit: ⁊ dissoluit. ℞.croci picis colophonie cere añ.℥.iiij. terebentine galbani armoniaci mirrhe olibani aloes: aliqui textus nō habēt aloē masticis.añ.℥.j.ʒ.iij.cōficiātur sic: galbanū armoniacū aliqnātulū cōtusa ponātur in sufficienti quātitate aceti per noctē.mane vero ponātur in ignē vsqꝫ ad liquefactionē dimittēdo. post liquefactionē colētur: et iterū decoquātur donec acetū ꝯsumatur: ⁊ tūc addat̄ picis naualis liquefacte ⁊ colate cera colophonia ⁊ terebētina: ⁊ īternallo facto ponat̄ mastix olibanū mirrha ⁊ aloes semꝑ cū spatula agitādo. Ad vltimū cū coctū fuerit in aqua frigida funde: ⁊ extracto ab aq̄ manib⁹ exprimat̄ vt tota aqua exeat. Et sup marmor vnctū oleo laurino puluere croci supposito malaxetur: ⁊ factis magdaleonibus reseruetur.

¶ De croco hic in ceroto a varijs diuersimode ponit̄: q̄dā post perfectā coctionē ceroti: ⁊ postq̄ amotuʒ est ab igne: crocū intus ponunt: ⁊ cū alijs rebus bene incorporant: modus iste magis a doctoribus laudatur. Alij vero supradicto modo faciunt nec inutilis est.

¶ Descriptio.ix.

Cerotū de muscilaginibus magistrale lenitiuū: ⁊ mollificatiuū oīs duriciei. ℞.muscilaginis althee muscilaginis fenugreci muscilaginis semīs lini añ.℥.vj.bdellij armoniaci opoponacis añ.℥.ij. olei de lilio fecis olei linose añ.℥.iij.lithargirij terebentine añ.℥.iiij.storacis.℥.ij.picis naualis.℥.iiij. cere noue li.ij medulle bouis vel sepi castrati.℥.iij. pulverizentur pulverizanda: ex his fiat cerotum in bona forma.

¶ Nota q qñ storax simpliciter reperit̄: de calamita est intelligendū cū melior sit alijs speciebus. Nā calamita idē est q bona gutta a calos qđ est bonū ⁊ mitos qđ est gutta. ex his cōpletur decima distinctio que fuit de cerotis in vsu existentibus.

¶ Incipit vndecima distinctio que est de oleis: ⁊ continet.xxx.descriptiones: quarum prima est.

¶ Descriptio prima.

OLeū spice Mes.seu nardinum: ⁊ est secūda descriptio: multorū iuuamētorū: ⁊ proprie ad oēs egritudines frigiditatis ⁊ vētositatꝫ: ⁊ proprie neruorū stomachi epatis: splenis: renū vesice: ⁊ matricis: ⁊ cōfert dolori auris ventoso: ⁊ dolori capitis: et emigranee ꝺm oēm formā administrationis. ℞.spice inde.℥.iij.sansuci.maiorane.℥.ij.xiloaloes.i.ligni aloes enule.s.radicis folij indi calami aromatici foliorū lauri ciperi squināti cordumeni.i.carui agrestis añ.℥.j.ß.cōfrangātur oīa grosso mō: ⁊ fundātur super ea vini: ⁊ aque ana.tm̄ q predicte res cooperiātur olei sisamini li.vj. Decoquantur in duplici vase per horas sex lēto igne: deinde sine colatura oīa in vase reponantur: ⁊ obturetur os vasis.

¶ Oleum oliuarum est materia omnium oleorū: ⁊ denominatione olei habetur: ⁊ intelligitur de oleo oliuarum: ⁊ non de alio oleo.

¶ Compositio huius olei est preciosissima. Sed raro fit propter penuriam folij veri. Et propter auaritiā emptorum nolentium debitum precium soluere.

¶ Oleū sisaminū nō fit: q: grana sisami nō reperiuntur apud nos: sed loco ipsius accipi pōt oleū amigdalarū dulciū: vel illud quod inferius describetur.

¶ Descriptio.ij.

Oleū spice magistrale: ⁊ hoc cōiter fit: ⁊ supplet vicē superioris qđ propter penuriā folij veri nō fit. ℞.spice nardi.℥.ij.spice celtice.℥.j.sticados.℥.ß.maiorane.℥.ß.nucis muscate cinamomi añ.ʒ.vj.masticis.ʒ.ij.calami aromatici añ.ʒ.ß.succi saluie vini optimi aque fontis añ.℥.vj.olei cōmunis lib.vj.cōfrāgātur omnia simul ⁊ coquant̄ in duplici vase lēto igne vsqꝫ ad consumptionē vini aque et succi: deinde reseruetur.

¶ Oīa olea debēt coqui in duplici vase: ⁊ lento igne: eo q: oleū faciliter est resolubile. ⁊ magno calore inflāmaretur: ⁊ virt⁹ deperderet̄: ideo doctores volūt: ⁊ iusserūt hāc decoctionē. Modus aūt tritus est. Sed si artificiale vas ad hoc nō haberem⁹ possem⁹ accipere vrceū petre vel stanni coopertū: ⁊ in eo oleū ⁊ alia ponere: deinde dictū vrceū īfundere in cacabo aque plenū: ⁊ sub eo igneʒ facere: ex ebullitione aque: oleū qđ aquā non tāgit decoquetur: ⁊ hic est modus optimus.

¶ Dicitur oleum spice a spica in eo intrante: eo q: spica est basis in oleo.

¶ Descriptio.iij.

Oleū sisaminū magistrale: qđ fit qñ haberi

non pōt oleū de granis sisamini: tn̄ si haberi possent meli⁹ esset modus cōpositiōis ei⁹ esset sicut olei de amigdalis: et eius iuuamēta sunt: q2 impinguat & addit in spermate: & lenit duricies: & asperitates: & clarificat vocē. et lenit guttur. & est materia multoꝝ oleoꝝ. ℞. musci. ʒ. j. ligni aloes. ʒ. ʒ. nucis muscate gariofiloꝝ macis spice cardamomi. s. maioris et minoris: galie muscate cubebe calami aromatici ana. ℈. j. olei cōis lib. j. bulliant in dulci vase et reponantur.

¶ Istud oleum ingreditur in multis medicinis: & q2 ad nos nō affertur ꝗ̄uis multi & false dicant ꝙ verū apportat: hanc cōpositionē loco ipsi⁹ solent medici dispēsare q̄ in virtute est ipsi⁹. Et si hāc nō vis facere: & aliud habere nō potes. Ipsorū loco accipies oleum amigdalarū dulcium qd̄ in virtute est illius: vt ois medicorum tenet schola: sed recens esse debet non rancidum.

¶ Descriptio. iiij.

Oleū citonioꝝ Mes. stomachū & mēbra nutritionis cōfortās: & neruos qbus accidit laxitas: & ꝓhibet multitudinē sudoris. ℞. carniū citonioꝝ tritoꝝ cū cortice suo quib⁹ media accidit maturatio: succi citonioꝝ cū cortice incomplete maturatorū ana. ℥. vj. Olei ex oliuis immaturis libras tres.

¶ Tria hec ponant̄ in vase vitreo: & soli exponātur per dies. xv. vase obturato: deinde coquātur in duplici vase ꝑ horas q̄tuor: deinde colent̄ cū petia exprimēdo: & colature iterū addant̄ citonia: & succ⁹ eorū q̄ntitate supra scripta. Et soli ꝑ tm̄ tp̄s dimittant̄: deinde in duplici vase: vt supra coquantur deinde exprimantur. Et iterū tertio & citonia & succus colature addantur: & soli exponātur: & tp̄e dicto iterū dimittantur postea vltime coquantur: & coletur & reseruetur.

¶ Si oleum de oliuis immaturis haberi nō posset loco ipsius accipi pōt oleū cōpletū: & ter vel quater lauari potest in aqua: & ita aliqualiter ad virtutē olei incompleti approximabitur. Modus lauandi positus est supra.

¶ Descriptio. v.

Oleū masticis Mes. ſm ꝙ ī vsu est cōfortās stomachū: neruos epar: et iuncturas et lenit apata dura. et sedat dolores. ℞. olei rosati li. j. masticis. ℥. iij. vini boni. ℥. iij. et in alio. ℥. viij. decoquantur oīa in duplici vase vsq3 ad consumptionem vini [et re]seruetur.

¶ Vinū cū quo fieri d3 istud oleū d3 esse vinum rubeū: eo q2 magis stipticum: & confortatiuum est.

¶ Descriptio. vj.

Oleum liliorū compositum Mes. ſm in vsu est separatiuū dolorū qui fiūt a frigiditate: & confert dolori pectoris dolori matricū: & frigiditati eius: et calefacit renes et vesicā & cōfert colice. ℞. folij liliorum alborum. ℥. ix. masticis calami aromatici costi carpobalsami. ana. ℥. j. gariofilorum cinamomi an̄. ℥. ʒ. croci. ʒ. iij.

¶ Omnia grosso mō cōterantur: & proiiciantur sup eis lib. ij. aq̄ folijs liliorū remotis: & dimittātur ꝑ diē ac nocem: postea oia simul bulliāt trib⁹ vl' quatuor ebullitionibus: deinde pone olei oliuaꝝ sisamini super ea lib. vij.

¶ De tribus ebullitionibus iterū bulliāt: deinde ponātur in vase vitreo cum folijs liliorum: & dimitte in sole ꝑ dies. xl. deinde cola: & administra.

¶ Istud oleum q̄n̄q3 fit ex lilio celesti. s. ireos. & tūc illud est magis resolutiuū calefactiuū: & penetratiuū. Factū vero ex lilio albo est magis sedatiuum: & lenitiuū: & maturatiuum.

¶ Descriptio. vij.

Oleum costinum Mesue neruos: & lacertos calefaciens: & aperiēs opillatiōes eorū: & cōfortans omnia mēbra neruosa: & confert stomacho: & epati: & confortat capillos prohibens caniciem: & faciēs colorē & odorem corporis bonum. ℞. costi amari. ℥. ij. cassie lignee. ℥. j. summitatum maiorane. ℥. viij. vini odoriferi li. ij. cōfrāgantur omnia predicta: & infundant̄ in vino ꝑ noctes duas: deinde accipe olei sisamini li. iij. decoquant̄ omnia in duplici vase per horas sex & reserua.

¶ Hic nota ꝙ auctor dicit costi amari. ex his verbis posset quis [intelli]gere ꝙ sit aliud costum igitur intelligas ex suis dic[tis] quod te instruit ꝙ non accipias de adulterato: sed [de] naturali quod amarum est: & cum his etiā nota que supra de costo tibi dixi.

¶ Descriptio. viij.

Oleum vulpinū Me. & est medicamē nobile vltimū ad artetică: & podagrā & dolorē renū: & dorsi. ℞. vulpē integrā: cuius interiora sint euulsa: & pone ī vase: & funde sup ipam aq̄ fontiū: & aque marine an̄. kist. i. li. j. ʒ. olei antiq clari kist. ij. i. lib. iij. ℥. ix. Et simul oīa decoquant̄ lēto igne cū sale. ℥. iij. Et coquātur vsq3 ad aque cōsumptionē: deīde pmutā ī alio vase: & pꝛ̄ice sup ipā aneti albase. i. thimi an̄ lib. j. & fūde sup ea aq̄ dulcis decoctionis predictarū herbarū li. ij. Et decoq̄ sicut pri⁹ vsq3 ad aq̄ cōsumptionē: & carnis ab ossibus: & neruis separationem: deinde colentur omnia fortiter exprimēdo & reseruetur.

¶ De aq[ua] [m]arina. Nā si illā habere non pote[s] loco ei⁹ appo[n]as aquā bene salitā: & cū hoc ꝙ bn̄ sal[ita] [si]t iterū quan[ti]tatem salis in receptis descriptam [a]pponas.

¶ Aqua marina ante quartū diem putrefit: & fetet. S3 ad eam conseruandum ꝑ men[sem] [?]a ponatur seu misceatur cum ea parum aque vite aqua em̄ vite est bona cōseruatrix: eo q2 resistit cōtra omnem putrefactionē. Et vltra hoc cōseruat encaustum ne a magno frigore cōgeletur: vt sepe ego expertus sum hoc incidenter:

¶ Salis si simplicitr scribatur vl' scriptum reperiatur semper de vsuali: & cōmuni intelligatur.

¶ Kist enim idē est ꝙ lib. j. ʒ. vel cotile due. Et cotila est ℥. ix. vt volunt doctores.

¶ Descriptio. ix.

Oleum scorpionum Mesue quod lapidem in renibus: et vesica frangit: et expellit eum: et proprie in renibus: femore et super collum vesice inunctum et iniectum per virgam. ℞. aristologie rotunde gētiane ciperi

corticū radicis caparis añ. ℥.j. funde sup ea
grosso modo cōfracta olei amigdalaꝝ ama
raꝝ kist.j.i.li.j.ʒ. ⁊ pone ī sole.xx. dieb⁹ strin
gendo orificiū vasis: deinde proijce super ea
scorpiones.xv. ⁊ iterum stringe orificium va
sis: ⁊ dimitte in sole per dies.xxx. deinde co
letur et reponatur.

¶ Istud oleū ꝓꝑ Me. iubeat absq; coctione illud face-
re: tñ vt virtus istarū rerū in oleo, meli⁹ trāseat: laudarē
ꝙ anteq; soli exponerent cū oleo ad ignē trib⁹ vel qua-
tuor ebullitionib⁹: ⁊ plus bullirēt: eo q2 in eo sunt mul-
ta de decoctione multum sustinentia.

¶ Descriptio.x.

Oleū hyrinū Mes. abstersiuū resolutiuum
maturatiuū ⁊ sedatiuū doloꝝ frigidoꝝ sub
tiliatiuū materierum in pectore ⁊ pulmone
existentiū: ⁊ cōfert doloribus iūcturarū: ⁊ le
nit duricies earū: ⁊ apostemata dura et scro
phulas: ⁊ cōfert dolori et frigiditati matri
cis: et spasmo ⁊ dolori auris: ⁊ fetori nariū.
℞. radicū ireos. ℥.ij. floris ei⁹. ℥.j. aque de
coctionis radicū eius lib.j. olei oliuaꝝ lib.ij.
bulliant in duplici vase vsq; ad aque cōsum
ptionē: deinde cola et permuta radices ⁊ flo
res ⁊ aquam decoctionis: ⁊ hoc bis fiat: de
inde cola ⁊ reserua.

¶ Oleum istud est illud qđ intrat in vnguento larthani
te Mes. supra descripto.

¶ Descriptio.xj.

Oleū de caparib⁹ magistrale: cōueniēs ⁊ ap
probatū in duriciēb⁹ splenis. ℞. corticū ra
dicū caparorū. ℥.j. seminis agni casti scolopē
drie ciperi tamarisci añ. ʒ.ij. rute. ʒ.j. olei oli
uarū lib.j. aceti vini optimi. añ. ℥.ij. misce et
cōfrangantur oīa grosso modo: et coquātur
in duplici vase vsq; ad cōsumptionē vini et
aceti: deinde coletur ⁊ repone.

¶ Multe alie descriptiones hui⁹ olei reperiunt a docto
rib⁹ descripte: sʒ ista melior est: ⁊ lōga experiētia ꝓbata.

¶ Descriptio.xij.

Oleū mirtilorū Joānis de sctō Amādo sto
machū cōf ⁊ neruos cōfortās. ℞. mirtilorū
lib.j. confrāgant vini optimi lib.iij. olei cōis
lib.ij. misce ⁊ simul bulliāt in duplici vase vs
q; ad cōsumptionē vini: deinde colentur. Et
iterū mirtili. et vinū ſm eādē quātitatem cū
dicto oleo ad coquendū ponātur: ⁊ iterū ter
tio hoc fiat: deinde coletur ⁊ reseruetur.

¶ In hoc oleo apponi dʒ vinum rubeū: vt adiuuentur
in stipticitate ⁊ meli⁹ fit. Nō fit illud Mesue: q2 succus
mirtilorum ad nos non portatur quod si haberi posset
modus faciendi esset sicut olei citoniorum: vt supra osten
sum est: quare ⁊c.

¶ Descriptio.xiij.

Oleū rosatū Mes. ⁊ est prim⁹ modus: cōfor
tatiuū ⁊ resolutiuū cōueniēter: lenitiuū ⁊ se
datiuū. Unde v̄o est extinctiuū inflāmatio
num ⁊ cōfortatiuū aggregatiuū ⁊ ꝓhibitiuū
cursus. Et differt cōpletū a rudi: qm̄ mate
ria cōpleti est oleū ex oliuis cōpletis: et folia
rosarū cōpletarū. Materia autē rudis est ex
oliuis: qbus nōdū accidit maturatio: ⁊ ex fo
lijs rosaꝝ nō cōpletaꝝ. ℞. olei oliuaꝝ nō cō
plete maturitatis: vl' oleū oliuaꝝ cōpletū li.
j. lauetur lauationib⁹ plurib⁹ cū aqua fontiū
rosarū cōpletarū recentiū cōtusaꝝ. ℥.iiij. in
fundant in pscripto oleo loto: ⁊ recōde in va
se vitreo: ⁊ obtura os ei⁹: et expone soli per
dies septē: deinde coque in vase duplici p ho
ras tres: deinde fac pmutationē rosarū recē
tiū cōtusaꝝ pmas fortiter manib⁹ exprimēdo
et soli exponas p dies septē: deinde coq; ī du
plici vase p horas tres: ⁊ iterū cola manibus
exprimēdo fac denuo: ⁊ tertio pmutationē
rosaꝝ: vt supra: ⁊ vltimo pijce sup eas aq̄ infu
sionis rosa. quā tradidim⁹ in ca. de sirupo ex
infusiōe rosa. li.j. ⁊ stringe orificiū vasis: ⁊ di
mitte ī sole p dies.xl. deinde cola exprimēdo:
⁊ abijcias rosas: ⁊ iterū soli exponas ⁊ pmit
tas vsq; quo aqua sit cōsumpta: et reserua.

¶ Aqua infusionis q̄ intrat in hoc oleo fit quēadmodū
tibi ostendi supra tractatu siruporum de infusione rosa
rum pro sirupo rosato.

¶ Descriptio.xiiij.

Oleū rosatū Mes. ſm habēs virtutē supio
ris efficit tñ aliq̄liter solutiuū virtute succi.
℞. succi rosarū aq̄ infusionis rosarū añ. li.ʒ.
olei loti: vt.ʒ. lib.iij. foliorū ros. cōtusarū li.
j. Recōde ī vase vitreo: ⁊ expone soli p dies
septe sicut ī anteriori diximus: deinde coquā
tur ī duplici vase p horas tres: postea colē
tur manibus exprimēdo: deinde adde iterū
suprascriptā quātitatē rosarū succi ⁊ infusio
nis: ⁊ facias vt supra ponēdo in sole: ⁊ deco
quendo tpe dicto: deinde cola. vltimo vero
oleum solū cū succo rosarū: et aqua infusiōis
earū in dosi prescripta recondātur in vase et
exponantur soli per dies quadraginta: dein
de reseruetur.

¶ Id eo modo raro fit: sed hoc modo oleū factū est solu
tiuū: et ē illud de quo intellexit Aui. qñ dixit scdo libro
capi. de rosis: ꝙ oleum rosatum soluit ventrem.

¶ Nota ꝙ rose ex quibus fit oleum rosatum: ⁊ sirupus
rosatus ⁊ cetera necessaria colligende sunt in mēse Apri
lis vel Maij ⁊ vmbra exponende atq; exiccande sunt.

¶ Descriptio.xv.

Oleum camomille Mes. benedictū exper
torū iuuamentorū sedatiuū dolorū: ⁊ resolu
tiuum: ⁊ est in eo prohibitio cursus materia
rum ppter stipicitatē eius modicam: ⁊ cōfor
tat neruos ⁊ neruosa oīa ⁊ cōfert dolorib⁹ eo
rū. ℞. olei oli. cōplete maturitatis li.j. florū

camomille.℥.iiij. Infundātur ī dicto oleo: ⁊ soli exponātur p̄ dies tres: deinde in duplici vase coquātur p̄ horas tres: deinde colētur manib⁹ cōprimēdo: ⁊ hoc fiat ter semp̄ flores p̄mutādo: deinde vltimo adde dictā quātitatē florū. Aq̄ infusionis florū camomille lib.j. Et pone in vase vitreo: ⁊ obturetur orificium vasis exponatur: et soli per dies.xl. deinde cola manib⁹ ꝯprimēdo: ⁊ flores abijcias: ⁊ colatura iterū soli exponatur: ⁊ p̄mittatur vsq̄ quo aqua tota sit consumpta.

¶ Infusio florum camomille fit eodem modo quo fit infusio rosarum accipiendo flores camomille loco rosarū: ⁊ s̄m eandem quantitatem: ⁊ aque florum.

¶ Descriptio.xvj.

Oleū violarū Mes. inflāmatiōes sedās vbicūq̄ sint ⁊ lenit asp̄itates pectoris ⁊ pulmonis et sedat apostemata calida et pleuresim. ℞. olei oliua. immaturaꝝ li.j. violaꝝ.℥.iiij. sc3 viridū cōtusaꝝ. Reponant̄ ī vase vitreo et soli exponant̄ p̄ dies septē: deinde bulliāt in duplici vase p̄ horas tres: postea colētur manibus cōprimēdo: et hoc fiat bis semper nouas violas mutādo soli exponēdo ⁊ decoquendo vt supra. Ultimo v̄o colature adde violas nouas quātitatē dictā: ⁊ sup̄ his adde aq̄ infusiōis violarū lib.j. et stringe orificium vasis ⁊ expone soli per dies.xl. deinde cola manib⁹ exprimēdo: et iterū in dicto vase exponatur: dimittatur ⁊ p̄mittatur vsque quo aqua consumpta sit.

¶ Infusio violarum debet fieri vt supra ostendi in siruppo violato ex infusione. Accipitur igitur de illa aqua: ⁊ fit istud oleum.

¶ Descriptio.xvij.

Oleū de aneto Mes. sedatiuū doloꝝ resolutiuū p̄uocatiuū sudoris ꝯferēs rigori febris inūcta spina p̄uocās somnū: ⁊ cōfert dolori capitis. ℞. olei oliuaꝝ li.j. floꝝ aneti.℥.iiij. Reponant̄ in vase vitreo et decoquātur vt in sup̄iore tibi dixi ter p̄mutādo flores: ⁊ ter decoquēdo vt supra. V[...]mo adde aque infusionis aneti lib.j. Et soli exponas p̄ tēpus tibi in superiori dictū: ⁊ oīa facias [...]isto quēadmodum de alio superiori monstraui.

¶ Modus infusionis florum aneti est vt infusio rosarū: ⁊ violarum nec plus nec minus nisi q̄d loco violarum vel rosarum ponuntur flores aneti.

¶ Descriptio.xviij.

Oleū lilioꝝ simplex Mes. h̄ns virtutē cōpositi sup̄ioris: est eīm fortioris v̄tutis ⁊ op̄ationis quā oleū camomillinū. ℞. olei oliuarū li.j. florū liliorū alborū.℥.iiij. reponātur in vase vitreo et soli exponātur: ⁊ modo eo facias: et de decoctione et de p̄mutatione florum ⁊ coctione et de aqua infusionis quēadmodū fecisti in oleo camomillino et anetino nec addēdo nec diminuēdo preter q̄ oportet q̄ citrinitas eoꝝ tota abijciatur.

¶ Infusionis modus florum liliorum alborum est: vt infusio rosarum: ⁊ violarum accipiendo duntaxat folia florum liliorum alborum.

¶ Descriptio.xix.

Oleum sambucinū Mesue: leniens et mundificans cutim: ⁊ cōfert dolorib⁹ neruoꝝ: et confortat eos. ℞. olei lib.j. florum sambuci in mense maij collectorū.℥.iiij. facias etiā de isto modo quo fit oleū camomillinū: ⁊ anetinum liliorū in oībus tam de permutatione quā de decoctione: et soli expositione et infusionis additione.

¶ Modus infusionis florum sambuci fit: vt infusio prescriptorum florum vt rosarum: ⁊ violarum ⁊c.

¶ Insuper nota q̄ omnes prescripti flores debent esse virides: ⁊ de ipsis viridibus est intelligendum. Ideo semel in anno fieri possunt: ⁊ non plus.

¶ Descriptio.xx.

Oleū rute Mes. Renes vesicā ⁊ matricē calefaciēs et cōfert dolorib⁹ eoꝝ: ⁊ dolori laterum. ℞. foliorū rute succi earū añ.℥.iij. olei oliuarū incōpletarū li.iij. Tria hec reponātur in vase vitreo stricti orificij: et obturet̄ os ei⁹ ⁊ soli p̄ dies.xv. exponant̄. deinde per horas quatuor in duplici vase coquant̄: postea colētur fortiter manib⁹ cōprimēdo: ⁊ secūdo et tertio hoc reiteret̄. demū decoquatur per tempus: vt supra et reseruetur.

¶ De oleo nota q̄ aliud est nouū aliud est vet⁹: illud q̄d est nouum calefacit calefactione tēperata: ⁊ humectat: vetus vero est calidū ⁊ magis magisq̄ resolubile. Igitur cum olea temperata facere vis [...] parum calida: oleum nouum accipere debes. Cum vero calida tunc vetus accipere potes. Et hic nota q̄ omne oleum cum quo hec olea fiunt debet carere omni malo sapore.

¶ Descriptio.xxj.

Oleum menthe magistrale: stomacho debili frigido: et nauseāti miro mō subueniens: ipsum recreans: ⁊ oēm eius iniuri[...]ter gens nauseā ⁊ vomitū sedās et digestionē cōfortans et appetitū p̄[...]ās solues scliro sim: et duritiē apostematū. ℞. foliorū menthe succi ei⁹ añ.℥.iiij. olei oliuarū cōpletarū lib.iij. Tria hec reponantur in vase vitreo et soli exponātur per dies.xv. os vasis obturādo: deinde bulliant per quatuor horas: deinde colentur manibus fortiter exprimēdo: et hoc idem ter reiteretur semper modo predicto faciēdo. deinde cola et reserua.

¶ Istud oleū a Mesue nō describitur. Sed sic cōmuniter ab omnibus practicantibus fieri solet.

¶ Descriptio.xxij.

Oleū de absinthio magr̄ale: calefaciēs ⁊ cōfortās mēbra frigida corroborās stomachū

et excitās appetitū mortuū opilatiōes ape-
riens: ⁊ morbos opilationū a cā frigida cu-
rans: vermes interficiēs ⁊ educēs si vnguen-
tis ⁊ emplastris cōtra ipsos apponatur. ℞.
summitatū absinthij: succi ei⁹ añ. ℥. iiij. olei
oliuarū lib. iij. et de his facias prout superi⁹
tibi mōstraui: ⁊ de decoctione ꝑmutatione:
et expositione ad solem.

❡ Oleum quandoq₃ fit ex oliuis complete maturis: ⁊ illud oleum dicitur completum. Aliquando fit ex oliuis immaturis: ⁊ illud dicitur: rude vel onfancinum: ⁊ magis stipticum est ⁊ frigidum completo.

❡ Descriptio. xxiij.

Oleum saluie magr̃ale. alteratiuū male cō-
plexionis frigide. cōferēs mēbris paralytica
tis et mitigās morsum venenosu₃ strigonis
marini. ℞. foliorū saluie succi ei⁹ ana. ℥. iiij.
olei oliuarū lib. iij. et facias prout in oleo ru
the menthe: et absinthij tibi ostensum est de
decoctione expositiōe ad solem: et trina per-
mutatione succi: et herbe ⁊c.

❡ Modo hoc potes facere ex omnibus herbis oleū: ⁊ illud oleum habebit virtutem illius herbe. Sed fieri debent olea ex herbis in mense Maij vt in pluribus: eo q₃ maiori virtute vigent.

❡ Descriptio. xxiiij.

Oleū de florib⁹ papaueris Mes. sedās dolo
res calidos: ⁊ faciēs principal'r ad somnū ꝓ-
uocandū qñ cā vigiliarū est mala cōplexio ca
lida ab ascēsione vapoꝝ acutorū ad caput: si
ex ipo inūgant tpa nares aures ⁊ tota frons.
℞. florū foliorū ⁊ capitū papaueris viridiū
contusorū. ℥. iiij. olei oliuarū incōpleti lib. j.
Reponātur duo hec in vase vitreo: ⁊ obtu-
retur os vasis ⁊ soli exponat per dies septe₃:
deinde bulliāt in duplici vase per horas tres:
postea colentur manibus fortiter exprimē-
do: ⁊ hoc fiat bis semper noua folia capita ⁊
flores innouando standoq₃ ad solē: ⁊ bulliē-
do ad [illegible] vt supra. Tertio vero colature
adde suprascriptam quantitatem foliorum
florum ⁊c. contusorum vt supra: ⁊ his addas
aque infusionis papaueris lib. j. Et stringe
orificiū vasis ⁊ expone soli per dies. xl. dein-
de cola manibus exprimēdo: ⁊ iterū in dicto
vase reponātur: ⁊ soli exponantur. ⁊ ibi per-
mittantur vsq₃ ad consumptionem aque.

❡ Istud oleum fieri etiam potest ex solo semine per expressionē: vnde vt fit oleum admigdalarum ⁊ seminum.
❡ Infusio papaueris fit vt infusio violarū excepto q₃ in illo solū flores accipimus: in isto vero flores folia ⁊ capita omniū. ℥. iiij. et confrangūtur in reliq̄s fit vt in illa.

❡ Descriptio. xxv.

Oleū cucurbite Mes. Alteratiuū male cō-
plexionis calide excessiue: vnde conuenit su-
perflue caliditati renū. ⁊ quasi est ꝯsimilis vir
tutis ⁊ operationis cū oleo violato. ℞. succi
rasure tenerrime cucurbite florū ei⁹ añ. ℥. iiij
olei oliuarū incōpleti li. iij. Tria hec reponā
tur in vase vitreato: ⁊ facias prout ostēdi ti-
bi in oleo mēthe ⁊ absinthij tā de decoctione
quam expositione ad solem ⁊ permutatione
succi et rasure ⁊c.

❡ Olea omnia frigida ꝑfectiora fiunt tam cum oleo incompleto q̄ cum completo: ⁊ si pur cum completo fiunt lauari d₃ cum aqua fontis bis vel ter. Calida vero olea fieri debent cum oleo completo absq₃ lotione.
❡ Potest etiā fieri oleū ex semine cucurbite per expressionē quemadmodū fiunt alia olea ex seminibus ⁊ erit superior temperatior nature magis conformis.

❡ Descriptio. xxvj.

Oleū de nenufare Mes. ꝯueniēs q̄si cū oleo
de papauere nō est tñ tāte stupefactionis: se-
pe tñ cū querim⁹ somnū ꝓuocare permisce-
mus adinuicē oleū hoc cū oleo de papauere.
est etiā alteratiuum male cōplexionis calide
vbicūq₃ reperiatur. ℞. olei oliuarum imma
turarum lib. j. florū nenupharis viridiū con
tusorū. ℥. iiij. reponant̄ i vase vitreo: ⁊ facias
prout de oleo violato tibi dixi ⁊ de positione
ad solem ⁊ decoctione ⁊ de ꝑmutatione flo-
rum ⁊ de additione infusionis.

❡ Infusio nenupharis fit sicut infusio violarum vel rosarum nec plus nec minus.
❡ Ex oībus florib⁹ fieri potest oleū ⁊ h₃ virtutē florū: ⁊ fit vt de floribus violarū tibi monstraui: sed accipi debēt cū sunt complete maturitatis: ⁊ cū nō deperdiderūt naturalem eius colorem.

❡ Descriptio. xxvij.

Oleū amigdalarū dulciū Mes. leniēs aspe
ritatē gutturis ⁊ pulmonis ⁊ partiū oīm ex-
teriorū: ⁊ oēs durities siccitates mēbrorū et
iūcturarū: ⁊ ꝯfert ethicis: ⁊ impinguat ⁊ aug
mētat sperma: ⁊ iniectū ꝯfert ardori vulue ⁊
vesicce. ℞. amigdalaꝝ quātitatē quā volue-
ris. Tere eas bene: vel mole eas ad molā. et
ipsis bene molitis repone in patella sub qua
sit ignis clar⁹. ⁊ eas in dicta patella reuolue
manib⁹ vsq₃ quo dicta pasta sit bene calida:
deinde dicta pasta inuoluat̄ in tela. postea in
expressorio ponatur et bene cōprimatur: et
stet sub eo aliqualiter. deinde iterū ad molā
ponas ad remolendū: ⁊ postea in patella ite
rum ad bene calefaciendū ponat̄. demū post
calefactionem petijs inuoluatur: et iterum
exprimatur et tunc habebis totum oleum.
Alios modos ponit Mesue: sed iste ma-
gis vsitatus est.

❡ Sunt qui subtilē corticē ab amigdalis remouent anteq₃ oleum faciant: easq₃ mundant ab oī immundicie: ⁊ modus iste bonus est et oleum magis perfectum: sed inertia detenti pauci sunt qui hoc faciant. Modo igitur prescripto de oleo amigdalarum fiunt omnia olea que per expressionem fiunt vt de nucleis persicorum

de chriſomilis: et oleo amigdalarum amararum.

Deſcriptio.xxviij.

Oleũ laurinũ magiſtrale conueniens omni male cõplexioni frigide materiali ⁊ immateriali cõferens doloribꝰ epatis. emigranee ⁊ neruorũ ⁊ iuncturarũ factis a cauſa frigida. ⁊ cõferens d[illegible]ori ſtomachi colico renũ matricis epatis ſplenis ⁊ viſcerũ ⁊ cũ ſimili cauſa vel ventoſitate groſſa factis. ℞. baccharũ lauri quantitatẽ quã volueris. Mundentur a ſuperiori cortice ⁊ maſinentur bñ à maſina oleariorũ. deinde caleſiat illa paſta in cacabo ſemꝑ manibꝰ agitãdo ſub quo ſit ignis. deinde inuoluaꝛ in pecia. ⁊ ſub expreſſorio ponaꝛ. ⁊ bene exprimatur: ⁊ iterato remaſineꝛ ⁊ caleſiat ⁊ exprimatur: et habebis oleũ. Alio modo docet facere Meſue hoc oleũ bulliẽdo in aquã dicte bacare: ⁊ pĩguedo ſupernatans pro ipſo oleo accipiꝛ: vide ab eo: ſed modus ſuperior eſt melior.

Ex multis ſeminibꝰ ⁊ ex multis nucleis fructuum olea fieri pñt: ſed qꝛ in vſu nõ ſunt ſermonẽ nõ feci. Olea nucum amigdalarũ amararũ auellane chriſomile: de perſicis. de nuce inda. de ceraſis. de granis citri. de fiſticis. ⁊ pineis. de lino. de ſemine papaueris de ſemine lactuce. de ſe. cucurbite. de ſe. fenugreci fieri pñt: ⁊ fiũt ꝑ expreſſionẽ mõ quo fiũt olea amigdalarũ vel dulciũ vel amararũ.

Deſcriptio xxix.

Oleũ amigdalarũ magiſtrale habẽs virtutem olei amigdalarũ ſuperius deſcripti immo in oĩbus excellẽtius. ℞. amigdalarũ excorticatarũ li. iiij. vel libr. ij. ſi vis exiccẽtur bene ab aqua in bacilono ſub quo ſit ignis carbonũ deinde bñ piſteneꝛ poſt bonã contuſionẽ ponantur in bacilone dicto ⁊ bene caleſiãt manibꝰ ſuper ducẽdo. deinde recolliganꝛ in vnã maſſam. ⁊ ſi teneri per ſe nõ poſſent parũ aque violarũ aſpergaꝛ vſqꝫ quo de eis fieri aliqd poſſit ad modũ paſtoni ſemper tñ manibus ducẽdo. Poſtea inclinato bacilõe ad vnã poſitionẽ ſub quo remoueatur ignis maſſam dictã [illegible]anibus cõprimes queadmodũ mulieres ſolent facere cũ pannos ſuos in lixiuiã ponũt: et poſt al[illegible]qualem fricationẽ cũ ſapore illos exprimunt: ⁊ hoc ſepe facias. Et ſic extrahes pro omni libr. ſ. amigdalarũ. ℥. iiij. olei. hoc ego ſepe fieri feci ꝑ illuſtriſſima. M. quondã dña Brixie. Oleũ amig. ſimplr ſi ſcriptũ repiaꝛ ⁊ abſqꝫ determinatiõe. Semꝑ de oleo amigda. dulcium eſt intelligẽdum.

Deſcriptio.xxx.

Oleũ tartari magiſtrale: ⁊ eſt quo mulieres leniunt facies ſuas: abſtergit em̃ faciẽ mirabiliter. ℞. tartari quãtitatem quã volueris ponatur ſup prunas: ⁊ tm̃ ꝑmittaꝛ ꝙ totũ iflãmeꝛ ⁊ rubeat: poſtea ponaꝛ in ſacculo lineo: et pone dictum ſacculum in loco humido ſicut penu. ⁊ ſub ſacculo ponatur vel ampulla vel cyathũ: quod em̃ exiet ab eo oleũ tartari ab omnibus ſolet appellari.

Hoc oleũ põt fieri tã de tartaro albo. ſ. vini albi ꝙ vini rubei. ⁊ ſunt qui alio mõ faciũt. ſcꝫ puluerizãdo tartarũ ſubtiliter. deinde in ſacculo telle reponũt: ⁊ ipſum ſacculũ ⁊ tartarũ irrorant aceto: deinde ſub prunis ponunt ⁊ relinquũt vſqꝫ quo nigreſcit. deĩde extrahũt illũ a ſacculo. ⁊ iterũ puluerizãt ⁊ aceto aſpergũt ⁊ ſub prunis ponunt ⁊ poſt ipſiꝰ nigredinem ſacculum accipiũt et in penu ponunt ⁊ liquor exit vt ſupra.

Quinqꝫ modis habeꝛ diuerſitas oleorũ: qdã em̃ olea fiũt ꝑ expreſſionẽ. vt oliuarũ ⁊ amigdalarũ. Quedã per impreſſionẽ vt oleũ camomille ⁊ de abſinthio. Quedã ꝑ reſolutionẽ: vt oleũ ouorũ ⁊ frumẽti. Quedã ꝑ ſublimationẽ. vt oleũ philoſophorũ vel de lateribꝰ. Quedã do ꝑ emanationẽ vt oleũ balſami. Et iterũ oleorũ triplex eſt diuerſitas. Quedã em̃ ſunt frigida vt roſatũ violatũ: quedã tẽperata. vt amigdalarũ dulciũ recẽs eo qꝛ elapſo mẽſe rancellit. ⁊ ſic ſua tẽperies deperditur: ⁊ calidum fit. ideo dixi recens. Et quedam calida vt rutaceñ. coſtinũ vulp[illegible]. Olea frigida quãto recẽtiora tãto meliora: cũ tra[illegible]eunt tres mẽſes virtus ipſorũ ꝑditur: ⁊ calida fiunt. Temperata vero vſqꝫ ad ſex menſes ſunt in ſua bonitate: calida vero ſeu calefacientia quanto antiquiora [illegible]anto meliora: ⁊ ſic habes diſtinctionẽ oleorũ que fuit vndecima in ordine.

Incipit duodecima que eſt de artificio cere: ⁊ cõtinet ſex modos preparationis.

Cera em̃ qd ⁊ quõ a melle ſeparcꝛ quõ fiat a doctoribus lõgo ⁊ claro ſermone ꝑtractatũ eſt: ita vt ⁊ mulieres ⁊ ruſtici magiſtri effecti ſint: igitur de ipſiꝰ artificio ſcribere reſtabat. A cera igitur rubea faciam initium.

Ad faciendũ cerã rubeã primus modꝰ. ℞. cere lib. j. terbẽtine ſubtilis. ℥. iij. in eſtate: in hyeme. ℥. iiij. cinaberis ſuper lapidẽ pictorum bene triti olei oliuarum ana. ℥. j. Liquefiat cera et terebenti[illegible] ad ignem: demum remoueantur: et poſt aliqualem infrigidationem addatur oleum cinaberis: beneqꝫ ſimul miſceantur ⁊ reſeruetur.

Oleum em̃ cũ cera poniꝛ vt cerã ſimul tenere faciat ꝙ a cinabere ſeparaꝛ ⁊ frãgibilis reddiꝛ: ac vt cinaberis melius c[illegible]ratur. Sunt qui loco cinaberis ad faciendũ rub[illegible] cerã ponũt minium. ⁊ fieri poteſt: ſe[illegible] pluſ ponitur [illegible] minio: vt pro omni li. cere min[illegible] triti cum oleo. vt ſupra. ℥. iij. vel duas ad minus.

Ad faciendũ cerã viridẽ [illegible]cundus modus. ℞. cere lib. j. viridis eris triti vt ſupra olei oliuarũ añ. ℥. j. Liquefiat cera: ⁊ poſt aliqualem infrigidationem addatur viride es et oleum: et bene miſceantur: et viridis fiet.

Si dictã ceram tenacẽ facere vis adde ꝙtitatẽ terebẽtine ſupra ſcriptã in cera rubea. Terebẽtina em̃ in cera ponitur vt ꝑ ipſam tenax reddaꝛ. Ac quia aliquãdo de ipa fiunt imagines vt facilius a formis in aqua madefactis ſeparetur quare ⁊c.

Ad faciendum ceram nigrã tertiꝰ modus. ℞. cere li. j. terre nigre trite vt. ℥. olei oliuarũ añ. ℥. j. Liquefiat cera: ⁊ poſt aliqlẽ ifrigidationẽ addanꝛ terra nigra ⁊ oleũ: ⁊ reſerua.

¶ Si dictam ceram nigram tenacem facere vis: addas quantitatem terebentine supra tibi notatam.

Ad faciendū seu dealbādū cerā. qrt⁹ mod⁹. ℞. cere quātitatē quā voluerꝫ aq̄ clare ꝑtes duas ⁊ misceantur duo hec: ⁊ calefiat aq̄ ad ignē clarū vsq̄ cera sit liq̄facta. deinde paululū ꝑmittat̄ qescere donec tota cera natet sup faciē aq̄ deīde accipies vas aliqd̄ vitreatū cui⁹ pars exterior sit lenis ⁊ madefac eū in aq̄ frigida. deīde īfundat̄ fere medietatis ei⁹ ī cera liq̄facta. ⁊ extrahe cū cera q̄ ibi adheret ⁊ ꝑmitte cerā illā infrigidare: deīde separa eā a vase: ⁊ tm̄ hoc facias qd̄ tota cera ab aqua fuerit extracta: deinde dictam cerā taliter formatam soli exponas ⁊ rori in mēse maij. ⁊ illam sepe voluas ⁊ tantum ꝑmittatur quod fiat alba vt cerusa.

¶ Sunt aūt quidā alij qui illā dealbāt in trib⁹ dieb⁹ seruando predictum modū. Sed expectāt in mense Julij quando sol est in maiori calore ⁊ quia cera illa subtilis est faciliterq̄ a caliditate solis posset [illegible] ueficri asper genda est aqua munda bis in die.

Ali⁹ mod⁹ dealbādi cerā quint⁹ mod⁹. ℞. cere quātitatē quam volueris aq̄ clare ꝑtes duas bulliāt ⁊ sic coq̄nt̄ donec nigrescat aq̄: ⁊ tūc ꝓijce aquā illā: ⁊ pōe aliā: ⁊ ita sepe fiat donec fiat alba deinde collige cerā et reserua.

¶ Multis alijs modis pōt cera dealbari. Sed prescripti duo modi sunt cōmuniores ac meliores. Insup nota qd̄ cera pōt oēm colorē accipere tingēdo eā cū re tigēte ad colorē quē intēdis facere. Seruādo modum in cera rubea ⁊ viridi tibi declaratū: ⁊ de quātitate tā rei q̄ olei et contritione ⁊c.

¶ Sextus modus.

Modus laborādi dictā cerā. ⁊ mēsurā lōgitudis ſꝫ diuersitatē pōderū. cereū de Rub. ix. dꝫ esse br̄. iiij. ⁊ quar. ij. cereū d̄ Rub. viij. dꝫ eē de br̄. iiij. ⁊ quar. ʒ. cereū de Rub. vij. de eē br̄. iiij. cereū de Rub. vj. dꝫ esse de br̄. iij. ⁊ quar. iij. cereū de Rub. ʒ. debet esse de br̄. i[illegible] tertijs. ij. cereum de Rub. [illegible] debet esse de br̄. [illegible] ⁊ tertijs. j. cereum de R[illegible]b. iij. debet eē de br̄. ii[illegible] cereū de rub. ij. debet esse de br̄. ij. ⁊ quar. iij. ʒ. cereū de lib. xl. dꝫ esse de br̄. ij. ⁊ quar. iij. cereū de lib. xxx. debet esse de br̄. ij. ⁊ quar. ij. cereū de lib. xx. dꝫ esse de br̄. j. et quar. ij. ʒ. ⁊ digitis. ij. cereū de lib. xvj. debet esse de br̄. ij. cereū de lib. ij. debet esse de br̄. ij. minus digitis. iij. cereū de libr. viij. debet esse de quar. vj. ʒ. cereū de lib. ʒ. debet esse de quar. v. ʒ. cereū de lib. iiij. debet esse de br̄. j. ⁊ quar. ʒ. cereum de lib. iij. debet esse de br̄. j. cereū de lib. ij. ʒ. debet esse de br̄. j. quar. iij. ʒ. cereū de lib. ij. debet esse de br̄. j. ⁊ quar. iij. cereū de lib. j. ʒ. debet esse de br̄. j. ⁊ tertijs

ij. cereū de lib. j. debet esse de br̄. j. et quar. j. cereum de lib. ʒ. debet esse de br̄. j. cereū. de. ℥. viij. debet esse de br̄. j. ⁊ digitis. ij. cereum de ℥. iiij. debet esse de quar. iiij. ʒ. ⁊ digitis. ij. cereum. de. ℥. iij. dꝫ esse de quar. iij. ⁊ digitis ij. cereū de. ℥. ij. dꝫ eē de quar. iij. cereū de. ℥. j. dꝫ. esse d̄ quar. ij. ⁊ digitꝫ. i[illegible]. cereū de. ℥. ʒ. dꝫ eē de quar. j. ʒ. ⁊ digitis. ij. cereū de. ð. iiij. dꝫ esse quar. j. ʒ. cereum de. ð. iij. dꝫ esse de quar. j. et digitis. iij. cereū de. ð. ij. dꝫ esse de quar. j. digitis. ij. cereuꝫ de. ð. j. debet esse de quar. j. ⁊ digito. j. Mensure iste intelligēde sunt ac mensurāde cum brachij panni: ⁊ nō solū intelligende sunt de cereis rotundis: ſꝫ de quadratis: diuersificantur tn̄ quandoq̄ ſm diuersitatē opinionū: sed hic est cōmunis ⁊ ꝓportionatus modus ab oībus vsitatus.

¶ Nota insuper qd̄ q̄nq̄ cerā laborātes vel inaduertentia vel aliquo alio casu faciunt vel summitatem vel postremā cerei nimis grossam: vt igit̄ errorē suū corrigere possint abradūt cultello partē illā superfluā cuius modus nō laudat̄. Sed accipienda est altera cera feruēs ⁊ super partē illā superfluā cū illo colore ꝓijcienda: et totiēs est reiteranda qd̄ pars illa amota sit: ⁊ sic error corrigetur: et nota qd̄ parū dꝫ esse differentia in magnitudine seu in grossitie de parte infima ⁊ suprema si ſm rationem laboratum est cereum.

¶ Apponūt̄ q̄nq̄ rotunda cerea vt dispendium euitet̄. Igitur, talis est mod⁹: amoueat̄ cera in superiori parte cerei antiqui vsq̄ ad liciniū per q̄rtā vnā: ⁊ liciniū antiquū cū nouo bene liget̄ ita vt si cū fune suspēdat̄ nō laxetur: deinde inuoluat̄ cartha tāte altitudinis quante cereū esse dꝫ: ⁊ in dicta vacuitate cera liquefacta cum captia ponatur vsq̄quo vacuitas plena sit: deinde due vel tres manus cere super totum cereum addantur. Et sic nouiter totum factum esse apparebit. Modus hic ab omnibus vsitatus est. Et in hoc concluditur duodecima distinctio que fuit de artificio cere.

¶ Incipit tertiadecima distinctio q̄ est de artificio zuccari: et continet triginta vnum modum laborationis.

¶ Ex zuccaro multa fiunt q̄ hoc meo libello nō describent̄. cū iā trita sint: ⁊ rudes in his sint edocti. Sed q̄ fiunt ⁊ non ab oībus modus faciēdi scitur declarabit̄: vt artificiū zuccari oīb⁹ pateat hui⁹ opusculi bn̄ficio.

¶ Primus modus.

Ad faciendū coriandros solidos. Coriandri rotundi seu solij fiunt ex zuccaro sub quo ponit̄ semē coriād[illegible] preparatū: vt supra ⁊ bene exiccatū omni humiditate. Et in principio vsq̄ fer[illegible] ad finē ponit̄ zuccarū bn̄ coctū. In fine vero ꝑ tres vel q̄tuor manus exhibetur lenis coctionis vt maiorē rotunditatem accipere possit: fiatq̄ magis solu.

¶ Dicti coriandri bn̄ siccādi ⁊ fricandi manibus sunt: ⁊ non solū in fine ſꝫ in omni additione zuccari: eo quia inde duriores redduntur: nec ita faciliter ab humiditatibus denigrātur ⁊ molles reddūtur: ⁊ tunc ab oībus artificiū laudatur: ⁊ hec est cōsuetudo ianuēsium: que ab oībus approbatur.

Secundus modus.

Ad faciēdū coriādros crispos. Tegat̄ semē coriādrorū zuccaro manib⁹ fortiter fricādo vsq̄ habeat mediocrē magnitudinē dādo

per zuchară satis fortis cocture: deide accipiatur captia forata paruo foramine in fundo: ꝛ zuccaro ipleať: et ab alto zuccarū dictꝫ coriādrꝫ ꝓijciať sup bacilonū ducēdo sub et supra hinc ꝛ inde: ꝛ sit zuccarum fortis cocte a principio vsqꝫ ad finem. ꝛ bene ericcentur ducendo bacilonum vt supra.

¶ Zucarū dať bñ coctū vt crispū curare diu possit ac vt tantū simul nō adhereāt q̄tum adhereret si leuiter decoqueret: ꝛ hoc est qḋ bene docti apothecarij faciunt.

¶ Tertius modus.

Ad cōficiendū cinamomum. ℞. cinamomū ercorticatū a superiori cortice: ꝛ p parua fila incidať: ꝛ in bacilone ponať: ac zuccarū supra primū ꝓijciatur cū captia paruo foramine forata. Et in principio vt puta per tres manus zuccarū sit leuis coctionis: postmodum vsqꝫ in fine fortis: bacilonum ducēdo vt in coriandris crispis dixi: et tantū hoc continuetur ꝙ grossi reddantur.

¶ Sunt qui post primā ꝯfectionē zuccari aspergūt dictū cinamomū incisuꝫ zinzibere puluerizato vt fiāt magis mordicatiui ꝛ gustui fortiores: sed modꝰ ille nō mihi placet: sed vt lingue mordentes sint debēt fieri ex bono cinamomo nec infundēdū est in aq̄: vt q̄dā faciunt vt facilius incidatur: eo qꝛ illa infusio tollit omnino saporem cinamomi.

¶ Quartus modus.

Ad cōficiendū amigdalas. ℞. amigdalas et bñ cū pāno aspero frica: q̄nqꝫ in bacilone ericca: ꝛ ab omi immūditia mūda: demum zuccarū fortis coctiōis sup eas ꝓijce cū capice forato bacilonū huc ꝛ illud ducēdo incessanter sub quo sit ignis carbonū beneqꝫ ericcentur: ꝛ tātum hoc fiat qḋ bene tegaňt: ꝛ quāto plus continuatur dicta ductio baciloni tanto solidiores redduntur.

¶ Sunt qui cōficiūt amigdalas cū cortice ꝛ hoc mō cōfecte lōgiori durāt nec rancescūt. Sūt ꝟo qui a superiori cortice mūdāt: ꝛ sic cōficiūt cū zuccaro. Alij qui illas diuidūt in duas partes ꝛ ꝯficiunt: illasqꝫ crispas faciūt. Modꝰ vero faciēdi in ductione baciloni decoctiōe zuccari ꝛ est vt de coriādris crispis tibi monstraui.

¶ Quintus modus.

Ad condēdū rācetos. ℞. corticē rāciorū ꝓparatorū quātitatem qua volueris: ꝛ super eas ꝓijce zuccarū cū capice forato bñ coctū: et facias quemadmodū de cinamo dixi ꝛ de proiectione zuccari ꝛ ductione baciloni.

¶ Cortices arantiorum hoc modo preparātur et infundantur in aqua munda et permittantur per dies nouē omni die aquam innouando. vltimo vero bulliant in aqua decē vel .xij. ebullitionibus. deinde ab igne remotis remoueatur pars alba que cortici adheret ꝛ incidātur per longū in satis minuta frusta et infundantur in zuccaro liquefacto et cocto per diem ꝛ noctem: deinde in eo bulliant leui ebullitione. postmodum extrahātur et desiccari permittātur: que desiccate modo, quo supra conficiantur: et hoc modo preparantur: et amaritudo ab eis remouetur.

¶ Sextus modus.

Ad cōficiendū gariofilos. ℞. gariofi. ꝛ ericca: bñqꝫ mūda ab oibꝰ immundicijs deinde zuccarum cū capice forato sup eos ꝓijce fortis satis cocture. Et si illos crispos facere vis: facias vt de coriandris crispis tibi dixi deducendo bacilonem. Si vero solidos vt de amigdalis tibi monstraui: ꝛ idem intelligas de rancetis.

¶ Ad faciēdum confectiones bene crispas debet esse foramen captie paruū: ꝛ zuccarum debet dari equaliter ꝛ vniformiter: ꝛ quanto ab alto proijcitur tanto melius: nec permittende sunt gutte super eas cadere: ille enim opus destruerent.

¶ Septimus modus.

Ad cōficiendum anisos. ℞. semina anisorū bñ mundata li. ij. Et sup ea ꝓijce zuccarū leuis coctionis in principio: ꝛ bñ manibꝰ ducaň p bacilonū vsqꝫ quo fere sint coopta beneqꝫ ericcenť ad oēm manū zuccari: ꝛ hoc ꝯtinueť vsqꝫ i finē si solios anisos facere vis. Si vero crispos postquā cooperta erunt da zuccarū cū capice forato: ꝛ ab alto proijce: ꝛ sit forti cocture: deinde duc baciloňuꝫ vt in coriandris crispis tibi dixi: ꝛ hoc facias vsqꝫ ad debitam ipsorum magnitudinem.

¶ Anisi quanto ꝑuiores tāto pulchriores: ꝛ q̄to duriores tāto laudabiliores: duri eñi fiūt ꝛ nō solū anisi sed ꝛ cetere alie cōfectiōes si bñ siccenť ad oēm zuccari additionem: quare bene hoc notetur.

¶ Octauus modus.

Ad cōficiēdū pineas. ℞. pinearuꝫ bñ mundatarū quantitatem quā volueris. ꝛ sup eas ꝓijce zuccarū cū capice forato bone cocture a ꝑicipio vsqꝫ ad finē: ꝛ duc bacilonū prout in coriādris crispis tibi mōstraui. Si vero solis facere vis facias prout de amigdalis tibi monstraui et de proiectione zuccari et ductione baciloni.

¶ Nota ꝙ hec cōfectio parū durat: eo qꝛ rancescūt pinee: ꝛ anteq̄ conficiātur est aduertendū ne rācide sint: cognoscūtur autē qꝛ sunt nigre ꝛ mali saporis: purgande sunt cum furfure: vt supra tibi ostendi.

¶ Nota insuper ꝙ sunt qui in prima exhibitione zuccari ponūt albumē oui bene cōquassatū cum zuccaro nō multū calido ne albumē coqueretur: hoc faciunt eo qꝛ cū difficultate zuccarū eis adheret ꝓpter oleaginitatē que in eis est: et hic modus non vituperatur.

¶ Nonus modus.

Ad cōficiēduꝫ auellanas. ℞. auellanaꝝ q̄titatē quā volueris: ꝛ facias ꝓut de amigdalis tibi mōstraui ꝛ crispas ꝛ solias faciendo ꝑuādo modū in istis sicut de amigdalis tibi dedi. Auellane anteq̄ cōficiātur debēt bene duci i bacilone ꝛ calefieri ad hoc ꝙ subtilis cortex eis adherens remoueať. Si enim permitteretur zuccarum faciliter ab eis remoueretur ꝛc.

¶ Decimus modus.

Ad faciēdum muscardinos. ℞. cinamomi subtilis ꝛ electi: ꝛ bene puluerizati. ʒ. ij. mu-

sci optimi dissoluti cũ paucissima aqua ros. ℈.5.misce duo hec ĩ bacilone:⁊ sup eis proijce zuccarũ bñ coctũ:bñq; ⁊ incessanter manib⁹ zuccarũ ⁊ spẽs ducant⁊ bñ exiccent: et totiẽs hoc fiat ꝙ ad grossitudinẽ seis papaueris veniãt:ĩ fine dãdo p duas manus zuccarum leuis coctionis vt rotundi fiant.

¶ Muscardini nisi cũ difficultate corp⁹ accipiũt. Sz sagax apothecari⁹ ⁊ solicit⁹ immiscẽdo smanib⁹ zuccaꝝ ⁊ spẽs cito eos format. post ꝟo duas vel tres man⁹ zuccari cribellãdi sunt: a qua cribellatiõe exeũt muscardini grossitudinis pũcte ac⁹ ⁊ puluis reseruet. ⁊ alij q̃ iã corpus sumpserũt expleant. feci ego semel facere ab vno famulo bñ docto:⁊ pñs steti:⁊ illos cito ⁊ optie pfecit. Sz añ pfectionẽ dimisit pellẽ man⁹ ad bacilonũ: ⁊ pauca q̃ remãsit desiccata erat. Insup nota ꝙ qñ pscripte oẽs cõfectiões ĩ bacilone fiũt dz esse sub eo ignis carbonũ accensus sine fumo: non aũt lignoꝝ vt iã a quibusdã fatuis vidi facere. ¶ Modus vndecimus.

Ad faciendũ pignochatã. ℞.zuccari clarificati ⁊ coctionis nõ pfecte li.j. Stangezetur optime cum baculo amota catia ab igne: ⁊ post longã ei⁹ ductionẽ addan[illegible]pinee mũde ℥.iiij.⁊ sic misceant. deide zucca[illegible] pfecte coq̃t. ⁊ sit dura coctio: deinde ĩ mor[illegible] ĩcidat.

¶ Pignochata si longo tempore conseruari [illegible]ebet apponenda est quãtitas prescripta pinearũ. Si [illegible]ero pauco tpe apponi possunt lib.5.pineaꝝ p oi lib.j.zuccari.

¶ Modus duodecimus.

Ad faciẽdũ morsellatã albã. ℞.zuccari clarificati ⁊ coctiõis nõ pfecte li.j. stãgezet optime cũ baculo:⁊ post lõgã ei⁹ ductionẽ addatur zinziberis minuti incisi.ʒ.ij. deide zuccarũ pfecte coquat:⁊ ĩ morsellis ĩcidatur. Sũt autẽ multi q̃ maiorẽ q̃titatẽ zinziberis pro lib.j.zuccari ponunt vt fortior sit: sed cõis et ab omnibus [illegible]tata dosis est.ʒ.ij.zinziberis pro omni lib.j.zuccari. ¶ Modus.xi[illegible]

zinziberata. ℞.ziziberꝫ mũdi et electi.℥.5. cinamomi fini ʒ.ij.macis gariofi.añ.ʒ.j.pulverizent hec subtilr: ⁊ adde zucc. clarificati ⁊ bene cocti li.ij.⁊ fiat cõfectio in [illegible]orsellis.

¶ Co[illegible]o est multum delectabilis gustui: [illegible] nõ est alba:et fit in [illegible]ultis bonis vrbibus. Sed in ha[illegible] nostra vrbe non est in vsu. ¶ Modus.xiiij.

Ad faciendũ fruct⁹ ⁊ aĩalia oĩa ex zuccaro. ℞.zuccari q̃titatẽ quã volueris:⁊ puluerizã:deinde post subtilẽ pulverizationẽ impastet cuꝫ albuminib⁹ ouorũ q̃titate sufficiẽti ĩtãtũ qd formã paste habeat:deide vnguãt forme cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ: ⁊ de dicta pasta forme ĩpleãtur. postea simul cõprimãtur:⁊ sic erũt aĩalia vel fruct⁹ facti. ⁊ sic omnia fieri possunt dũmmõ forme habeantur. deinde ponantur in stupha ad siccãdum. demum pingatur ꝟm colorem suum.

¶ Sunt quidã alij qui impastãt zuccarũ cũ gũma dragagãti facta in aqua rosata ⁊ qui aspergunt formes farina:⁊ hoc fieri potest:sed superior modus melior est.

¶ Modus.xv.

¶ Gluten alchanach siue alchamach siue alanazach quid sit generaliter ignoratur: vere nunꝙ vidi nec audiui ab aliquo vidisse auctorē auctēticum de eo mentionē facere: verū fm consuetudinē aromatariorū est colla piscium: qđ nō nego nec affirmo: certe in partibus rome dictū fuit ꝙ in rei veritate glutē alchanach est qđdā viscꝰ qui reperit in arabia sup arborē asse fetide: tn̄ deus scit. magister Petrus de argilata qui sepe ⁊ sepius vtit isto vnguēto qđ ipse describit in cap. allegato: ⁊ ibi loco glutinis alchanach ponit viscum cū quo capiunt aues: sꝫ nos intelligimꝰ viscū q̄rcinū qđ cōuenit in isto casu: tn̄ nō affirmo quid sit gn̄aliter: loco eiꝰ ponitur cola piscium sꝫ intētio nostrorū chirurgicorū viscus quercinꝰ etiā vꝫ. Si aūt facere volueris vnguentū diaquilon seu emplastrū de muscillaginibꝰ cū gummis opꝫ facere: vt docet magister Petrꝰ argilata in cap. allegato vbi sic ait in fine descriptionis dicens. cōficiat sicut ipse Mesue docet in antidotario: ⁊ si cū istis addat bdellium armoniacū: ⁊ serapinū. an̄. ℥. j. erit diaquilon gummatū siue cū gummis: tu vero scias si ponas supra vnguētum diaquilon sine gummis aut cerotum de muscillaginibus sine gūmis illas tres gummas quas nominaui: tunc erit diaquilon cum gummis.

Diaquilon minꝰ Mesue: siue cerotū dissoluens: ⁊ maturās tumores a caliditate factos: ⁊ apostemata calida: cuius permixtio. ℞.

Muscillaginis fenugreci.	Litarg. subtilissime pulue. ℥. j.
Muscillaginis seminis lini.	Muscillaginis alth. an̄. ℥. j.
Olei camomille.	Fiant dicti muscillagines.
Olei irini. ana. ℥. j. ſ.	in aq̄ decoctionis melliloti.
Pulueris radicis ireos. ℥. j.	

Accipe ergo olea litargirium: ⁊ puluerē ireos ⁊ diu in mortario agitentur: vt tibi ostendi in alio: facias commemorando qđ coctio sit inter vnguentum ⁊ cerotum.

¶ In omni cōpositione in qua intrāt litargiriū: ⁊ muscillagines post coctionē litargirij cū oleo anteꝙ muscillagines ponantur semp debemꝰ expectare infrigidationē: vel saltim tepefactionē olei in quo est litargiriū. si. n. ipsis feruētibꝰ apponerētur muscillagines adeo excrescerent sup captiā ꝙ maior pars in ignē pderetur: ⁊ hoc sepe vidi cōtingere famulis aromatariorum nō expertis: ⁊ etiam multis qui se magistros esse dicebant.

Diaquilon paruum Mesue maturans: ⁊ dissoluens tumores a caliditate factos: et apata calid[illegible]. ℞.

Litargiri. ℥. vj.	Muscillaginis semis lini.
Olei veteris clari. lib. j.	Muscillaginis radicum.
Muscillaginis psilij. ℥. iiij.	Malue an̄. ℥. ij.

Muscillaginis iusquiami. ℥. j. ſ. ⁊ eius operatio est sicut operatio alterius.

Decoctio communis sic [illegible]. ℞

	Prunorum.
Liquiritie rase.	Tamariadorum.
Ordei mundi an̄. partes equales.	
Passularum.	Violarum.

Bulliant hec omnia in aqua infusionis quātitatis sufficientis fm artem: deinde coletur ⁊ reseruetur.

Decoctio pectoralis magistralis sic fit: cuius permixtio. ℞.

Isopi sicce.	Passularum.
Capillorum veneris.	Ordei mundi.
Ficuum.	Liqritie rase. an̄. ptes eq̄les.
Dactilorum.	Sebesten.

Bulliant hec in aqua q̄titatis sufficientis fm artem: ⁊ coletur ⁊ seruetur.

¶ In hac decoctione sunt aliqui qui addunt yreos: sed q̄ꝛ pectoralis sit: ego non laudo illum apponendum esse propter eius horribilitatem: ⁊ malum saporem.

¶ Decoctiones iste ⁊ oēs alie per tres vel quatuor dies conseruantur: ⁊ nō plus ⁊ maxime in estate: ⁊ inter oēs hic incidenter dicam de infusione facta in aqua lactis seu casei: qr minus cōseruatur: qr vix per vnum vel per duos dies conseruari potest.

¶ Syrupi vero conseruantur si sunt de melle per duos annos: si vero de zuccaro: ⁊ bene cocti: ⁊ in vase bene obturati per annum durant: aliter vix possunt durare.

¶ De cōseruatione iulep scias ꝙ iulep aquosum: ⁊ male decoctum pauco tempore cōseruatur: ⁊ maxime tempore estatis: iulep vero bene coctum per annum seruatur: ⁊ non plus sub forma iulep.

Decoctio carminatiua magistralis que valet contra omnes ventositates. ℞.

Seminis anisi.	Ameos.
Seminis feniculi.	Cimini.
Dauci.	Polipodij. an̄. ptes equales.
Carui.	

Buliant in aqua fm artem: vt dictum est in alijs decoctionibus.

Decoctio constrictiua sic est: ⁊ sic fit. ℞.

	Corticum granatorum.
Gallarum.	Balaustiarum.
Cupularum glandium.	Mirtillorum.
Azimorū vuarū. i. granele.	Nucum cypressi.
Sumach.	Achatie.
Sorbarum siccarum.	Caude eq̄ne an̄. ptes equales.
Mespilarū immaturarum siccarum.	

Bulliant i[illegible] aqua plantaginis fm artem: ⁊ de dicta decoctione [illegible] vbi oportet: ⁊ multū valet ad restringendū.

Diabuglosatum Mes. valet ad cōfortādum cor maniacis ⁊ melācolicis ꝯfert: sincopin: ⁊ tremorē cordis aufert: ⁊ modus eiꝰ est: accipe florū buglose bene mūdatarū. ℥. iiij. zucca. albi. li. j. Et expone soli: et fac sicut in cap. de zuccaro rosato.

Diaboriginatum Mesue valet ad cōfortandum cor maniacis: ⁊ melācolicis cōfert: sincopin et tremorē cordis aufert. ℞.

Florum boraginis. ℥. iiij.	Zuccari albi lib. j.

Contūdantur in mortario lapideo: ⁊ exponatur soli. vt dictū est in zuccaro rosato in isto sic fit.

Diamuscus dulcis Mesue faciēs ad pulsum cordis ⁊ egritudines melancolicas: et ad eum qui tristatur sine causa: ⁊ confert ad egritudines cerebri: sicut est vertigo: ⁊ epilepsia ⁊ paralysis ⁊ ad egritudines pulmonis: ⁊ difficul[illegible]i anhelitus. Cuius permixtio hec est. ℞.

Cr[illegible]i.	Ozimi citrati. ʒ. ij. ſ.
Doronici.	Been albi.
Zedoarie.	Been rubei.
Ligni aloes.	Folij.
Macis. an̄. ʒ. ij.	Spice.
Albarum margaritarum.	Gariofilorum. an̄. ʒ. j.
Sete cru[illegible]parum aduste.	Zinziberis.
Parabe	Cubebe.
Coral[illegible]ubei. an̄. ʒ. ij. ſ.	Piperis l[illegible]. ʒ. j. ſ.
Galie muscate. ʒ. ij. ſ.	Musci [illegible]. ʒ. ij.

Confice cum melle crudo quod [illegible] quadruplum ponderis omnium: et ꝑpone in vase vitreo. Et sit dosis eius. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. ij.

¶ Si autem hanc confectionem amaram facere volueris valentior efficietur ad ea que diximus: ⁊ ad exiccandum humiditates stomachi ⁊ putrefactiones in eis: et proprie si addatur in permixtione eius.

Absinthij.	Reisim. i. semē leuistici. ʒ j.
Rosarum rubearum. an̄. ʒ. iij.	
Aloes optime abluti. ʒ. iiij.	
Cinamomi electi. ʒ. ij. ſ.	
Castorei. ʒ. j.	

Puluerizanda puluerizentur subtiliter: ⁊ fiat electuarium in bona forma.

¶ Circa hanc descriptionem. Nota ꝙ de sete cruda parum adusta sic aduritur. Accipe de foliculis serici noui: qui nondū pertrāsiuit annū vnū: ⁊ aperi: ⁊ extrahe vermes: quos intus reperies mortuos: ⁊ munda peropti=

me: deinde pone in olla noua dictos foliculos que coopertorio lapideo bene tegatur: deinde in furno ponant: et tantum permittantur qđ possint pulverizari: deinde extrahantur: ⁊ vsui reseruentur: hec em̄ cumbustio fit vt desiccet ac vt conteri possit in vna alia confectione infra reperies subtiliter incidatur: est vt bene teratur: igitur per hoc intelligas ꝙ vter[illegible] modus laudatur. Tamen ego nō soleo hoc in electuario: nec in alijs confectionibus cordialibus setam comburere: sꝫ subtiliter incidere: sed si comburere vis: vt verba Mesue sonāt: caueas ꝙ illa adustio non sit incinerās: imo prudenter fieri dꝫ: ⁊ taliter ꝙ sericum solum sit puluerizabile: ⁊ remaneat seta ſm formam suaꝫ: dicit etiam crude: quia per coctionem virtus eius extrahitur.

❧ De ozimo. qn̄ em̄ in compositionibus reperies scriptū ozimi gariofilati: tunc idem est qđ semen basiliconis citrinum: si vero ozimi simpliciter idem est: qđ semen basiliconis nigrū: ⁊ hoc colligitur a planta basiliconis habens folia lata. Citrinum vero a planta faciens parua folia: ⁊ hec est ipsorum differentia. Citrinum em̄ magis aromaticum est: ⁊ cordiale: magisqꝫ calidum. igitur in hac compositione vbi dicit ozimi citrati: tunc ponere debes de ozimo citrino: q̄ꝛ odorē habent de citrolo: prout per experientiam videre possit fricando eum in manibꝰ: dico de semine: ⁊ sic nostri aromatarij cōmuniter vtunt.

❧ Hic bene aduertendum est de been scriptum per duplex e been sunt due radices alba ⁊ rubea. ⁊ debent scribi per duplex e: ⁊ non per vnum e: neqꝫ her h prout patet in secundo lib. Auicenne cap. lxxxvj.

❧ Spica. aliqn̄. n. reperitur scriptū spice na[illegible] vel spice inde: ⁊ ambe idem sunt: aliquando spice ro[illegible]e vel spice celtice: ⁊ he due idem sunt.

❧ Mel crudum est quod non est coctum. igitur si modo descripto a Mesue facere vis: accipe mellis puri lib. j. suprascriptarū specieruꝫ. ʒ. iiij. ⁊ permisce: ⁊ sic habes mentem auctoris: sed mel crudum qđ est quadruplum ponderis omnium: si vero nō habes mel purum potes hoc modo facere accipias vnam quātitatem mellis quātuꝫ volueris: ⁊ pone ad ignem ad bulliendum: ⁊ semꝑ illud dispumabis quousqꝫ coctū sit: deinde ab igne amoueatur: ⁊ post infrigidationem suprascripta specierum q̄ntitas apponatur: ⁊ hoc modo habebis mel crudū: ⁊ a superfluitatibus depuratum: alij vero dicunt ꝙ mel crudum est illud. qđ manibus absqꝫ igne exprimitur a fauo mellis habetur: ⁊ extrahitur: ⁊ hec opinio non omnino sine ratione est fund[illegible]: vel illū vel prescriptū accipias: quia conueniunt: et si in forma solida facere vis fac vt supra.

❧ Aloes saccotrinū dicit aloes optimum: q̄ꝛ inter oēs alias species aloes est melius: ⁊ lauetur hoc modo: teratur quātitas aloes tibi necessaria: ⁊ rorabis illum aque pluuiali vel aque endiuie. hec em̄ lotio fit vt ipsius acuitas amoueatur: ⁊ cōfortatio augeatur donec totū ab aq̄ sit m[illegible]factū: deinde soli exponatur ad des[illegible]ādum: et pmitt[illegible] possit denuo puluerizari: deinde iterū contere ⁊ [illegible]tem de predicta aqua: iterū in[illegible]: ⁊ soli exponas: ⁊ [illegible]dē ⁊ tertio facias: demum po[illegible] exiccationem reserua: ⁊ [illegible]e illo.

❧ De aloe iterū est notandum ꝙ aliqui sunt qui illum comburunt: quē ponere volunt in hac cōfectione: ⁊ nō lauant dicētes: ꝙ per cōbustionē amouetur sua gummositas: ꝑ quā laxabat: ⁊ stomachū debilitabat: ⁊ per hoc magis appropiatur alia virtus: ⁊ alia operatio que est confortare: ⁊ imo melius confortat: ⁊ ad hoc notandum est ꝙ si aloes datur ad laxandum non comburitur: nec lauatur: sed si ad confortandum vel abluitur vel comburitur: quanqꝫ combustio ipsius de raro fiat. Modus comburendi est: ponatur in olla munda: et super prunas permittatur donec aduraт.

❧ Semen leuistici compositionibus apponēdum est nō planta neqꝫ radix neqꝫ folia.

Diagalanga Mesue valet contra morbos ventositatū grossarū: ⁊ acetosam eructuationem medicina experta: ⁊ ad malitiā digestiōis: et bonificat operationes stomachi: ⁊ epatis frigidi: imo emendat defectionem ipsorum. ℞.

Galange.	Calamenti.
Ligni aloes. an̄. ʒ. vj.	Mente sicce domestice.
Gariofilorum.	Heil. i. cardamomū maiꝰ.
Macis.	Keisim. i. semē leuistici. an̄. ʒ. ij.
Spice.	Seminis apij.
Zinziberis.	Seminis feniculi.
Macropiperis. i. piper longū.	Seminis anisi.
Seminis carui. an̄. ʒ. j.	Cin[illegible]omi.
Calami aromatici. ʒ. j. ß.	Piperis albi. an̄. ʒ. j. ß.

Puluerizentur oia suprascripta debito modo: zuccari tabarzet. i. albi vel illius puincie. ʒ. x. Et fiat cōfectio de coquendo q̄ꝫtū sufficit: ⁊ fiat: dosis eiꝰ est. ʒ. ij. vsqꝫ ad aur ij. si autem in forma solida fac vt dixi.

❧ Intelligendū ꝙ in oibus ꝯfectionibus ⁊ cōpositionibus cordialibus stomaticis epaticis: ⁊ breuiter in q̄buscūqꝫ exceptis in medicinis vomitiuis semper apponendum est cinamomū subtile. In vomitiuis vero grossum apponendū est: eo ꝙ illud vomitum prouocat: parumqꝫ sustinet de decoctione ⁊ contritione: ⁊ minus subtile iterum sustinet.

❧ Quando simpliciter piper descriptum in cōpositionibus reperitur de pipere vsuali est.

❧ Calamentū et menta sicce in hac cōpositione ponuntur: q̄ꝛ sicciotis sunt complexionis. Et de mēta domestica ⁊ calamēto mōtano est intelligēdū: nō de aquatico.

❧ Nonnunqꝫ cōtinget aromatario reperire in quibusdam compositionibꝰ mel taberzet: ideo declarabo quid illud sit: ⁊ dico qđ est mel album de celo cadens ad modum roris: ⁊ est albius ⁊ aliqualiter dēsius q̄ꝫ sit apium: ⁊ quasi tendit ad naturā zuccari: sed q̄ꝛ illo caremus loco eius ponimus mel album vel zuccarum secunde coctionis. Et hoc mel taberzet ponitur a Mesue in cōfectione de zinzibere distinctione quarta circa finem.

Diaciminum bonum Mesue prime descriptionis valet contra stomachum et viscerum ventositatem: digestionē procurat: stomachum ⁊ viscera calefacit. ℞.

Cimini infusi in aceto per tres dies et noctes. ʒ. x.	Macis. ʒ. ij.
	Galange.
Zinziberis.	Piperis longi.
Cinamomi an̄. ʒ. iiij.	Cardamomi maioris ⁊ minoris an̄. ʒ. ij.
Gariofilorum.	
Ligni aloes an̄. ʒ. ij.	Musci. ℈. ß.

Puluerizentur puluerizanda: ⁊ cum melle quātum sufficit fiat confectio: et si in forma solida fieri vis: fac vt. s. dixi in alijs receptis.

❧ Uarie em̄ reperiūtur recepte de hac cōfectione: sꝫ ista est melior: ⁊ in vsu. Reperitur quādoqꝫ magnꝰ error in hac compositione apud aromaticos ⁊ medicos: aliqui em̄ habent in suis receptis cimini carmeni: ⁊ aromatarij dicūt ꝙ carmeni nihil aliud est q̄ꝫ prou[illegible]cia: in qua dictū ciminum nascitur: vt verbi gratia opij tebaici ⁊c. Sed multū errant: vt videri potest a Matth. siluati. ca. de cimino vbi dicit ꝙ ciminū carmenū idem est qđ siseleos. i. siler montanū: causa autē quare infundit ciminū in aceto per diē est: q̄ꝛ acetū addit sibi in virtute ꝓfundationis ⁊ incisionis: ⁊ te[illegible]at eius calorem aliqualiter.

❧ Nota insuper ꝙ cōtritio medicinarū huiꝰ cōfectiōis nō debet esse subtilis: sed grossa: cū intentio ipsius medicine nō si[illegible]si ꝙ sit fortis in resoluendo ⁊ euacuādo vētositatem. Quia si vltimate cōterantur ventositatē nō resoluerent: sed per vrinā educerent. hoc declarat Auicē. quarto canonis. capi. de diacimino.

Diambra Mesue est medicina sublimis cerebrū confortans stomachū et oia mēbra: et digestionē ꝓcurat: et membra nutritionis calefacit: senibus quoqꝫ conuenit et frigidis nature: et mulieribus et egritudinibus matricis. ℞.

Cinamomi.	Cardamomi maioris ⁊ minoris. ʒ. j.
Doronici.	
Gariofilorum.	Zinziberis. ʒ. j. ß.
Macis.	Sandali citrini.
Nucis muscate.	
Ligni aloes.	

Folij.	Piperis longi an̄.ʒ.ij.
Galange.an̄.ʒ.iij.	Ambre aureum.j.
Spice.ʒ.j.	Musci.ʒ.ß.

Puluerizentur puluerizanda: ⁊ cōfice cū syrupo rosato facto cum aqua infusionis rosarū.i.cū iulep rosato: ⁊ si facere vis in forma solida: fac vt supra tibi ostendi in alijs confectionibus.dosis est.ʒ.iij.

¶ Diambra dicitur ab ambra ingrediente in bona quā titate: hoc apud med[illegible]os est multum in vsu: ⁊ maxime ista descriptio.

¶ Circa prescripta ⁊ sequentia vnum generale est notandum q̄ species huius confectionis ⁊ omnes species medicinarum confortantium membra aperiētium opilationes debēt subtiliter puluerizari: ⁊ eo maxime si ad longinqua membra confortāda debent transire.nō autem vltimate.vltima enī contritio perdit virtutē medicine aromatice: sed media fit inter vltimam ⁊ subtilez. Et si nostro tempore he confectiones fiūt in morsellis: maior operatio tamen ⁊ efficatior vt plurimum fit ab electuario q̄ a confectione preparata vt superior: et hoc multis rationibus. Prima propter meliorem fermentationem q̄ fit aromatum in electuarijs que fieri non potest in confectionib⁹. Secūda quia de aromatib⁹ plus ponit̄ in electuario construendo q̄ in confectione. Tertia quia melius et facilius euaporat ⁊ transit virtus electuarij ad membra remota q̄ virtus cōfectionis assumpte vt in passionibus pectoris ⁊ cerebri: ⁊ hoc verificari potest in omnibus confectionibus ⁊ electuarijs.

Diacorali magistralis valet ⁊c. ℞. Specierum diarodon abbatis.ʒ.iij.

Fragmentorum preciosorum.	Margaritarum non perforatarum ana ℥ß.
Corallorum rubeorum.	Corallorum alborum.

Puluerizentur subtiliter: ⁊ addantur zuccari dissoluti in aqua rosa.℥.vij ß.⁊ fiat confectio in morsellis.

¶ Intelligendū qđ quando scribitur fragmentorū preciosorum absolute de quinq̄ descriptis in electuario de gemmis est intelligendum et non de aliquibus alijs.

¶ Scđo etiā est intelligendū q̄ qn̄ dicitur specierū diarodon abbatis vel specierū triasandalorum vel aliarum specierū de ipsis cōplete intelligendū est.i. de ipsis sm̄ integrā descriptionē positā a doctoribus: nō vt quidaz fatui dicebant: qui cum scriptū inuenerunt specierū diarodon abbatis illas sine musco ponebant dicentes q̄ illa erat doctorum intentio ⁊ fatue.

Diarodon abbatis Nicolai et dicitur a rosis: q̄r ibi intrant plus q̄ de alijs speciebus Abbatis ab abbate de curia factū.det̄ proprie ycterícis epaticis ⁊ ptisicis ethicis ⁊ cardiacis qui patiuntur ex calore conualescentibus ex longis ⁊ acutis egritudinibus calidis. ℞.

Sandalorum alborū.	Seminis basiliconis.
Sandalorum rubeorum. ana.ʒ.ij.ß.	Berberorum.
	Seminis scariole.
Dragaganti.	Semis portulace domestice.
Gummi arabici.	Seminis malue.
Spodij.an̄.℈.ij.	Seminis lactuce.
Assari.	Seminis papaueris albi.
Spice.	Seminis citoniorum.
Masticis.	Seminis citruli.
Cardamomi maioris et minoris.	Seminis melo[illegible].
	Seminis cucumeris.
Croci.	Seminis cucurbite an̄.℈.j.
Xiloaloes.i.ligni aloes.	Ossis de corde cerui.
Gariofilorum.	Margaritarum an̄.℈.ß.
Galie muscate.	Zuccari candi.
Seminis anisi.	Rosarum rubearum an̄.℥.j.ʒ.iiij.
Maratri.i.semen feniculi.	
Cinamomi.	Camphore gra.vij.
Succi liquiritie.	Musci.gra.iij.ß.
Reubarbari an̄.℈.j.	

Puluerizentur puluerizanda subtiliter: ⁊ cū syrupo.q.s.fiat: ⁊ si in forma solida facere vis: modum supra descriptum habes.

¶ Nicolaus dicit qđ hec confectio dz̄ dari cū rodostomate vel cū frigida: vt igitur oīs pars clara sit: scias q̄ rodostomate.i.cum decoctione rosarū: vel cū frigida.i. cū decoctione facta cum frigidis: sed decoctio hec hoc tēpore non est in vsu: sed loco ipsius datur cum syrupo rosato.

Diarodon descriptione communi Mesue cōfert ad dolorem stomachi ⁊ epatis ⁊ puncturā in eis ⁊ caliditatē: ⁊ acuitatē colere citrine faciēs digerere cibum: ⁊ est ex confectionibus stomachi ⁊ epatis debilibus. ℞.

Rosarū rubearum.ʒ.xxx.	Macis.
Trociscorū diarodon.	Cardamoni maioris ⁊ minoris.
Trociscorum de spodio.	Seminis portulace.
Liquiritie rase an̄.ʒ.iiij.	Seminis lactuce.
Gariofilorum.	Seminis scariole.
Gallie musc.an̄.ʒ.iij.	Seminis citruli.
Spodij.	Seminis melonis.
Croci.	Seminis cucumeris.
Masticis.	Seminis cucurbite.
Ligni aloes an̄.ʒ.ij.	Margaritarum albarum.
Sandalorum alborum.	Alfelengemic.i.ozimum.
Sandalorum rubeorum.	Rasure eboris.
Sandalorum citrinorum.	Dragaganti.
an̄.ʒ.iij.	Gummi arabici an̄.ʒ.j.
Assari.i.radicum.	Camphore.ʒ.j.ß.
Spice an̄.ʒ.j.	Musci.℈.ß.

Puluerizentur subtiliter puluerizanda: ⁊ cū syrupo rosato quantū sufficit fiat confectio.si in forma solida facere vis: fac [illegible] ostendi.

¶ Syrup[illegible]factus ex rosis ⁊ aqua rosata cum quo debet confic[illegible]ec cōfectio si in forma liquida facere volueris hoc m[illegible]o fiat. Accipe rosarum rubearum viridium li.ij.pon[illegible] in vase vitreo stricti orificij: ⁊ super eas infundas feruentis aque rosate lib.v.⁊ cōstringatur orificium vasis: et permittatur infrigidari: deinde dicte rose bene in manibus exprimantur: ⁊ due alie libre rosarum viridium accipiantur: et predicta aqua rosata calefiat bene ⁊ iterum supra eas ponatur: deinde coletur post infrigidationem manibus exprimendo rosas: ⁊ in dicta colatura addatur zuccari lib.iiij.et clarificetur cum suprascripta aqua rosata: ⁊ fiat syrupus: de quo fit supra scriptum confectum: et fiendo infusio ter esset melius.

¶ De musco et opio in medicinis parum ponitur: muscus enim in modica quantitate est magne qualitatis et operationis.opium similiter. Et immo sufficit parum apponere: ne in magna quant[illegible]ta[illegible] noceat aut operationes aliarum medicinarum corrūpat: aut occultet. Et sicut de opio et [illegible] exemplifico: ita et de alijs medicinis [illegible]ortibus est intelligendum.

¶ Nota hic de contritione specierum et electuariorum et confectionum. Naz species que ponuntur in electuarijs confortantibus aperientibus vel alterantibus ⁊ cōfortantibus subtiliter debent cōteri. Causa est: quia nō alterant [illegible] confortant nisi atrahantur: et imo ad hoc vt alterent membrum vel confortent indige[illegible] attracta a [illegible]mbris possint penetrare.

¶ Fa[illegible]lius autem penetratio fit per [illegible]itionem multam: secus autem est de medici[illegible] solutiua. Nam ipsa manens quieta in stomacho secundum communem opinionem euaporat ad membra: q̄ si attraherentur a membris esset malum: et ideo grosso modo debent conteri et hoc respectu subtilis: ne citius debito transeat a stomacho: et hoc notato habeas perfectam doctrinam conterendorum.

Diadragagantum frigidum. Nicolai a dragaganto nomē accepit: valet ad omne vitium pulmonis ⁊ pectoris quod fit ex calore maxime ptisicis ethicis pleureticis peripleumonicis: ad omnem tussim que fit ex caliditate et siccitate: et ad omnem lingue asperitatem et gutturis: cum vero sumuntur tandiu in ore teneatur donec parum ibi dissoluitur. ℞.

Dragaganti albi.℥.ß.	Seminis melonis.
Gummi arabici.ʒ.j.℥.ij.	Seminis cucumeris.
Amidi.ʒ.iiij.	Seminis citruli.

Liquiritie rase.ʒ.ij.	Seminis cucurbite an̄.ʒ.ij.
Penidij.℥.iij.	Canfore.℈.ß.

Syrupi albi Galeni.i.iulep violati lib.ij. contundātur subtiliter omnia: deinde permisceantur bene in mortario paulatine miscendo illa confectio cum iulep ⁊ reseruetur. sed hec cōmuniter fit in forma solida hoc modo.

¶ De compositione ista est intelligendum quod cum fit in forma solida non debet fieri de superioribus tibi dixi accipiendo specierum.℥.j. zuccari li.j. eo quia pauce species cribellate in ea intrant: sed de eis supra descriptis debes accipere.℥.iij. specierum zuccari.libr.j. et facere in morsellis. tantum enim zuccarum quod predicte species simul teneri debet apponi, et non plus. igitur prescripta regula ab aromatarijs tenenda est. Et oppositum vidi semper facere ab eis: quamꝗ̄ sepe ac sepius a magistris moniti essent.

¶ Omnes doctores conueniunt quod gumme debent dissolui in confectionibus in quibus intrant ⁊ non conteri: eo quia pulverizari non possunt et pistando virtus illarum deperditur. quare cum in aliqua confectione intrant dissolui debent in aqua appropriata: in ista enim dissoluantur cum parum aque violarum. in alijs vero cum alijs aquis s̄m diuersas intentiones.

Diagragantum

calidum Nicolai valet tussientibus ex frigido flegmate et non valentibus eijcere asmaticis empticis anhelosis suspiriosis periplemonicis pleureticis: ⁊ ad omnem coarctationem pectoris. stomachum cōfortat: digestionem procurat. ℞.

Dragaganti triduo in aqua temperati lib.j.	Seminis fenu[illegible]ci
Ysopi.	Cinamomi.an̄.[illegible]
Pinearum.	Seminis lini assi[illegible]j.
Amigdalarum mundatarum et excorticatarum.an̄.℥.iij.	Zinziberis.
	Liquiritie rase.
	Succi liquiritie. an̄.℥.j.

¶ Pulverizentur subtiliter pulverizanda: et conterantur conterenda: confice sic dragagantum infusum in aqua per linteolum extorque: et cum lib.ij.℥.viij. mellis cocti vsꝫ ad spissitudinem lento igne semper cum spatula agitando misceatur: deinde addantur pinee amigdale. semen lini ⁊ fenugreci. Ab igne deponat̄: ⁊ puluis suprascriptarum specierū addatur ⁊ vsui reseruetur.

¶ Modus assandi semina lini in eo intrantia talis est. Accipe patellam vel bernacium ⁊ super ignem multū calefacias: postꝗ̄ bene calefactū fuerit remoue ab igne et intus ponas semin[illegible] lini semper mouendo vsꝫquo sint assate. Et si tunc bene assate nō̄ sunt iterum va[illegible]calefiat amotis seminibus: deinde ab igne remoto iterum semina supra ponantur semper mouendo vsꝫquo sint bene assate. deinde reserua: ⁊ s̄m hanc doctrinam omnia alia semina debent assari. Semen lini assatur vt remoueatur humiditas superflua ⁊ viscositas: ⁊ plus assari debet ꝗ̄ alia semina: ideo nota quod o[illegible]nia semina p[illegible] assanda sunt: eo quia aliquod sem[illegible] multum assan[illegible] propter eius viscositatem multam vt semen lini ⁊ p[illegible]dam minus propter eius [illegible]cam humiditatem vt [illegible] anisi ⁊ ozimi ⁊ huiusmodi: quare bene notent arom[illegible]arij.

¶ Confectiones he amare per duos annos conseruantur omnes tyriaca vero magna longiori tempore seruatur: vt in ipsa scripsi.

Diacalamentum

Nicolai dictum est a calamento precipue ad omne vitiū pectoris ⁊ capitis ex frigiditate maxime his, qui sunt in senectute: vꝫ etiam tussientibus ex frigida causa ⁊ quartanarijs: si ex eo vtunt̄ accepto post prādiū et post cenā in sero cū vino: frigiditatē ⁊ dolorem stomachi amputat: ventositatē immaturā excludit: calculos frangit: mēstrua imparat q̄rtanarijs ⁊ quotidianarijs cum duobus scropulis diagredij ⁊ euforbij: idē in modū nucis pōtic ante duas horas accessiōis cū apoziate piganni v. rorie marini sumptū mirabiliter liberat. ℞.

Calamenti siluestris.	Seminis leuistici.ʒ.j.℈.j.
Pulegij.	Seminis apij.℈.j.
Ysopi sicci.	Seminis ameos.
Melanopiperis.i. piper nigrum.	Thimi.
Seminis siseleos.i. siler montanum.	Seminis aneti.
Seminis petrosilij an̄.ʒ.iij.℈.ij.	Cinamomi.
	Zinziberis an̄.ʒ.ij.

Pulverizēt̄ oīa debito mō: ⁊ cū melle.q.s. fiat cōfectio.

¶ Calamētū qd̄ i hac ꝯfectiōe igredit̄ dꝫ eē̄ siluestre: eo q: magis cōfortatiuū ⁊ abstersiu[illegible]st quā domesticum.

¶ In mēse Julij ⁊ Augu. ista sem[illegible]a colligēda sunt. s. semē petrosilij laureole cataputie rute feniculi caulis. milium solis: lactuce: portulace. pastinace rape: ⁊ similiū.

¶ Anetū si simpliciter scriptū reperit̄ semꝑ de semie est intelligēdum non de herba: vt est cōmunis corruptela.

Diacalamentum

Mesue descriptione Galeni conferens ad egritudines frigidas mēbrorum nutritionis: ⁊ ad malitiam digestionis: ⁊ facit penetrare cibū qui non pōt penetrare ad epar ⁊ corpꝰ reliquū: ⁊ est hec eius proprietas: ⁊ cōfert rigori febriū ⁊ emplastratū ⁊ inunctū in spina ⁊ est ex maxime subtiliantibus humores grossos ⁊ viscosos et ex resoluentibus ventositates: ⁊ cōfert singultui vehementi frigido et ventoso vel acetoso: quorū difficilis est resolutio: ⁊ prouocat vrinam ⁊ mēstrua. ℞.

Calamenti montani et fluuialis.	Seminis apij.
Seminis siseleos.i. siler montanum.	Extremitatum alase.i.
	Thimus an̄.ʒ.ij.
	Reisim.i leuisticus.ʒ.vj.
Seminis petrosilij an̄.ʒ.vj.	Piperis nigri.ʒ.xij.
Zinziberis.ʒ.iij.	

Pulverizentur omnia et cum melle.q.s. fiat electuariū: dosis est.ʒ.j.

¶ Calamentum tam montanum ꝗ̄ fluuiale colligendum est in mense Julij: ⁊ exiccandum est in vmbra: exiccatio enim facta in sole operationem eius debilitat: et eo tempore colligitur pulegium.

¶ Quinꝗ de causis medicine miscent̄ simul. Primo vt virtus earum fortificetur: ⁊ hac de causa scamonea miscetur cū medicinis aloeticis ⁊ zinziber cū turbith. Secundo vt cito faciat alias medicinas transire ad locū debitū: ⁊ sic crocus admiscetur auro ⁊ argento. aurum eīm ⁊ argentū sua ponderositate ad intestina descendūt: nec ad venas possunt penetrare: ⁊ crocꝰ facit eas ad cor penetrare. Tertio miscemꝰ vt cito medicina nō trāseat ad venas vt cū volumꝰ epar deopilare ꝑ diuretica: q: illa sunt cito penetrantia ad venas permiscemus aliam medicinam vt rafanum. Rafanus enim habet proprietatem attrahendi humores ad stomachum. Quarto vt vna per aliam debilitetur: et sic miscemus cum violis vel cum cassia fistula mirabolanos. Quinto vt malitiā alterius remoueat: vel impediat vt zinziber cum scamonea: scamonea enim multum debilitat [illegible]tomachum: et zinziber confortat.

Diacodion

Mesue. Et est cōfecto de iecur: ⁊ modus cōfe[illegible]tiōis de iecur s̄m intentionē Galeni ⁊ diacodion purum cōferēs eis quibꝰ ex capite ad pectꝰ ⁊ ad pulmonem subtiles catarri defluūt: et sunt causa tussis ⁊ [illegible]mnietatis. ℞.

¶ Decē capita papaueris albi in q̄bus sit mediocritas inter paruitatē ⁊ magnitudinē ⁊ humiditatē ⁊ exiccationē: ⁊ p[illegible]iciatur super ea sextariū vnū aque: ⁊ sit aq̄ pluuialis. Et si sint humida plusꝗ̄ sicca dimittātur die ac nocte. si sunt sicciora dimittātur plus. Tūc coque ea vsꝫ dū sp̄is cocta sint: ⁊ aque due partes sint cōsumpte. Tunc vero cola succū eiꝰ. Et restat post illud duplex cōsideratio: qm̄ si catarrꝰ subtilis fuerit: ⁊ timetur fluxus eius ad pectꝰ ⁊ pulmonē ⁊ cānā: ⁊ timent̄ vigilie. Oportet tūc vt misceat̄ ex rob quātitas: que sit medietas aq̄ ⁊ coquat̄ suꝑ ignē in quo nō sit flāma neꝗ fumꝰ: sed super prunas tm̄. Et nō cōuenit in hac intētione mel quātum mel est ex habentibus acumē. quare est subtiliatiuum: ⁊ est ꝓpter hoc qd̄ intēdimꝰ. Et quātū est materia subtilis valet ⁊ mel est ex subtiliātibꝰ. Cū aūt plenitudo cōtinet̄ i thorace ⁊ pulmone ⁊ velis medicamē fieri abstersiuū: tunc mel conuenientius est: qm̄ dormire facit=

et materias q̄ sunt in pectore ad expellēdum habilitat. Et quandoqꝫ fit medicamē ex vtrisqꝫ: qn̄ cadūt in occupatione duplicis intētionis. Et est dosis. ℥.j. ⁊ plus ⁊ minus s̄m quod exigit dispositio. Et oportet vt teneat eam patiēs in ore suo: ⁊ traijciatur inde modicū qđ dissoluatur ex ea i saliua. Si aūt velis vt sit retētiuū nature eruptiōis sanguinis a locis qui sunt sup diafragma: ⁊ ab alijs locis manationis ⁊ a partibus viscerum. Tūc ad vnāquāqꝫ libr. ipsiu[s] proijciat acatie rubee hcusisticos croci myrrhe balaustie aā. ʒ.j. ⁊ ramich. ʒ.iiij. ⁊ administretur. Et sunt q̄ ponūt inde iacur puro loco mellis penidias. Et sunt q̄ ponūt zuccarū. Et qn̄qꝫ exigit dispositio egritudinis q̄ est multe caliditatis ⁊ acuitatis vt fiat medicamen ex papauere nigro ⁊ sint ex capita vsqꝫ. 50. Et quandoqꝫ ex albo et nigro. Et loco mellis ponitur zuccarum aut penidie.

Diaspoliticon de speciebus grossis. Aui. in. v. li. ⁊ vocatur diaciminū grossuz facit ad ventositates frigidas ⁊ satietatē nauseatiuā et resoluit ventositates: ⁊ cōfert ei qui nō digerit cibū cuiꝰ hec est pmixtio. ℞. Baurach. id est sal nitrum partē mediā. Cimini carmeni infusi i aceto ⁊ torrefacti. Piperis albi. Pipis longi. Foliorū ruthe omniū aā partem vnā. Et hoc quidē fit s̄m duas descriptiōes: quādoqꝫ em̄ fit ex partibus equalibꝰ in omnibꝰ suis compositionibus s. cimini pipis ruthe ⁊ baurach: ⁊ iste modus soluit naturam valde: ⁊ quandoqꝫ pmiscetur de speciebꝰ reliqs q̄titas equalis: ⁊ de baurach medietas huiꝰ quantitatis et eligitur de cimino carminum ⁊ infundit̄ in aceto forti: deide torrefit et sit piper albū. ⁊ illud ideo quoniā ipsuz cōfortat stomachū plusqꝫ due alie species. s. piper longum ⁊ piper nigrū: ⁊ hoc est illud qđ nō est paruū. vcꝫ contractū. ⁊ em̄ eius cortex est grossus. immo est ex illo qđ dicit̄ grauis ponderis ⁊ eligatur de eo magnū ⁊ sanū ⁊ baurach: fiat ergo medicina ad illū cuius natura retinet cū baurach dico nitrum naurnacon ⁊ est rubeū: ⁊ quando feceris ipsam ad illū: cuiꝰ natura est soluta administrabis baurach aliud: ⁊ sit illud quod de eo proijcies medietas quātitatis vniuscuiusqꝫ medicinaꝝ quas diximus ⁊ folia ruthe iterū. Sint ergo sicca cum mensura: ⁊ illud ideo qm̄ si exiccentur vehemēter sunt calide cōplexionis: ⁊ est calefactio eorū vltra mēsurā: et si nō exiccent̄ vehemēter remanet in eis hūiditas superflua que non cōsequit̄ vltimationē digestionis: quapropter nō destruitur eius inflatio i aliquo. Et he quatuor spēs quādoqꝫ permiscentur cū melle dispumato: ⁊ quādoqꝫ nō permiscent̄ cū aliquo ⁊ reseruātur per se absqꝫ melle. Cū ergo ipse sunt necessarie proijciātur i aqua ordei: aut in cibo alio cōueniente: ⁊ hec medicina sumit̄ sola, ante cibū ⁊ post cibū: ⁊ illa permiscetur cum melle dispumato ⁊ magis cōueniēs in hac dispositione: ⁊ illđ ideo qm̄ ipsa destruit inflationē oino: ⁊ oportet iterū vt sit mel bonū quādo nō est necessariū vt sit hec medicina nisi fortis in resoluēdo ventositatem: ⁊ euacuet cū fortitudine: ⁊ opꝫ vt scias q̄ qn̄ vis vt sit eiꝰ euacuatio plus cōtritio medicinarū non subtilis sꝫ grossa. ⁊ illud ideo qm̄ scio hominē q̄ cōtriuit hāc medicinā ꝯtritiōe vltia. qm̄ nō seruauit illud qđ ego dixi quare nō soluit naturā oino: imo ꝑprouocauit fortiter: ⁊ venit ad nos mirās et querens de causa in hoc. ⁊ illud ideo quoniā ipse existimabat q̄ in corpore illius viri esset proprietas que esset in causa in hoc quod accidit: postqꝫ ego feci scire eū q̄ causa in illo esset dispositio compositionis eius tunc composuit eam sicro sicut precepi ei ⁊ completa est eius operatio: et oportet vt seruetur determinatio in compositione reliquarum medicinarum.

Dianisi Mesue valet ad ventositatē grossam ⁊ frigiditatem que est in stomacho ⁊ tussi diurne: cuius permixtio. ℞.

Semis anisi. ʒ.xx	Piperis longi.
Liquiritie rase.	Calamenti montani.
Masticis aā. ʒ.viij.	Piretri.
Carui. i. semen	Cassie lignee aā. ʒ.ij.
Macis.	Hcil. i. cardamomum maius
Galange.	
Zinziber.	Gariofilorum.
Seminis feniculi.	Cubebarum.
Cinamomi aā. ℥.v.	Croci.
Piperis albi.	Spice aā. ʒ.j.ſ.
Piperis nigri aā. ʒ.ij.	Zuccari. ʒ.xvj.

Puluerizentur ista satis subtiliter: ⁊ cū melle dispumato quantum sufficit fiat confectio: dosis est. ʒ.ij.

¶ Notandum est quod in electuarijs de melle ⁊ zuccaro semper in eis species aromatice ponende sunt post earum aliqualez infrigidationē: quia si ponerentur melle vel zuccaro existente adhuc ad ignem vt quidam faciunt virtus aromatum perderetur.

¶ Feniculi ⁊ anisi cū simpliciter scriptū reperiunt̄ i cōfectiōibus vel electuariis de ipsorum seminibꝰ est intelligendum: cum ea magis ad vsum medicine cōueniāt.

Diatrion pipercon Mesue descriptione cōmuni quod calefacit stomachū ⁊ ventrē: ⁊ remouet dolorē eius ex humiditate flegmatica multa et cruda: et mūdificat eum ab ipsis: ⁊ valet cōtra acerbos ructus: ⁊ digestionem prouocat. ℞.

Piperis albi.	Amoni.
Piperis nigri.	Cinamomi aā. ʒ.j.
Piperis longi aā. ʒ.v.	Cassie lignee.
Zinziberis.	Seminis apij.
Hase. i. thimus.	Siseleos. i. siler montanū
Anisi. i. semen aā. ʒ.ij.	Assari. i. radicum.
Spice.	Radicū enule sicce aā. ʒ.ſ.
Seminis ameos aā. ʒ.j.	

Mellis quantum sufficit: ⁊ fiat confectio. dosis eius est ʒ.j. vsqꝫ ad ij.

¶ Pipe[...]ū, nō est illud qđ est paruū ꝯtractū: ⁊ quod habet corticē grossum. Sed est illud qđ est magnū grauis pōderis sine cōtractione subtilissimi corticis. Et illđ plus confert stomacho quam due alie species.

¶ Enula debet esse sicca: eo quia maioris est desiccationis quam quando est recens.

¶ Cassia qn̄ in libris auctorū reperit̄ absolute scripta cōsiderāda est si cōpositio illa in qua intrat est solutiua vel lenitiua: ⁊ tunc debemꝰ ponere cassiā fistulā. Si autem nō est solutiua nec lenitiua: sed calefactiua ꝯfortatiua vel operatiua opilationū. tunc debemꝰ ponere cassiā lignea: ⁊ hoc sit de gn̄ali regula ⁊ documēto.

Diacurcuma magna Mesue cōferens ad egritudines antiquas hydropisi iuuamētum manifestum: ⁊ eradicat egritudines epatis: et cronicas que iam indurate sunt: et confert ad febrietatem caloris et corruptionis stomachi et humiditatē frigidam et ventositates grossas in eis ⁊ dolori renum et vesice: ⁊ vrinam prouocat. ℞.

Croci.	Carpobalsami.
Radicum assari.	Rubee tinctorum.
Seminis petrosilij.	Succi absinthij.
Seminis dauci.	Succi eupatorij.
Seminis [a]n[i]si.	Olei balsami aā. ʒ.iiij.
Seminis apij aā. ʒ.iiij.	Calami arom[atici].
Rauedi[...]ni. i. reubarbari.	Cinamo[mi aā]. ʒ.j.ſ.
Meu.	Scord[ij. i.] Alleū siluestre
Spice nardi aā. ʒ.vj.	Sc[olo]pendrie.
Costi.	Succi liquiritie aā. ʒ.ij.ſ.
Myrrhe.	Dragaganti. ʒ.j.
Cassie lignee.	
Squinanti. ʒ.ij.	

Puluerizentur omnia subtiliter: ⁊ cum melle quantum sufficit fiat electuarium: dosis est. ʒ.j. vel. ij.

¶ Dicit̄ diacurcuma q̄ color assimilatur curcume: vel dicitur a croco: q̄ crocus apud grecos đr crocuz: q̄ in ea ingreditur in bona quātitate. Et q̄ vocabulū est corruptū dicūt diacurcuma. Sed debet dicere diacrocon.

¶ Insuper nota qđ oēs medicine cōfortātes epar: ⁊ valentes epati debent bene teri ⁊ subtiliter cribellari.

¶ Balsamus est liquor emanans a stipite illius arboris selli et dicitur opobalsamum.

¶ Oleum quod ponitur loco balsami: ⁊ est nobilius secundum Guilelmum placentinum. ℞.

Myrrhe.	Nucis indie. ʒ.iiij.

Carpobalsami.i.semen bal-	Ipericon.i. perforata.ʒ.ij.
sami añ.ʒ.iiij.	

Terantur grosso modo: ⁊ misceantur cum.ʒ.v.olei vel ʒ.j.ʒ.iiij.terebentine siue largati ⁊ in fine addatur musci.gra.v.Ambre.gra.iij.olei de lateribus.ʒ j.hoc enim loco balsami potest poni in omni loco:facit enim operationes vt balsamus.Istud oleum maxime sm istam descriptionē potest;poni in omni loco vbi balsamus ingreditur:⁊ sm intentionem Guilelmi facit operationes vt balsamus:verum ipse Guilelmus describit duas alias descriptiones olei quod;ponitur loco balsami:sȝ sm intentionē suā ac modernorū doctorū ex illis trib⁹ hec est nobilior:sed ipse Guilelm⁹ non ponit qualiter ipm oleū debeat componi:verū est q in secūda descriptione melius docet:⁊ est q oīa bene terantur ⁊ malaxentur:deinde in mortario ⁊ ponantur in vase alembici ⁊ distillentur vt aqua rosata.Secunda recepta est posita in diacurcuma magna Mesue prout videre poteris.

Dialaca magna Mesue conferēs ad debilitatem stomachi epatis et egritudines frigidas factas in eis.Opilationes epatis aperit ⁊ omnem duritiem resoluit:lapidē,renum et vesice frangit: vrinā,prouocat:⁊ est ad idropisim'et catesiā medicina sublimis.℞.

Gummi lace ablute.	Spice,nardi.
Rauedseni.i.reu-	Masticis.
barbari.añ.ʒ.iij.	Seminis apij.añ.ʒ.j.c.
Timarum squinanti.	Radicum assari.
Absinthij.	Aristologie rotunde.
Succi eupatorij.	Gentiane.
Seminis ameos.	Croci.
Sauine	Cinamomi.
Amigdalarum amararū	Ysopi sicce.
Costi amari.	Cassie lignee.
Mirrhe.	Cimarum squinanti.
Rubee tinctorum.	Bdelij añ.ʒ.j.ƒ.
Seminis feniculi	Piperis nigri.
Seminis anisi.añ.ʒ.j.ƒ.	zinziberis.añ. ʒ.j.

Infunde bdelium ⁊ mirrhā in vino:cetera tere subtiliter ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ colato q̄tum sufficit:fiat.dosis est aur.j.vsq aur.ij. Modus lauandi lacā ponitur a pandectis in capitulo proprio de laca in hūc modum.tere gummā lace ⁊ laua illā in mortario postq bene pistata fuerit ⁊ lauationib⁹ pluribus ex aqua fontis in qua bulliant aristologie longe et squinanti. ana partes equales.⁊ tandiu lauetur cum hac aqua q clarescat semper cum pistello agitando:deinde dimittatur residere:post[illegible] coletur aqua:et in vmbra permittatur desiccari que desiccata reseruetur:⁊ hic est mod⁹. Et ex ista lotione laca acquirit subtilitatem et ap[illegible]tionem maiorem.

¶ Medicinaruȝ ablutio fit quinq de causis. Primo vt acuitas que in medicina est auferat:⁊ hoc modo abluitur calx.Secundo vt sordes remoueatur ⁊ abijciatur: ⁊ hoc modo abluitur oleum. Tertio vt possint melius co[illegible]et hoc modo abluitur tutia.Quar[illegible] vt eius malitia a[illegible]tur.⁊ hoc modo lauat lapis lazu[illegible] vt remoueatur qu[illegible]rtus nauseatiua:et cōpressiu[illegible] sola remaneat. Quin[illegible]acq̄rat maiorem subtilitatē: ⁊ hoc mō lauatur laca que efficitur subtilior ad aperiendum.

Diasatirion Mesue secūde descriptiōis ista est in vsu ⁊ vocatur cōfectio testiculorum vulpis et est melior quam prima faciens erectionem virge et multiplicans sperma et desiderium;coeundi.℞.Secacul albi et mundi elixati in aqua cicerum: quorum eiecta fuerit prima aqua.lib.j.Satirion.id est testiculi vulpis.ʒ.viij radicis rafani.ʒ.iij. Lusplani id est serpentaria vel dragontea.ʒ.ij.terantur ⁊ fundatur super ea lactis vaccini aut ouium q̄titas que supernatet duobus digitis et olei sisamini ⁊ butiri vaccini recētis.añ.ʒ.iiij. et coque cum facilitate vsq ad spissitudinem:et si adhuc radices nō bene decocte sunt fundantur super eas ex lacte et oleo et butiro vsq dum perfecte decocte sint ⁊ prius hec infunde super hoc totū mellis boni et dispumati lib.vj.Succi cepe humide lib.j.ƒ. decoque omia simul vsq ad perfectam coctionem:tūc enim depone ab igne et proijce super ea puluerem cui⁹ permixtio hec est. ℞.

Caudarum stinci cum renibus et sumine.ʒ.viij.	Seminis nasturcij.
	Cinamomi.
Seminis eruce.	Piperis longi.
Zinziberis.	Baucie.i.semē pastinace domestice.
Been albi.	
Been rubei.	Sem[illegible]is napi.
Lingue auis.i.semen	Sem[illegible]is sparagi.
frascini.añ.ʒ.iiij.	Seminis sinapis añ.ʒ.iiij.

Et conficiatur cum eis.vltimum vero ponatur in medicamine pinearum mundatarum. libr.j.ƒ. Fisticorum mundatorum.ʒ.x.Cerbelorum passerum.ʒ.ij.Conficiātur omnia bene et aromatizentur cum.ʒ.j. boni musci et vsui reserua.Hec;confectio est illa qua nos vtimur et maxime secundum istam descriptionem. Nicolaus in suo antidotario habet vnam aliam descriptionem:sed non fit apud nos.

¶ Secacul sm modernos est sigillum sancte Marie et non iringus vt quidam herbolarij volunt:quare Serapio aliud,capi.facit de secacul:aliud de iringo. Preterea vide serapionem in.vij.capi.de conditis qui inquit: quod secacul est radix sicut zinziber: et asportatur ex india: et fit ex eo ingiba dum est recens:et sic est secundum veritatem quod secacul secundum modernos habet radicem similem zinziberi:⁊ hec est que nostro idiomate vulgariter zonozello vocatur in partibus nostris et in multa quantitate reperitur.

¶ Cicer sm Serapionem ex auctoritate Gal. Ciceruȝ tria sunt genera:sunt enim alba ⁊ nigra ⁊ est alia species que dicitur kersenne ⁊ circa minuta que dicuntur kersenne sunt alba ⁊ assimilantur orobo et nigra nominantur chubes. ⁊ Plin.inquit arietinum ciceris genus quod,capiti arieti assimilatur quod ceteris magis diureticum creditur esse.⁊ agreste est erraticum ⁊ columbinum qd aliqui venereum dixerunt candidum rotundū leue arietino minus.Cicer erraticum apud Diascoridē vocatur a quibusdā serpilium.Galenus in sexto de simplici inquit cicera sunt species leguminum.

¶ Testiculi vulpis sunt satirion. Diasco.de satirione tria capitula facit sub litera satirion.⁊ alij capitulū de orchis:⁊ ibi ponit duas species qd etiam inter species satirionis sunt in numero:⁊ hoc apud Auicē.vocatur testiculi canis alij cinosorchi.i.canis testiculi.

¶ Quare prima aqua ciceris abijciatur:⁊ in secunda lauantur satirion ⁊ secacul.est qr prima est abstersiua prohibēs inflationē ⁊ ventositatē generari secunda vero est multū ventosa ⁊ inflatiua ⁊ cōportatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra.

¶ Stinc⁹ est quoddā aīal simile lacerte degēs in ripis aquarum iuxta flumē nili.In hac cōfectione pro oī lib. j.Mellis cocti ⁊ dispumati ponende sun[illegible].ʒ.iij. specierū cribellatarū.Si habere dȝ virtutē a Mesue scriptam.

¶ Iringus et,tassus barbassus colligendi sunt in mense Octobris.

¶ Incidenter hic notandū est q hoc electuariū duplici ratione solet dari [illegible]minib⁹:primo exhibet corporib⁹ exiccatis ad humect[illegible]ū:⁊ tūc debem⁹ exhibere de eo ʒ.ƒ.in mane p horas quatuor vel duas ad minus ante prandi[illegible]atur ⁊ secundo ad augmentum coit⁹ ⁊ virilis mēb[illegible] erectionē:⁊ tūc ipm exhibere debemus vespere ante cenam per duas horas cum modico vini subtilis et odoriferi.Cōplectio dicti electuarij est temperata inter calidum ⁊ frigidū:humida tamē ad sm gradum.

Diairis de melle Nicolai dicitur a radice illa que ireos appellatur:prodest dismoicis arteriaticis tussientibus:vocem perditam restaurat si fuerit ex frigiditate:cuius permixtio. ℞.

Yreos.ʒ.j.	Cinamomi.
Pulegij.	Zinziberis.
Ysopi.	Piperis añ.ʒ iij.
Liquiritie rase añ.ʒ.vj.	Caricarum.i.ficuum.
Dragaganti.	Carnium dactilorum.

Amigdalarum. Passularum añ.ʒ.iiij.ß.
Pinearum añ.ʒ.iij. Storacis rubee.ʒ.ij.℈.j.
Pulverizentur pulverizanda subtiliter omnia: et cum melle dispumato ⁊ cocto fiat confectio: dosis est a.ʒ.ij. usq; ad.ʒ.iiij.

¶ Ysopi si simpliciter scriptũ reperiatur de herba sicca est intelligendum: ⁊ in umbra exiccandum est ⁊ nõ solũ ipsum: sed oẽs herbe aromatice. Sol enim aromaticitatem illam resolvere fa[...] ⁊ virtutem destruit.

¶ Pinee ⁊ amigdale si sint recentes antequam in confectionibus ⁊ electuarijs pectoralibus ponantur semper debẽt purgari: ut supra ostẽsum est: aliter rancitas sua nocet pectori ⁊ tussim provocat: quare bene notent aromatarij in hoc: ⁊ advertant.

Diapenidion dicit̃ a penidijs q̃ ibi itrãt plusq̃ de alijs speciebꝰ ẜm Nicolaũ valet contra omne vitium pulmonis et tussis ⁊ ad raucedinem vocis factam ex siccitate ⁊ tussientibus periplemonicis et pleureticis. ℞.

Penidiorum.ʒ.xvj.ß. Dragaganti.
Pinearum preparatarum et mundatarum. Gummi arabici.
Amidi.
Seminis papaveris albi ana.ʒ.iij.℈.j. Seminis citruli.
Seminis melonis.
Gariofilorum. Seminis cucurbite mũdatorũ.
Cinamomi. Seminis cucumeris.
Zinziberis. añ.ʒ.j.ß.gra.viij.
Succi liquiꝛ añ.ʒ.j.ß.
Canfore tertiã partem unius scrupuli. Syrupi violati quantũ sufficit: pulverizentur subtiliter pulverizanda ⁊ cõterantur cõterenda: deinde cõfice sic. In.li.j.℥.iij.aq̃ violarũ bulliant donec aqua aliquantulũ inficiat̃: postea coletur: et colature addatur lib.j.zuccari ⁊ bulliat donec incipiat inspissari. Tunc addant̃ pinee et quatuor suprascripta semina unũquodq; per se bene contusum cũ spatula semper movendo. Deinde addant̃ penidij subtiliter pulverizati ⁊ cũ liquefacti fuerint. Illud grossum qđ supernatat cũ catia dispumetur: ⁊ iterũ in mortario proijciatur: ⁊ bene terendo cõmiscendo ad ultimũ pulvis suprascriptarum cũ suprascripto syrupo in mortario semper agitando moveatur: donec incorporetur: demum reservetur in vase vitreato.

Diaolibanum Nicolai ⁊ dicitur ab olibano qđ ibi ponitur: lachrymas oculorũ potenter cõstringit: dolorẽ emigraneũ ⁊ cilliũ.sanat.fauces reumaticis ⁊ arterias lenit emoptoicis ⁊ tussientibꝰ medet̃: vomitũ cõpescit dolorẽ stomachi nauseã aufert peripleumonicis pleureticis subvenit: gomoream et satiriasim emendat: et menstrua sanguinis sistit. ℞.

Castorei. Radicum peonie.
Opij thebaici. Macropipis.i.pip longũ.
Jusquiami.a[n]̃.ʒ.iiij. Storacis calamite.
Cassie fistule.ʒ.ij.℈.ij. Mirrhe.ana.ʒ.j.
Folij. Spice.
Croci. Piretri.
Thuris.añ.ʒ.j.ß. Euforbij.
Reupontici. Leu[co]pipis id est pip album.
Amomi.ana.ʒ.j.℈.ij. añ.[ʒ].ij.ß.
Pulverizentur subtiliter omnia: ⁊ cum melle quantum sufficit fiat confectio in bona forma.

¶ De iusquiamo cum scriptum reperitur se[mp]er de semine et non de herba est intelligendum: herba enim maioris est venenositatis q̃ sit semen.

¶ Peonia si simpliciter scribitur de radice est intelligendum: cum illa magis usui medicine conveniat q̃ folia vel semina.

Diacori Mesue in capitulo egritudinis nervorũ. Et est ꝯfectio cõditi ad egritudines nervorũ frigidas mirabilis. ℞. Secacul. Pinearũ mundatarũ. Radicum acori.añ.li.j.ß. Et sint secacul et acori elixata et expressa: et misce cũ eis preter pineas mellis dispumati lib.x. et decoque lento igne usq; dum spissitudinem acquirant: deinde deponatur ab igne: ⁊ proijciãtur super ipsum pinee ⁊ misceãtur adinvicem. post hoc pulveriza super ea piperis.℥.j.

Piperis longi. Nucis muscate.
Gariofilorum. Galange.
Zinziberis. Cardamomi ana.ʒ.iij.
Macis.ana.ʒ.iiij. Dosis eiꝰ est.℥.j.mane ⁊ sero.

Diamorution Mesue est medicina multarũ utilitatũ: sicut diacurcuma magna ⁊ experta ⁊ efficax nimis ⁊ proprie ad dolorem stomachi propter frigiditatẽ factum ⁊ humorem crudũ ⁊ ad egritudines splenis ⁊ epatis.et cronicas factas in ipsis propter hydropisim. ℞.

Croci. Seminis anisi.
Radicũ acori.añ.ʒ.j. Cordumeni.i.carui agreste.añ.ʒ.j.
Mirrhe.ʒ.iij. Spice.
Baccarum lauri.ʒ.ij. Mente sicce.
Dauci. Marmacur.i.marubiũ in pandectis.
Cinamomi.
Cassie lignee. Ameos.
Cimini carmeni. Costi.
Carpobalsami Piperis longi.
Florum squinanti. Piperis albi.
Seminis apij.añ.ʒ.j. Piperis nigri ana.ʒ.j.
Mellis dispumati ⁊ colati quantum sufficit: ⁊ fiat confectio dosis eius est.ʒ.j.usq; ad.ʒ.ij.

Diacostũ Mesue valet ad dolorem viscerũ ⁊ opilationum in eis ad principium ydropisis. ℞.

Costi amari.
Rauedseni.i.reubarbarũ.ʒ.iij.
Cassie lignee[...] Radicum assari.ʒ.iiij.
Cinamomi [...]a.ʒ.v. Croci.
Seminis a[...]j. Aristologie.
Seminis [...]si. Mirrhe.ana.ʒ.ij.
Simarum squinanti.añ.ʒ.iij. Mellis qđ sufficit: et fiat confectio.

Diasulfur Mesue confert febribus antiquis et melancolicis flegmaticis et constrictioni anhelitus ⁊ antique tussi ⁊ eis qui habent pectus saniosum: ⁊ confert iuvamentum manifestum ad duritiẽ splenis et ydropisim: ⁊ provocat urinam et frangit lapidem: et cõfert morsui venenoso ⁊ eis qui timent potasse venenum. ℞.

Piperis albi. Agreste.ʒ.viij.
Piperis longi añ.ʒ.vj. Ruthe.
Sulfuris citrini. Costi añ.ʒ.vj.
Thuris. Opij.
Meu. Corticum m[an]dragore añ.ʒ.iiij.
Jusquiami albi. Croci.ʒ.ij.ß.
Mir[rh]e. Cassie lignee.ʒ.v.
Storacis calamit. Cordumeni.i.carui añ.ʒ.viij.
Confice cum melle dispumato: ⁊ utere post ser.menses. dosis eius est a.ʒ.ij.usq; ad.ʒ.iij.

Diacubebe confectio in thesauro pauperum in ca.de opilatiõe epatis: ⁊ i usu [...]a paucis diebus [...]ra. ℞.

Cubebarum. Quatuor semi.maiorum [...]orũ.
Ozimi [se]men añ.ʒ.iiij.ß. Spodij.
Sand[al]orum alborum. Rasure [...]s añ.ʒ.j.ß.
Sandalorum rubeorum. Se[min]is endivie.
Sandalorũ citrinorũ.añ.ij.ß. Seminis portulace añ.ʒ.j.
Pistentur omnia subtiliter ⁊ cum zuccaro quãtũ sufficit fiat electuarium ẜm artem tibi ostensam.

¶ Addẽdo in hoc electuario in magistrale reubarbari electi infusi.ʒ.iiij. ⁊ misceatur in suprascripto electuario arte ⁊ ingenio ne virtus infusiõis reubarbari huius deperdatur.

Diareubarbarum Nicolai valet ad defectionem epatis ⁊ opilationem eius ⁊ vẽtositati viscerum et digestibilitati. ℞.

Costi. Radicum assari.
Croci. Mirrhe.
Cinamomi. Aristologie lõge ⁊ rotũde.
Spice inde añ.℥.j. Squinanti añ.ʒ.iiij.
Cassie lignee.ʒ.iiij.
Reubarbari.elec.ʒ.iiij.
Mellis quantum sufficit: ⁊ fiat confectio.

Diapapauer Nicolai dicit a papauere albo: qꝛ intrat: valet contra vitium pectoris ꝛ pulmonis: cuius permixtio. ℞.

Succi liquiritie.	Seminis cucumeris.
Dragaganti.	Seminis cucurbite.
Gummi arabici.	Seminis lactuce:
Seminis papaueris albi.	Seminis malue añ. ʒ.j.
Penidiũ. añ. ʒ.vj. ℈.ij.	Amidi.
Amigdalarum. ʒ.ij. ℈.ij.	Seminis cytoniorum.
Seminis melonis.	Seminis portulace.
Seminis citruli añ. ʒ.j.	añ. ʒ. ℈.ij.

Syrupi violati quantum sufficit: ꝛ fiat confectio.

Diacori magistralis valet ad paralisim: epilepsiam ꝛ torturam oris ꝛ ad friditatem stomachi: ꝛ ad omnem passionem corporis ex causa frigida: cuius permixtio. ℞.

Acori sicci ꝛ mundi. ℥.iij.	Aristologie longe.
Zinziberis.	Nucis muscate.
Piperis longi.	Gariofilorum.
Piperis nigri añ. ℥.j.s.	Cinamomi.
Seminis peonie.	Galange.
Radicum peonie.	Galange.
Radicum peonie.	zedoarie.
Carui.i.semen.	Castorei añ. ʒ.iiij.
Seminis ameos.	Seminis ozimi.i.semẽ basiliconis.
Sticados citrini.	Ysopi sicce.
Saluie.	Piretri añ. ʒ.ij.
Petrosilij.i.semen.	Ruthe añ. ʒ.iiij.

Pulueriʒẽtur oĩa subtiliter: ꝛ cũ li.v. ʒ.[illegible] mellis cocti ꝛ dispumati fiat confectio in bona forma [illegible]sis est. ℥.j.

Diacatolicum laxatiuũ in Nico[illegible] maiori vniuersaliter põt dari [illegible] oib⁹ egritudinib⁹ in quibus est fienda quasi vl'r solutio ventris: datur ꝛ sanis ꝯstipatis ad ꝯseruationẽ sanitatis. daĩ indifferẽter añ cibũ ꝛ post sine nutritione alicui⁹: purgat melancolicam coleram ꝛ flegma: mũdificat sanguinem: et expellit vẽtositates vẽtris ꝛ pectoris: ꝛ lenit intestina. ℞.

Foliculorum sene.	Liquiritie rase.
Cassie nouit extracte ꝛ mũde.	Penidij.
Tamarindorum añ. ℥.ij.	Zuccari candi añ. ʒ.vj.
Reubarbari.	Seminis anisi.
Violarum añ. ℥.j. alibi. ℥.j.s.	Seminũ cõmuniũ añ. ʒ.iiij.
Zuccari lib.ij.	Polipodij. ℥.j.

¶ Fac hoc modo. cassia ꝛ tamarindi extrahant ꝛ cum modico alteri polipodio: ꝛ fiat decoctio: ꝛ extrahatur cassia ꝛ tamarind[illegible] cetera pulueriʒẽtur. ꝛ cum lib.ij. zuccari fiat electuarium in bona forma. Species electuariorũ solutiuorum sunt grosso modo conterende: ꝛ per setatiũ rarum transiri debent: ꝛ non solum electuaria solutiua: sed ꝛ confectiones solutiue: vt diarob ꝛ diacartamum: ꝛ grossa hec pulueriʒatio duplici causa fit. Primo vt diu in stomacho maneant: ꝛ ibidem diu operẽtur. Secundo vt virtus ei⁹ cito nõ euanescat: ꝛ ne sua subtilitate ad membra trasirent: qꝛ maxi[illegible]m nocumẽtu[illegible]ducerent: vt supra declaraui.

¶ Me[illegible]solutiue dicuntur: eo qꝛ habent [illegible]ruptos humores [illegible].i. educere et euacure.

Diasene [illegible] dicit a sene que ibi recipit plusq̃ de alijs speciebus: valet ꝓprie melãcolicis cardiacis tristibus: Cuius permixtio.

Foliorum sene. ℥.iij.	Lapidis lazuli amborum
Auellanarum assatarũ. nu.l.	lotorum. ʒ.ij.
Serici combusti. ʒ.ij.	zuccari. ℥.vj.
Lapidis armeni. ʒ.j.	Sinamomi. ℥.j.
Gariofilorum.	Cardamomi scꝫ maioris ꝛ minoris.
Galange.	Croci.
Piperis.	zedoarie.
Spice.	Florũ roris marini.
Ozimi.i. semen basilici.	Macropiperis.i. piper lon.
zinziberis.	
Folij. ana. ʒ.ij.	ana. ʒ.ij.

¶ Pulueriʒentur omnia subtiliter: et cum lib.ij. mellis colati ꝛ dispumati fiat electuarium in bona forma hoc modo. Auellane subtiliter conterantur: deinde ad bulliendum cum melle ponantur semper spumam a melle amouendo: post vero aliqualem coctionem mel remoueatur ab igne: ꝛ species ponantur.

¶ Lapis lazuli ꝛ lapis armenus hoc modo lauantur: terant ambo per se subtilissime: deinde accipe mortariũ lapideum: ꝛ proijce ipsoꝝ alterũ ꝛ aquã clarã in eo: ꝛ cũ pistello agitando simul misceantur: ꝛ hoc facto ꝑ aliquod temp⁹ permitte residentiã facere: ꝛ primã aquam abijcias: ꝛ sic ter facies semper aquã innouãdo: postea loco aq̃ clare accipias aquã ro[illegible]tã: ꝛ sic facias vt de eorum aqua dixi. Et tñ cũ dicta [illegible]qua lauẽtur q̃ aqua remaneat clara: ꝛ tunc ipsorum perfecta erit lotio: sed per se conteri debent et lauari.

¶ De serico vero qđ scriptũ est q̃ apponatur in medicinis cordialibus pro cõfortatiuo cordis nullo mõ, debet cõburi: sed minutissime incidi ꝛ teri. Quod vero ponitur in medicinis ad materie cõsumptionẽ vt in hoc electuario ponitur: tunc comburendũ est: modus combustionis positus est supra in diamusco dulci.

Diafinicon Mesue confectio de dactilis vacatur cõferens ad febres cõpositas ꝛ cronicas: ꝛ est medicina securitatis. cõfert ad colicã ꝛ dolorẽ ventris ꝛ humorem crudũ ꝛ frigora ꝛ est solutiuũ facile ꝛ cõueniẽs. ℞. dactyloꝝ heyron infusorũ in aceto trib⁹ dieb⁹ ꝛ noctibus. ʒ.c. siue dragmas centũ. Penidiorum sichari.i. facti de zucaro albo infuso in aqua decoctionis ordei. ʒ.l.

	Cinamomi.
Amigdalaꝝ mũdataꝝ. ʒ.xxx.	Macis.
Turbith. ʒ.xxxv.	Ligni aloes.
Scamonee preparate. ʒ.xxij.	Seminis anisi.
Zinziberis.	Seminis feniculi.
Piperis longi.	Seminis dauci.
Foliorum ruthe siccorum.	
Galange. añ. ʒ.ij.s.	

Conterãtur subtiliter dactili penidij ꝛ amigdale. cetera vero pulueriʒẽtur non multũ subtiliter. Mellis dispumati et colati q̃tum sufficit: ꝛ fiat electuarium.

¶ Dactili heyron dicunt heyron ab illa regione in qua dactili multũ abũdant: ꝛ qui in ea nascuntur sunt meliores oib⁹ alijs aliarũ regionũ. Alij vero dicunt qđ est vna maneries dactilorum que melior est. quemadmodũ sunt pruna damascena que meliora sunt alijs prunis: ꝛ vna ꝛ altera opinio bona est.

¶ Penidij et dactili in hac cõpositione ponuntur vt inuiscent ꝛ ingrossent medicinas solutiuas: ne ad longinqua penetrent: ꝛ hac de causa ponuntur in hac compositione a mesue et in omnibus alijs medicinis solutiuis in quibus ponuntur.

¶ De hac cõpositione varia reperitur litera: ꝛ paucissimi sunt aromatarij qui vsq̃ adeo cõpositionẽ hanc rite cõposuerint ob litere varietatem: reperio em̃ in aliquib⁹ Mes. scriptũ siari. in alijs sian: in alio siati: in q̃busdã sachari: ꝛ alijs sychari: ꝛ i alijs sychari [illegible]ari: q̃ oẽs corrupte sunt ꝑter illã q̃ penidiarũ sihari dicit ꝛ multipliciter exponitur. Quidam em̃ dicunt qđ penidij sihari sunt penidij facti ex zuccaro illi⁹ ꝓuincie. ꝛ qđ sihari est ꝓuincia: et hec falsa est. Alij dicunt qđ sunt penidij qui fiunt ex zuccaro prius infuso in aqua ordei: cũ sier idẽ sit qđ ordeum: et tunc illo[illegible] facti sic appellandi sunt magis q̃ lenitiui sunt ꝛ abstersiui minusq̃ viscosi ꝛ opilatiui. Alia expositio est q̃ sihari idẽ est quod solidi albi et leues: ꝛ [illegible] fiunt ex bono zuccaro: ꝛ due he opilationes bone sunt. sꝫ scđa magis ad mẽtem doctoris: ꝛ fuit ꝛ est mea opinio. Igitur cũ cõpositionẽ hanc facere vis. Accipe zuccarũ album et infunde in aqua decoctionis ordei per horas sex: deinde zuccarum coque illa in aqua ꝛ penidios fac et habebis perfectam ꝛ veram descriptionem diafiniconis ꝺm autoris mentem.

¶ Penidij fiunt ex zuccaro solido vltimate decocto et ex longa et continua ductione ꝛ manibus pertractatione dealbantur ꝛ de bono zuccaro faciendi sunt non de puluere zuc. vt quidam faciunt aromatarij.

¶ Diafinicon dicitur a fenichijs id est dactilis de quibus plus intrant quam de alijs medicinis: basis tamen non sunt in hac medicina. Sed turbith et scamonea sunt basis.

Diaprunis non solutiui Nicolai. et dicitur diaprunis siue diamuscũ: qꝛ pruna damascena ibi intrant. valet proprie acutas patientibus ⁊ peracutas maxime causon ⁊ sinoche in principio augmento et statu egritudinis. ℞. prunorũ damascenorũ quãtitatẽ quã volueris nõ perfecte maturatorũ: sed ꝓpinquorũ maturationi aque clare qꝺ possint bullire: coque donec molescant: deinde pone ad cribrũ vt trãseat et superius remaneãt ossa ⁊ cortices. in aqua ꝟo decoctionis dictorũ prunorũ adde violarũ. ℥.j. ⁊ bulliant iterum: deinde cola dictã decoctionẽ ⁊ syrupiza cũ lib.ij. zuccari in quo superpone de pulpa prunorum lib.j.

Cassie nouiter extracte.	
Tamarindorum. ana. ℥.j.	

Coque totũ vsqꝫ ad mediocrẽ spissitudinẽ semper cũ spatula agitando: postea adde hos pulueres. ℞.

Sandalorum alborum.	Berberorum.
Sandalorum rubeorum.	Succi liquiritie.
Spodij.	Dragaganti. añ. ʒ.ij.
Reubarbari.	Seminis citruli.
Cinamomi. añ. ʒ.iij.	Seminis melonis.
Violarum.	Se. cucurbite mũdatorꝫ. añ. ʒ.j.
Rosarum.	Semis scartole. añ. ʒ.ij.

Puluerizentur omnia satis subtiliter: ⁊ permisceatur: ⁊ habebis diaprunis non solutiui.

¶ Et si laxatiuũ facere volueris adde ꝓ qualibet libra istius electuarij diagredij. ʒ.viij.

¶ Pruna ⁊ omnes fructus colligendi sunt quãdo iam maturitatem acceperunt ⁊ ante quã cadant ab arbore et sic debent conseruari.

¶ Pruna ex quibus suprascripta ꝯpositio fit debẽt esse mediocris maturitatis nõ multum matura vel muza.

¶ Muzum autem proprie dicitur. Cuius sapor est cõpositus ex dulci ⁊ acetoso.

Diacassie magistralis.

	Capillorum veneris.
Cassie munde ⁊ elec. lib.ij.	Thimi.
Tamarindorum. ℥.j.	Epithimi. añ. Ma.ſ.
Prunorum. nu. xij.	Passularum. ℥.ſ.
Violarum.	Semis feniculi. ʒ.ij.
Ordei.	Seminis portulace.
Seminis anisi.	Semis maluarũ. añ. ʒ.iij.
Polipodij.	Cinamomi. ʒ.iiij.
Cartami.	Liquiritie añ. Ma.ſ.

Misceantur ⁊ cõfrangãtur omnia grosso modo: et bulliant in lib. xij. aque ſm artem: deinde colẽtur manibus exprimẽdo: de qua colatura cassie ⁊ tamarindi extrahãtur ⁊ dissoluãtur. Et addatur zuccari li.j. deinde coquãtur vsqꝫ ad formã electuarij. reducãtur lento igne cum spatula semper agitando.

¶ Dragma nomẽ est ponderis ⁊ põderat nonã partem vncie: ⁊ sic a[illegible]piebat antiqtus. ⁊ illa est vera dragma. moderni ꝟo octauã partẽ vncie pro dragma accipiunt que est scropuli tres: ⁊ dragma grece idem est qꝺ manipulus vel fasciculus modernorum.

¶ Grana ex quibus medicine põderãtur debẽt esse grana ordei vel frumenti. Si eñi sunt frumẽti debet illud granũ esse a superiori cortice m[illegible]datum. Si vero ordei illud granum esse debet cum cortice: ⁊ sic habebis debitum ordinem ponderum.

Diacartami magistrale.

	Medulle cartami. ʒ.j. ℥.j.
Sperũ diadragagãti frigidi. ℥.ij.	Turbith electi. ℥.ij.
Carniũ citoniorũ. ʒ.ii. ℈.j.ſ.	Diagredij. ℥.j. ℈.ij.
Zinziberis albi. ℈.j.	Manne granate.
Mellis rosati. ana. ʒ.viij.	
Zuccari albi. ℥.vj.	

Et fiat confectio in morsellis vel in forma manuschristi de. ʒ.iiij. pro singulo: cuius est dosis.

¶ Dosis eñi est limitata mensura ⁊ quãtitas simplicis vel cõposite medicine solutiue vel nõ solutiue: que de se apta nata est facere sufficientem operationem non diminutam nec superfluam.

¶ Carnes cytoniorũ. id est pulpa citoniorũ debent subtiliter conteri cum cartamo a quo amotus sit cortex exterior: ⁊ hoc modo dicitur medulla. deinde ambo debẽt dissolui cum melle rosato ⁊ mãna ⁊ zuccaro fere cocto bene misceri. in fine vero addãtur species prescripte misceri debent ⁊ confectio fieri.

¶ Medicine omnes solutiue conseruãtur per duos annos in sua bonitate ⁊ solutione: elapso vero dicto tempore amittunt virtutem suam solutiuam.

Diarob cum turbith magistrale ⁊ cum reubarbaro valet: et est cõfortatiuũ: solutione educit humores flegmaticos grossos ⁊ viscosos et a remotis et iuncturis proprie. Et ipsuꝫ quidẽ mũdificat stomachũ: et expellit ab eo superfluitates adherẽtes in vijs eius: et mũdificat pectus a flegmate grosso ⁊ putrido: et educit a iuncturis ⁊ locis neruosis ⁊ anchis humorẽ grossum et viscosum: ⁊ est medicina ad dolores iuncturarum. et vsus eius preseruat a lepra ab infectionibus flegmaticis sicut est morphea ⁊ barras. est enim medicina bona febriũ flegmaticarum. Is autẽ qui sumit ipsum timeat austrũ ⁊ abhorreat pisces. Cuiꝰ permixtio hec est. ℞.

Macis. ℈.ſ.	Turbith albi ⁊ gũmosi. ʒ.x.
Reubarbari boni et electi. ʒ.iiij.	Zinziberis albi. ʒ.v.
Diagredij infusi in aqua rosata per diem. ʒ.ſ.	
Galange.	Piperis longi.
Zuccari boni. ʒ.xvj.	
Cardamomi maioris ⁊ minoris.	Croci. añ. ℈.j.

Et fiat confectio in morsellis: dosis eius est. ʒ.vj.

¶ Pondera cõia ex quibus medicine cõmensurãtur et ponderãtur sunt sex. Primo libra: cuius talis est figura lib. Secũdo [illegible] vncie ⁊ talis et figura. ℥. Tertio dragma ⁊ talis est. ʒ. Q[illegible]arto scropulus ⁊ talis est. ℈. Quinto granũ et talis e[illegible] gr. Sexto manipulus. ⁊ talis est. M. ⁊ his sex ponderi[illegible]s cõmuniter oẽs mensure mensurãtur medicinarũ est. M. ⁊ his ex ponderibus cõiter oẽs mensurãtur medicine.

Diarob cum turbith sine reubarbaro magistralis valet et cetera. ℞.

Turbith albi ⁊ gũmosi. ʒ.viij.	Galange.
Zinziberis. ʒ.iiij.	Piperis longi
Cinamomi.	Macis. añ. ʒ.j.
Gariofilorum añ. ʒ.ß.	Diagredij. ʒ.iiij.
Zuccari albi lib.j.	

Et fiat cõfectio in morsellis de. ʒ.iiij. pro quolibet morsello: dissoluendo zuccarũ in vino citoniorũ et aqua simplici puluerizando solutiuorũ hoc more ⁊c.

¶ Inter antiquos ⁊ modernos de ponderibus est differentia: ideo intelligendũ qꝺ libra modernorũ constat et resultat ex. ℥.xii. vncia constat ex. ʒ.viij. dragma ex. iij. ℈. scropulus ex gr. xx. et sic medicine a medicis cõmensurantur hoc tempore.

Diamargariton N. et dicitur a duobus generibus margaritarum perforatarum ⁊ non perforatarum que ibi intrant. valet cardiacis tri[illegible]bus et ad omnem cordis debilitatem [illegible]stomachi patie[illegible]tibus fastidium aufert: digestio[illegible] [illegible]curat asmat[illegible]s disnoicis opitulatur. et ptisi[illegible]cos qui ex longa [illegible]gritudine sunt extenuati re[illegible]. ℞.

Gariofilorum.	Marga[illegible]arũ nõ perforatarũ.
Cinamomi.	Margaritarũ perforatarꝫ.
Spice.	Zinziberis.
Galange.	Ossis de corde cerui.
Ligni aloes.	Rasure eboris.
Liquiritie.	Blatie bisantie. añ. ʒ.ſ.
Trociscorum diarodon.	Musci.
Trociscorũ diani. ana. ʒ.j.ſ.	Ambre.
Nucis muscate.	Cardamomi.
Macis.	Seminis leuistici.
Alipte muscate.	
Seminis basilisci. ana. ℈.j. minus gra. ij.	
Reubarbari.	Camphore. gra. vj.
Zedoarie.	
Storacis calamite. ana. ʒ.j.	

¶ Mellis rosati quantum sufficit: detur estate cum rodostomate vel cum frigida. in hieme cum vino mane et meridie.

Diamargariton Auicenne valet mulieribus ipsũenim rectificat dispositionem matricis earum ⁊ dispositionẽ stomachorũ earum ⁊ oportet vt vehemens sit studium in stomachis earuz. quare cõfortent̃ cum eis que sunt sicut geneliabin cuz xiloaloe ⁊ mastice ⁊ similibus ⁊ electuaria facta cũ zuccaro plurimo cum speciebus aromaticis: in quibus eñ est multa caliditas cum emplastris stipticis calefacientibus aromaticis: cuius permixtio. ℞.

Margaritaꝝ nõ pforataꝝ	Zedoarie.
Piretri.añ.ʒ.j.	Doronici.
Zinziberis	Seminis apij.
Masticis.ana.ʒ.iiij.	Tapsie.
Been albi.	Cardamomi.
Been rubei.	Nucis muscate.
Piperis.	Masticis.añ.ʒ.ij.
Macropiperis.añ.ʒ.iij.	Cinamomi.ʒ v.

Zuccari sublimis quantum omnia ⁊ plus fiat cõfectio in morsellis: ⁊ etiam in forma electuarij potest fieri.

Diacoridion seu rob nucum mesue. pferens eis quibus a capite ad pectus catarrus acutus ⁊ subtilis deflmt ⁊ ad cannam plumonis: ⁊ est causa apatum ⁊ prefocationum mortis: ⁊ est ad hoc medicamen sublime ⁊ eius modus est. ℞. succi.corticũ exteriorum nucum in dieb⁹ canicularibus li.iij. decoq̃ ipsum ebulitione vna. deinde adde mellis purificati.li.ij. ⁊ coque vsq̃ ad spissitudinem mellis ⁊ reserua.

¶ Nota qđ rob durat per duos ãnos in sua bonitate et perfectione vt voluerunt antiqui. Modern[illegible] vo dicunt p annũ solum: sed durat plus ⁊ min⁹ secũdu[illegible]sorum succorũ purificationẽ. Nux simpliciter prolat[illegible]l scripta semper de nuce communi intelligatur.

¶ Dies caniculares sunt dies in quib⁹ apparet quedã stella meridionalis canis appellata ab astrologis: i matutinis apparet: ⁊ solis ortũ ãtecedit: ⁊ hoc est in medio estatis. incipit aũt caniculare tempus decima die Julij vel circa ⁊ durat vsq̃ ad dies.xx. Aug. ita ꝙ in summa dicti dies sunt numero.xl. illis igit̃ diebus nuces colligende sunt pro hac compositione.

¶ Dies quidam dicuntur. naturales. quidaz artificiales: naturales dies sunt a prima hora vsq̃ ad.xxiiij. artificiales vero ab ortu solis vsq̃ ad occasum.

¶ Et post illud nobis occurrẽt intentiones quatuor nã pro pueris ⁊ mulieribus ⁊ humidis natura sufficit medicamen sic factum: ⁊ quãdo est in principio aliquid de stipticitate habenti[illegible] misceri oportet sicut sunt rose et balaustie: ⁊ quãdo in statu ẽ egritudo crocus ⁊ mirrha miscende sunt: in declinatiõe vero baurach ⁊ sal [illegible]noniacus ⁊ similia: est eñ medicamẽ sublime ⁊ expertum.

Electuariũ de gẽmis Mesue inuamentuz est magnuz ad egritudines cerebri cordi stomachi ⁊ epatis ⁊ matricis mulieris frigidis: ⁊ nos fecimus experimentũ ⁊ bonũ: [illegible]alet ad tremorẽ cordis ⁊ sincopiz ⁊ debi[illegible]tatem stomachi. ⁊ [illegible]is tristatur ⁊ nescit radicẽ ⁊ ei q[illegible] diligit solitudinẽ: ⁊ [illegible] corporis colorẽ: ⁊ odorẽ bonũ[illegible] ℞.

Albarũ margarita[illegible] ʒ.ij.	Zinziberis.
Fragmen.zaphiri.ʒ.j.ß.	Piperis longi.
Yacinti.	Croci añ ʒ.j.
Sardõis quod est quidã	Been albi ⁊ rubei.
lapis preciosus.	Gariofilorum añ.ʒ.j.
Granatorum.	Spice.
Ferugegi.i.smeraldi añ.ʒ.j.ß.	Folij.
Zedoarie.	Heil.i.cardamomũ mai⁹.añ.ʒ.j.
Doronici.	Trociscorum diarodon.
Corticum citri.	Ligni aloes añ.ʒ.v.
Seminis alphelẽgimisc.i.	Cinamomi.
ozimi gariofilati	Galange.
Macis añ.ʒ.ij.	zurũbet ẽ radix aromatica
Coralorum rubeorũ.	ana.ʒ.j.ß.
Carabe.	Folioꝝ auri ⁊ argẽti.añ.℈.ij.
Limature ebo.añ.℈.ij.	gra.v.
Ambre.añ.ʒ.ij.	
Musci boni.ʒ.ß.	

Puluerizentur et reseruentur in vase vitreo ⁊ obturetur os vasis.

¶ In hac cõpositione multa sunt videnda p̃ clariori ipsius doctrina. Primo quid sit sardonis: est eñ lapis rubeus spissus cum substantia peruia seu transparente: ⁊ dicit̃ ꝙ ei⁹ virtus est q̃ accẽdit animũ ad gaudiũ ⁊ acuit ingeniũ: nõ merito in hoc electuario posituz est. Sed qr cognitio huius lapidis nõ est apud aromatarios: ideo loco ipsius ponũtur rubini. Et h[illegible] consonũ est cuidam recepte inuente in vno antiquissim[illegible] Mesue: que dicebat quinq̃ generũ fragmentorũ cõmuniũ preciosorum. et sic erit litera bona. Quia si scriptũ reperies quinq̃ generũ fragmentoruz communium preciosorum de quinq̃ supradictis deberes intelligere. scilicet de zaphiri iachinthi. rubini. smaragdi. granate fragmentis ⁊ non de aliquibus alijs.

¶ De al. scias ꝙ de p se nihil significat nisi articulum. s. hoc. Nam vbi nos dicimus hoc arabes dñt al. Et ideo quando admiscetur cum aliqua dictione significat articulum in illa dictione vt alhase id est thimus et cetera.

¶ Felẽ gemisich differẽtia est de eo inter doctores. quidã dicũt ꝙ est ozimũ gariofilatũ: ⁊ illud est semẽ citrinũ odoriferũ quod colligitur a basilicone habẽte folia minuta. ⁊ hec opinio vera est. Alij vero dicunt ꝙ est semẽ melisse. Alij ꝙ est cinamomum: que due opiniones a doctoribus reprobantur: ⁊ prima tenetur.

¶ Preciosa fragmenta ⁊ mineralia sunt cũ in aliqua cõpositione intrant vltimate cõterenda vsq̃ quo possunt p satis spissam telã transire. ac etiã oẽs lapides vt coralli lapis iudaicus: ⁊ ita ea administrare vt docet: nosq̃ monet Auicẽ. cũ lapidẽ iudaicũ in carulo. als carculo iubet dari illum super cotem vel lapidem molarem ducere iubet: vt magis subtilior sit. Igit̃ nunquam in triturando eos fessus sis: quia quãto subtiliores tãto perfectiores existunt.

¶ Zurumbet nõ est zedoara vt Mat. sil. exponit cũ Auicen.xx. cañ. diuersa de eis faciat capitula. Sed zurũbet est quedaz radix similis cipreo grossior zedoaria intus subcitrina odore aromatica ⁊ sapore acuto: minus tamen zedoaria: sz si caremus ea loco ipsius zedoariam ponimus.

¶ De aureo põdere dictũ est inter doctores de eo est magna differentia: quidã dicunt vt gentilis ꝙ est pondus de.ʒ.j.ß. ⁊ hoc affirmat Simon Januensis. Alij dicunt ꝙ est septima pars vncie. Sed cõis ⁊ vera decisio est: qđ si inueniatur aureũ.j. vt in hoc loco ⁊ in omnibus alijs medicinis non solutiuis idem est quod.ʒ.j.ß. in medicinis vero solutiuis si reperiatur idem est ꝙ septima pars vncie ⁊ non plus.

¶ Insuper quia confectio hec ⁊ sequentes propter lasciuiam hominum fieri solent in morsellis quantitas specierũ ad zuccarũ declaranda est. Ideo a[illegible]dem li.j. zuccari apponi debet.ʒ.j. specierum cribellataruz. Cribellatarum dico propter simplicia que cribellari non possunt: vt amigdale dactili semina omnia. Ad omnem vero lib.j. mellis specierum cribellatarum vt supra.ʒ.iij. Et hoc modo facien[illegible] habent domini medici ⁊ egri virtutem medicinarum [illegible]octoribus limitatã. Secus autem faciunt aromatarij nostri temporis auaritia ducti: quod ignoscat illis deus.

¶ Nota[illegible] super quod mesue dicit. confice cum melle emblicorum et collatura geleniabin. Ideo si in forma illa facere vis. Scias ꝙ mel emblicoruz hoc modo fit. ℞. mirabolanorum emblicorum.ʒ.ij. aque communis li.ij. Terant̃ subtilr̃ dicti mirabolani: et īfundant̃ p dies.viij. in dicta aqua: postea bulliant vsq̃ ad consumptionẽ medietatis: deinde colentur cum panno lineo bene manibus exprimendo: ⁊ in dicta colatura addatur mellis boni lib.j. bulliant simul vsq̃ ad consumptionem aque et coctionem mellis: et reseruetur: hoc enim dicunt mel emblicorum. Accipe ergo mellis emblicorum geleniabin. i. mel rosarum añ. lib.ß. supradictarum specierum.ʒ.iij. ⁊ simul misce ⁊ habebis electuarium de gemmis in forma liquida: vt scribit Mesue.

¶ De geleniabin inter doctores est discordia: nam Aui-

cena q̄nto cañ.c.de cōditis dicit: ꝙ geleniabin idē est qđ rosa cōdita siue cū melle siue cū zuccaro: et sic tā zuccarū rosatū ꝙ̄ mel rosatū ſm eū appellari pōt geleniabin: ⁊ hoc idē tz Haliabbas. Rasis vero tertio almāsoris dicit geleniabin est mel rosatū. Quas opiniones reprobat Mattheus sil. dicēs ꝙ geleniabin idē est ꝙ mel rosatū. Sed seleniabin: id est zuccarū rosatū. geleniabin. idest syrupus rosatus. et hec opinio ab alijs omnibus doctoribus tenetur. Igitur geleniabin. idest. mel rosatum ⁊c. Et hec de electuario de gemmis.

Electuarium cōsiliatoris in cap. differentiarū xcvj. cor letificat et cōfortat: mirabiliter valet: vt patet in libro consiliatoris. ℞.

Succi pomoꝝ dul. dispūati.	Galie muscate.
et sint poma redolentia.	Macis.
Succi buglose dispūati añ. ℥. v.	Carabe.
Doronici.	Ossis de corde cerui.
Corticū citri.	Sādaloꝝ rubeoꝝ. añ. ℥. iij.
Florum boraginis.	Seminis basiliconis.
Rosarum rubearum.	Folij.
Been albi ⁊ rubei.	Mirtilorum.
Coralorum rubeorum.	Melisse.
Limature eboris añ. ℥. iiij.	Seis coriādrorū ꝑparatoꝝ.
Spodij. ℥. iij.	Cinamomi.
Zedoarie.	Galange. añ. ℥. ij.
Spice nardi.	Sardani.
Ligni aloes crudi.	Zaphyrorum.
Sete crude et minutim incise.	Granatarum añ. ℥. j.
Croci añ. ℥. ij.	Albaꝝ margaritaꝝ. ℥. iij.
Mirabolanorū oīm añ. ℥. iiij.	Limature auri.
Berilorum.	Limature argēti añ. ℥. ij.
Smeraldorum.	Ambre.
Jacintorum añ. ℥. j.	Camphore añ. ℈. v.
Musci. ℥. j.	

Misce ⁊ fiat electuariū arte ⁊ ingenio oī laudabile cū zuccaro albo quantum sufficit.

Electuariū de aromatibus Mesue quod scripsit Galenus expertorū iuuamentorū ad causas stomachi ⁊ epatis ⁊ egritudies in eis factas ex flegmate grosso ⁊ ventositate. Digestionē cōfortat. Inflammationē remouet: ⁊ morbos ex ea factos curat: Retardat canos. Colorē efficit bonū ⁊ oris ⁊ sudoris odorē bonū. Renes quoqꝫ calefacit: et coitum excitat. Accidos ructꝰ curat: ⁊ fastidiū ⁊ abomiationē remouet. ℞.

Ligni aloes crudi nō cocti.	Calami aroma. aur. iiij.
Rosarū rubearū añ. aur. xij.	Croci.
Galie musca.	Cardamomū. s. maius.
Doronici.	Cardamomū minꝰ. i. melegeta.
Piperis longi.	Trium sandalorum.
Nucis muscate.	Reubarbari.
Mente sicce.	Cubebe.
Spice.	Costi.
Cassie lignee.	Zinziberis.
Macis.	Seminis feniculi.
Gariofilorum.	Seminis anesi.
Masticis.	Keisim. id est seis leuistici.
Cinamomi.	ana aur. ij.
Radicum assari. añ. aur. iij.	Z[…]ari. vj.

Miue aromatice. i. miue citoniorū cū spēbꝰ lib. Mellis dispumati quātū sufficit: ⁊ fiat electuariū pulųerizatis prius pulųerizandis. Sed si in morsellis face[…]vis: facies vt supra. Dosis eius ab. ℥. ij. vsqꝫ ad aur. iij.

¶ Lignum aloes crudum est illud quod non est coctū. Arabes enim solent ipsum decoquere anteqꝫ illud ad nos venire permittant decoquendo illud in aqua per quam decoctionem quedā humiditas que in illo erat seu gummositas amouetur que natans super aquam illam reseruant: deinde mittunt ad nos illud coctum qđ est sine anima: et nullam habet virtutem vel bene paucam. ⁊ ob hoc auctor dicit crudi. Cognoscitur quod sit crudum hoc modo. Nam si in igne ponitur emittit quādam humiditatem aromaticam que illum a combustione prohibet. Secundo si in aqua proijciatur subito fundum petit propter ipsius grauitatem: et talis est eiꝰ cognitio.

Electuariū de bacis lauri. Rasis nono almansoris ca. de colica vꝫ ad colicā ⁊ iliacā passionē: ⁊ doloribus intestinorum ex causa frigida vel ventosa. ℞.

Foliorū ruthe siccorū. ℥. x.	Macropipis. i. pipis lōgi.
Seminis ameos.	Mentastri.
Cimini.	Dauci.
Nigele.	Acori.
Keisim: id est semē leuistici.	Baccarum lauri.
Origani.	Castorei. añ. ℥. ij.
Carui.	Serapini. ℥. iiij.
Amigdalarū amararū.	Oppoponaci. ℥. iij.
Piperis nigri.	

Pulųerizentur pulųerizanda nō multū subtiliter: vt dictū est de diacimino. Mellis cocti ⁊ dispumati ad pondus omnium ⁊ est. ℔. v. ℥. v. gumme vero dissoluantur in aqua ruthe ⁊ facies in bona forma.

¶ Et nota ꝙ rasis dicit quod non habet parem in resoluendo ventositatem.

¶ Rutha que in hac compositione intrat ac in omnibꝰ alijs dꝫ exiccari cū mensura: ⁊ hoc ideo qm̄ si exiccatur vehementer est calidissime cōplectionis: et eius calefactio est vltra mensuram. Et si non exiccatur debito mō remanet in ea humiditate superflua que prohibet eam digeri et ventositatem facit: quare in ipsius exiccatione diligentia habenda est. Et dꝫ in vmbra exiccari: non autem in sole: vt quidam imperiti faciunt.

¶ De nigella multi sunt qui errant ponētes in receptis semen quoddā cinerulentū odoriferū satis triangulare pro ipsa nig[el]la et errāt. Sed nigella est qđdam semen nigrū cla[…] aromaticum multū faciēs folia fere silia fumiterr[e] [q]d in medicinis apponendum est.

¶ Origanum colligendū est in mense Julij postqꝫ sol tēdit ad occasum. s. in vesperis. Nō aūt in mane ante solis ortum: vt quidam fatui faciunt.

¶ Mel et oēs medicine triplici causa coquuntur. Prio vt mundificent mel: qꝛ coquitur vt sua impuritas remoueatur. Scđo vt expellamus aliquam substantiam nostro proposito repugnantem vt multa decoctio cauliuꝫ que illos stipticos facit. Tertio vt virtus ipsius in oleo vel aqua transeat.

Electuarium de citro Mesue inuentione nostra confortans stomachum et procurans digestionem: et odorem oris facit bonum: grossas ventositates expellit: et cor confortat: cuius permixtio hec est. ℞.

Corticum citri aureos. xx. i. ℥. xxx.
Galange. ℥. ij. Musci. ℥. ſ.
Gariofilorum.
Cardamomi maioris et minoris.

Ligni aloes.	Zinziberis. añ. ℥. ſ.
Cinamomi.	Macis añ. ℥. ij.

Pulųerizentur hec non multum subtiliter. mellis cocti ⁊ dispumat[i] ℥. viij. et fiat confectio vt fieri solet in forma solida vt supra.

¶ Vell[e]m pur postqꝫ prouinciam hanc [..]pi Joan. Franci[…]mi: partem omnem aromat[…] necessariam declarare: ne illi sua ignorantia a[d] tenebras exteriores ducerentur. Contingit nōnunqꝫ ad eos accedere viros ⁊ hoies afflictos stomachi dolore: petētes ab eis suffragium. Ipsi pietate moti exhibent vel aromaticū vel diaciminum vel dianisum non vltra considerantes de hōra exhibitionis: que res aliquāndo ducit egrum ad nō parua pericula. Ea propter indocti me audiāt notētqꝫ distinctionē hāc. Cōfectiones que dātur aut ad dirigendum materiam facientem egritudinē ⁊ deopilandum ac ad confortandum membrum vt: tria sandali: tūc dari debent ante cibum saltim per horas. iiij. vt possint a natura preparari: ⁊ ad loca necessaria trāsmitti. Si vō ꝓpter stomachū aut propter prostrationē appetentis dātur tunc parum ante cibum dande sunt. Si vero ꝓpter virtutem digestiuam exhibentur: immediate post prandiū exhibēde sunt. Si vō dātur ad ꝯfortationē cerebri ⁊ ꝟtutis aialis post prādiū ⁊ post cenā per longū tp̄s saltim ꝑ duas horas dāde sunt. Si vō ad cordis cōforta=

tionem debent dari circa mediã noctẽ: et tenende sunt multũ in ore vt paulatim resoluãtur. Si vero ad resolutionẽ vẽtositatis stomacho vacuo et a cibo et superfluitatibus mundato exhibeãtur. Et in hoc aduertendum est qꝺ nullo modo exhibeãtur neqꝫ tiriaca neqꝫ cõfectiones apertiue seu diuretice cibo existẽte in stomacho vel in ipso repleto malis humoribꝰ. Igitur consuetudo vercellensiũ que est accipere tyriacã cũ aqua ardenti propter nauseã vituperatur. Ac corruptela italicorũ q̃ eaꝫ cum maluatico assumũt. Et ratio est: qꝛ cibus indigestꝰ ac supfluitates malorũ humorũ dicunt̃ subtilitate maluatici vel aque ardẽtis ad epar et oppilationẽ faciunt et ad prauas egritudines hoĩes precipitant. quare.

¶ Cuius electuarij species sunt satis grosse terende. cũ sua virtus sit in cõfortando stomachũ: et transit ipsum: sed ventositates resoluit: et hoc propter causas assignatas in recepta diacimini.

¶ Modus accipiendi cortices citri et aliorũ pomoruꝫ suauem ⁊ aromaticũ habentium odorem hoc modo facies. Igitur qui vult vti corticibus pomorũ citri in compositionibus eligat poma que habeãt acetositatẽ maiorẽ intrinsecus: eo qꝛ cortices eorũ sunt magis odoriferi ⁊ oportet ꝙ excorient̃ illa die qua collecta sunt ab arbore. tergant̃ ergo primo bene cum mantili aspero ⁊ mundo: ⁊ excorient̃ cũ cultello acute acutiei paulatiꝫ et leniter: ne accipiat̃ ex carne cũ cortice: ⁊ simili modo opꝫ fieri de cytonijs: ⁊ alijs pomis: deĩde in vmbra exiccẽtur.

¶ Nota ꝙ ista omnia electuaria dulcia seruantur per annũ integrum: et vltra: ⁊ omnia alia preter electuariũ quo vtuntur reges: et prelati: qꝺ non potest diu seruari: eo qꝛ rancescit: sed solum per dies quindecim vel ꝑ mensem ad plus seruatur.

Electuariũ de cineribꝰ Aui. fen. xviij. iij. c. xix. ℞.

Cineris vitri.
Lapidis iudaici.
Cineris scorpionum.
Gummi nucis.
Cineris radicũ cauliũ nabati.
Radicũ acori. añ. ʒ. j.
sunt caules non transplãtati.
Seminis petrosilij.
Cineris leporis.
Dauci. i. semen pastinace siluestris.
Lapidis spongie.
Sãguis hyrci exiccati ⁊ ꝑpati.
Pulegij.
Gummi arabici.
Cineris corticũ oui a quo pullus egressus fuit. añ. ʒ. j.
Seminis althee.
Piperis. añ. ʒ. j. ſ.

Pulverizentur omnia subtilissime: mellis cocti ⁊ dispumati. ℥. x. et fiat electuarium quod bene obturetur: ac sepe cum spatula commisceatur.

¶ Vitrũ cõburitur hoc modo: teratur bene: deinde reponatur in crucibolo vel capsia ferri: ⁊ pone super prunas semper insufflando donec rubeũ fiat. Deinde ab igne remoueatur. Si erit incineratũ bene. Aliter iterum ponatur super prunas ⁊ insuffletur: et non desinas sic facere donec incineretur ⁊ de eo vtere.

¶ Scorpiones hoc mõ cõburũtur. accipe scorpiones viuos quantitatẽ quam volueris: ⁊ pone in olla noua: ⁊ claude lutando illam cũ pasta vel cũ terra: ⁊ pone illam in furno calido: et dimitte per diem ⁊ noctem: deinde extrahe et cinerem ipsorum habebis.

¶ Caules nabati. ⁊ caules non trãsplantati hoc mõ cõburunt̃. extrahe radices a terra mũdent̃ ab oĩ immunditia: deinde in frusta incidant̃: ⁊ ponãtur in olla: ⁊ cooperiat̃ olla coopertorio perforato: ita vt fumꝰ possit exire: ⁊ ponat̃ in furno: ⁊ dimittatur ꝑ totũ diẽ in sero remoueatur: et reperies in dicta olla tanq̃ carbones: postea dictos carbones tere bene: ⁊ in alia olla parua repone cooperi lutando eã: ⁊ repone eã in furno ⁊ dimitte ꝑ diẽ et noctẽ: ⁊ tm̃ ac tã sepe hoc facias ꝙ carbones in cinerem albũ esse conuersos reperias: et de illo vtere.

¶ Modus incinerandi leporem. Accipe leporẽ viuum: ⁊ decolla illum et repone in olla noua cum toto sanguine: ⁊ pelle bene obturãdo ollam: deinde ponatur in furno: et tm̃ dimittatur ꝙ incineretur: et de dicto cinere vtere in electuario suprascripto.

¶ Cortices ouorũ hoc mõ incinerẽtur. Accipe cortices ouorũ a quibus pullus egressus fuit: ⁊ bene pistent̃: deinde ponantur in olla noua q̃ bene obturata sit ponat̃ in furno: ⁊ dimittatur per noctẽ: in mane si sint incinerate bene est: si autẽ bene in furno dimittãtur vsqꝫ quo sint incinerate: ⁊ nota ꝙ quãto coquit̃ tãto magis albiores redduntur: et incinerentur et de eis vtere.

¶ Gũmi ꝟo nucis ſm quosdã est fungꝰ qui reperit̃ sup arbores diuersas cuiꝰ color est ad similitudinẽ spongie: sꝫ nõ recte sentiũt: qꝛ illa res vocat̃ narcotica nucis: gũmi ꝟo nucis ſm veritatẽ est gũmi qꝺ reperit̃ sup arbores ferentes nuces: sed in partibus nostris nõ reperiunt̃: ego aũt vidi predictũ gummi quod in colore est simile colori myrrhe grosse: sed odorem nõ hꝫ: defertur ab apulia ad nos: et in illis partibus inuenitur.

¶ Auicẽna dicit: ꝙ dosis istiꝰ electuarij sit vsqꝫ ad aur. ij. i. ʒ. iij. ⁊ supra cũ aqua tribulorũ doctorũ. s. tribuloruꝫ marinorũ quos ipse in scdo vocat hasek sunt qui nominant ipsos vulgo castaneolos lacus.

¶ Serapio ⁊ auctor pandectarũ volunt ꝙ differentia sit inter dauci ⁊ daucie: ⁊ dicunt ꝙ dauci est pastinaca siluestris: daucie vero pastinaca domestica. Auic. vero ⁊ Mes. inter eas nullã differentiã faciunt. Tamẽ in vsu est: ⁊ tenetur opinio pandectarum ⁊ Serapionis.

¶ Sanguis hyrci in hoc electuario ingrediẽs hoc mõ preparandꝰ est. Accipe hyrcũ iiij. annorũ. In diebꝰ canicularibꝰ: qui sint dies caniculares infra describentur in diacaridion: nutriat̃ saxifragia feniculo apio petrosilio pulegio edera squinanto genestra capillis veneris politrico vel lupulis ⁊ potetur optimo vino: ⁊ si ad aliqualẽ acetositatẽ tẽderet melius esset: semperqꝫ in sole teneatur: ⁊ hoc mõ nutriat̃ saltim ꝑ dies. xl. deinde cũ incipit vrina eius denigrari. Sumat̃ olla noua: ⁊ fundat̃ in ea aqua: ⁊ ferueat donec auferat̃ ab ea terreitas q̃ in ea est. Deinde decollet̃ hyrcus: et accipiat̃ ex medio sanguine qui currit ex eo in ollã: ⁊ nõ accipiat̃ primus sanguis: neqꝫ postremus: et nõ amoueatur donec coaguletur: deinde incidatur in ꝑtes. ij. eo existẽte in cõcauitate olle ⁊ cooperiat̃ cũ rete stricto: aut cũ pãno subtili raro. Et dimittat̃ sub dio donec recipiat radios solis et lune: ⁊ dimittatur ipm̃ donec exiccetur bene: ⁊ caue ne adueniat ei humectatio ex rore. Nec decollandꝰ est nisi sanꝰ sit hyrcus: et ex dicto sanguine vtere in omni medicina: ⁊ in oĩ loco in quo scriptũ reperis sanguis hyrci.

¶ In collectione mineraliũ tres cõditiones considerande sunt. Primo eligãtur a mineris notis ⁊ famosis. Secundo ꝙ nõ sit admixtũ qꝺ impediat eiꝰ cognitionem. Tertio ꝙ non habeat substantiam transmutatam.

Egetea

Mesue experta ad dolorẽ stomachi a frigiditate factũ et oẽs dolores factos ex simili causa: ⁊ a vẽtositate grossa: ⁊ ad dolorẽ colice: ⁊ difficultatẽ vrine: ⁊ dolorẽ dẽtiũ ⁊ ad vẽtositates matricũ: ⁊ confert iuuamẽtũ maximũ ad sterilitatẽ bibitũ: et supposita cũ lana: et oleo de lilio. Cuius permixtio hec est. ℞.

Castorei.
Costi.
Mirrhe.
Cinamomi.
Opij.
Fu. i. valeriane.
Piperis.
Meu.
Macropiperis. i. piper longum.
Dauci.
Assari.
Galbani.
Croci. añ. ʒ. j.

Pulverizentur oĩa subtiliter: ⁊ cũ lib. 5. mellis cocti ⁊ dispumati fiat electuarium in bona forma.

¶ Meliscitur in ista medicina: ⁊ nõ solum in ista: sed in omnibus alijs triplici ratione.

¶ Primo vt placet horribilitatem medicinarum. Secũdo vt mundificet et resoluat. Tertio vt conseruet species sua viscositate.

¶ Stupefactio est dispositio inducta in mẽbro a frigiditate: per quã mẽbrum non sentit: aut obtuse sentit.

Electuarium

indũ maius Mesue solutiuũ educens humorum superfluitates: et ꝓprie flegmaticorũ: ⁊ putridorꝫ a stomacho: ⁊ a mẽbris nutritionis: vẽtositatẽ grossam in eis resoluit: ⁊ morbos factos ab eorũ exuberantia. curat sicut est dolor stomachi: ⁊ viscerũ ⁊ colica ⁊ dolor renum: ⁊ educit materias que sunt in iuncturis: et confert iuuamẽtum manifestũ doloribus earum: cuius hec est permixtio. ℞.

Cinamomi. Turbit albi ⁊ gūmosi.ʒ.j.
Gariofilorū. Spice. Zuccari albi.
Rosarum rubearum. Penidiarū.añ.ʒ.xx. Cassie.
Galange. Macis. Heil.i.cardamomū mai⁹.
Ciperi.añ.ʒ.iiij. Sādalorꝫ citrinorꝫ.ʒ.ij.ß.
Cardamomi.s.minoris idest melegeta.
Ligni aloes. Assari. Nucis muscate.añ.ʒ.ij.
Masticis.ana.ʒ.j.ß. Diagredij.ʒ.xij.

Omnia hec fricentur manib⁹ cū oleo amigdalarū dulcium: deinde accipe succi cytoniorū. Succi granatorū. Succi apij. Succi feniculi añ.li.ß. Pulverizent' pulverizanda satis grosso mō. Mellis dispumati lib.iij.ß. misce: ⁊ decoquat' cū succis: et fiat electuarium in bona forma: dosis est aure.iij.

¶ De cassia hic est notādū ꝙ ſm doctrinā supra tibi datam in forma. Cassia fistula ponenda est cū sit electuarium solutivū. Nec cassia lignea in electuario est ponēda: ꝙ tamē secus esse quidā tenent. Ego etenim apponi facio cassiam fistulā. Cum nullū solutivuꝫ sine lenitivo esse debeat vt volunt doctores.

¶ Nota ꝙ doctores nō ponūt in electuarijs a remotis attrahētib⁹ penidios in suis receptis: sꝫ dūtaxat in illis quorū intentio est a stomacho: ⁊ intestinis ⁊ venis magnis attrahere: vt in diafinicon ⁊ hoc electuario.

¶ Assarum cum simpliciter scriptū reperit' radix ipsius ponenda est: qꝛ radix melior pars est plante.

¶ Licet Mes. in litera ponat ꝙ dosis huius electuarij est vsqꝫ ad aur.iij. hic intelligendū est qñ ad lib.j. mellis ponitur.℥.iij. specierum: sicut ego hic annotavi. Sed si ponitur.℥.ij. vt aromatarij nostri temporis faciūt ⁊ male: maior quantitas dari potest ⁊c.

Electuariū indū min⁹ Mes. habēs intētionē maioris cuius permixtio. ℞.

Turbit albi: ⁊ gūmosi.ʒ.c. Zinziberis. Zuccari.ʒ.c.
Cinamomi. Macis. Heil.i.cardamomū mai⁹.
Gariofilorum. Piperis ana.ʒ.vij.
Nucis muscate añ.ʒ.vij. Scamonee.ʒ.xij.

Pulverizentur omnia satis grosso modo mellis colati: ⁊ dispumati lib.℥.ij. misce et fiat electuariū liquefaciendo zuccarum cum melle.

¶ Nota hic vnū generale intelligendū in omni cōpositione qđ scamonea acuitur. Medicina enim quandoqꝫ fit in principio veris ⁊ acuitur vt per totū annum possit servari ⁊ dari quando volumus. Et tūc cum scamonea non cocta acuenda est: ne sua virtus longa mora debilitetur. Nec timetur eius malitia: eo qꝛ ꝑ tēporis diuturnitatē satis aufertur. Aliquando aūt acuitur medicina nō que dꝫ diu conservari. Sed q̄ infra.iij.vel.iiij.dies dꝫ exhiberi. Et tunc cū scamonea cocta dꝫ acui: vt sua malitia coctura moveatur. Et idem intelligas tam in electuarijs ꝙ pillulis: ⁊ confectionibus.

¶ Insuper nota ꝙ Mesue acuit hoc electuariū cū scamonea: ⁊ non cū diagredio: eo qꝛ intētio est quod longo tempore servetur: si vero dare illum intendimus omni die acuatur cum diagredio: ⁊ non cum scamonea propter causam supra assignatam.

Electuarium elescoph Mesue qđ educit superfluitates [illegible] toto corpe: ⁊ expellit vē tositatem: ⁊ valet ad iuncturarū dolorē: ⁊ laterū: ⁊ colicam. Et mundificat renes: ⁊ vesicam: ⁊ addit in coitu. Cuius permixtio hec est.

Scamonee antiochie. Zinziberis.
Turbit albi ⁊ gūmosi.añ.ʒ.vj. Mirabolanorū ēblicorū.
Gariofilorum. Nucis muscate.
Cinamomi.ana.ʒ.ij.ß. Polipodij.añ.ʒ.ij.ß.
Zuccari albi.ʒ.vj. Pulverizentur oīa grosso satis modo: mellis dispumati li.j. misce: ⁊ fiat electuarium in bona forma.

¶ Scamonea dr̄ antiochia.i.illi⁹ ꝓuincie: eo qꝛ melior ⁊ perfectior est quā que reperiatur in alijs provincijs.

¶ Insuper nota qđ ⁊ si in medicinis solutivis reperis scriptum scamonee qđ intelligēdum est de preparata. Nisi in duobus sequentibus casibus. Primo nisi in dicto electuario coquat': vt in cōfectione amech ⁊ electuario rosato: ⁊ tūc scamonea ponat' nō cocta: qꝛ coquēdo preparat': scđo nisi illud cōpositum lōgo tēpore reservari debeat: ⁊ hoc modo preparata ponat' propter cām supra allegatā. In alijs vero si reperitur litera. Mesue suppleatur: et dicatur scamonee.s.cocte.

Electuarium rosatū Mes. solutivū solutiōe educens colerā sine molestia: ⁊ vꝫ ad iuncturarū egritudines calidas: ⁊ ad sodā calidā: ⁊ vertiginem oculorum dolores ⁊ itericiā citrinā: ⁊ est expertum. Cuius permixtio. ℞.

Succi rosarū rubearū. cōpletarū.s.in maturitate li.iiij.
Zuccari taberzet.i.illius regionis lib.j.ß.
Tereniabin puri ⁊ recentis loco ipsius ponitur manne ℥.vj. scamonee antiochie.℥ j.ß.

Cōterant' grosso satis mō. Coquāt' oīa sup prunas vsqꝫ dū mellis habeāt spissitudinē: deinde ꝓijce super illud. Trociscorū de spodio.℥.j. Croci.ʒ.ij. Galie muscate.ʒ.ij. Trocisco de berb.ʒ.iiij.

Et repone in vase vitreato ⁊ reserva.

¶ Succi rosarum cōpletarum: eo qꝛ rose seu succus earum magis est solutivus quā succus incōpletarum: et ideo explicavit de completis: et nulli sunt aromatarij q̄ ad hoc advertant.

¶ Nota insuper ꝙ cū hoc electuario reformari debent pillule aggregative Mesue ex inventione nostra: ⁊ pillule de hermodactilis minores: ⁊ pillule de hermodactilis inventione nostra ipsius Mesue non em̄ electuario de succo rosarum: vt quidā bestiales faciunt.

Electuarium de succo rosarū Nico. solutivum educens colerā sine molestia: ⁊ vꝫ ad egritudines calidas: et est expertū cōtra guttā calidā: colerā rubeā purgat: ꝯvalescētes ab egritudinibus quartanarijs tertianarijs: et quotidianarijs de salso flegmate purgat: ⁊ reliquias malorū humorꝫ potēter educit que remanserunt post egritudinē vel vt quidā volūt si admisceatur medietas benedicte purgat reliquias q̄ remanserunt post medicinam. ℞.

Succi rosarū rubearū. Spodij de canna.ʒ.iij.
Zuccari albi añ.li.j.℥.iiij. Diagredij.℥.j.ʒ.iiij.
Camphore.℈.j. Triū sandalorū.añ.ʒ.vj.

Misce et fiat electuarium: dosis est.ʒ.j. vsqꝫ.ʒ.viij. pulverizando prius pulverizanda.

¶ Succus rosarū hoc mō fiat. accipiant' rose cōplete: ⁊ post earū collectionē ꝑmittant' ꝑ diē: deinde in mortario marmoreo pistent' cū pistello ligneo et bñ terātur: deinde in petia involuātur: et in torculo exprimātur et colētur: et in vase vitreo reponātur ꝑ aliquos dies ꝑmittātur: deinde residētia seu fecie facta amoveat' ponēdo in alio vase: ⁊ super eum ponat' parū olei olivarum ⁊ reserva: cōservatur em̄ in bonitate sua per duos annos.

¶ Electuarium em̄ idem est qđ electum ex varijs: qꝛ ex multis ⁊ varijs rebus electuaria cōficiunt': ⁊ electuariū dr̄ omnis cōpositio nō reducta ad soliditatem sive cum zuccaro sive cum melle fiat. Confectio vero dicitur qñ durescit: ⁊ in dura forma fit.

Electuariū de scoria ferri. Rasis nono [illegible] ris in capi. de emotro[illegible]: ⁊ valet ad sanguinē per partem inferiorem. ℞.

Mirabolanorū indorū. Rad[illegible]peri. Ziziberis.
Mirabolanorū ēblicorū. Piperis nigri. Seis ameos.
Mirabolanorū belliricorū añ.ʒ.ß. Olibani.añ.ʒ.ij.
Scorie ferri ꝑparate.ʒ.j.ß. Spice inde. Sqnāti.ʒ.ij.

Pulverizentur omnia subtilissime: ⁊ cōficiantur cū melle dispumato quod sufficit: ⁊ sit coctum cum apozimate emblicorum.℥.x. et fiat.

¶ Preparat' scoria ferri hoc mō: accipe scoriā ferri quātitatem quā volueris: ⁊ eā infunde in aceto fortissimo ꝑ hebdomadam omni die acetū mutando: postea proijciatur super laminā ignitā: et torrefiat: deinde subtilissime pulverizetur et reserva.

¶ Mel cū apozimate emblicorū hoc mō fit. ℞. Mirabolanorū chebulorū ⁊ emblicorū.añ.ʒ.xx. terant' ⁊ in tribus libris aque coquant' donec ad vnā librā remaneat: et postea coletur: et in colatura ponatur mellis boni li.j. deinde bulliant donec aqua a melle cōsummata sit: et hoc facto habes mel cum apozimate emblicorū quod

in hac confectione ingreditur.

Electuarium de seminibus Mes. sedans dolorē viscerum ex vētositate factos: opilatiões apit: lubricitatē a malitia digestiōis curat. ℞.

Seminis feniculi.	Cinamomi fini. ʒ. v.
Ciminu.	Keisim. i. semē leuistici. ʒ. iij.
Seminis carui.	Gariofilorum.
Anisi.	Cardamomi.
Dauci.	Spice inde. añ. ʒ. iiij.

Amcos. Siseleos. Apij. Zinziberis.
Amomi infusorum in aceto per diem et noctem et exiccatorum ana. ʒ. vj.
Macropipis. i. pip lōgū. Galange. añ. ʒ. v.
Mellis quātū sufficit: et q̄ɡ ponit in eo zuccari duplū ponderis omnium: et fac suffuf: et est sanum ꝛc.

Electuarium de passulis Auicēne. Et existimauit Galenus quod medicamen cōpositum ex medicinis conuenientibus cū suis proprietatibus epati. ℞.

Passularū enucleatarū. ʒ. xxv. Spice inde. ʒ. iiij.

Squinanti. ʒ. ij. ß.	Croci. ʒ. j.
Myrrhe.	Calami aromatici. ʒ. j.
Terebentine. añ. ʒ. iiij.	Bdellij iudaici. ʒ. ij. ß.
Darsisaham. añ. ʒ. ij.	Cinamomi. ʒ. ij.
Mellis dispumati. ʒ. xvj.	Cassie lignee. ʒ. ß.

Uini quātum sufficit: et fiat electuarium.

¶ Darsisaham secundum serapionem est arbor grana ti siluestris que apud diascoridem vocatur aspalatum: vide galenum ꝙ loco darsisaham habet limaturā aspalei quod idem est.

Electuarium pliris arcoticon Nico. viris. i. cōpleta medicina: arcotic . i. princi pium interpretatur: valet tristibus melancolicis: valet etiā ad magnā stomachi debilitatē et cordis. i. sincopi: memoriā reparat. sensum acuit: epilepticis analeticis prodest: et oēm cerebri debilitatē reparat. ℞.

Gariofilorum. Sansuci. i. maiorane.
Cinamomi. Balsamite. i. mēta aquatica.
Ligni aloes. Seminis basiliconis.
Galāge. Cardamomi. Spice ide. Pipis albi.
Macis muscate. Mirtilorū. Zinziberis.
Corticū citri. añ. ℈. ij. Spodij. Lapidū p̄ciosorū.
Squināti. Been albi. Ciperi. Been rubei.
Rosarum rubearum. Corallorum rubeorum.
Uiolarū siccarū. añ. ʒ. j. gra. xv. Corallorum alborum.
Sete parū cōbuste ℈. j. gra. xij. ß. Folij. Liqritie.
Musci gra. vij. ß. Storacis calamite.
Camphore. gra. v. Masticis. ana. ℈. ij.
Syrupi rosati quantum sufficit et fiat.

¶ Item nota quod in alijs inueni piper longum pro pipere albo. ℈. ij. gra. xv. et alibi inueni gemmarum: et margaritarum loco lapidum preciosorum cum alijs dosis: et sic de singulis ꝛc.

Electuarium de psilio Mes. solutionē educēs colerā citrinā: et cōfert a febres difficiles et ... entes et ad sodam et vertiginem q̄ fiunt a fumis colerę: et confert ad calefactionem ... itinere: cuius per ... o. ℞.

Succi buglose sil. et borne.	Seminis anisi.
Foliculorū sene. ana. ʒ. iiij.	Succi endiuie.
Succi apij coctorū et dispumatorū: et colatorū. añ. lib. ij.	
et proijce super ipsos.	Capilli veneris. ℳ. j.
Succi fumiterre. ʒ. iiij.	Radicum assari. ʒ. iiij.
Spice inde. ʒ. ij.	Cuscute. añ. ʒ. iiij.

¶ Infundātur oia in suprascriptis succis die ac nocte: deinde bulliant ebullitione vna: et proijciatur sup ea violarum viridiū vel siccarū ℥. iij. epithimi. ℥. ij. Et bulliāt ad huc ebullitione vna alia parua: deinde coletur et exprimatur: et in colatura ponatur. Psilij. i. semis. ℥. iiij. Et dimittatur die ac nocte, oi hora agitādo cum spatula: deinde exprimatur viscositas facta: deinde accipiatur hui⁹ viscositatis lib. iiij. et proijciatur superea zuccari albi li. ij. ß. Scamonee cocti in pomo. ℥. iij. ß. coquatur cum facilitate: et postq̄ coctum fuerit proijciantur super ipsum hi pulueres. ℞.

Trociscorū diarodon. Trociscorū de spodio.
Trociscorū de berberis. ʒ. iiij. Raued seni. i. reubarbarꝫ añ. ʒ. j. Puluerizentur hec satis subtilr: et misceatur simul: et reseruētur in vase vitreato: et qui poneret diagrediū in pulueribus melius esset quā bulliendo in succis: dosis ei⁹ est. ʒ. iij. vsq; ad aur. iij. Et vocauit hamec cōfectionem hāc electuariū trociscorū: sunt alij q̄ addūt aceti lib. j. ß. Succi violarū lib. j. Et est medicamentum nobile.

¶ Uiole si simpliciter scripte in cō positioe repeniūtur de ipsis siccis intelligendū est: que colligende sunt in mēse Martij: exiccatio fit in vmbra: et reseruāde in loco sicco. in humido enim in eis putrefactionem inducit.

¶ Sunt aliqui text⁹ q̄ dicūt scamonee nō cocte: et hec littera magis cōsona est: q: ponendo scamoneā coctā: et illam iterū decoquēdo virtus solutiua deperdit: sed nota qd q̄n preparata coquit intentio est: vt illud electuariū sit lenitiuū: et non solutiuū: q̄n igitur in his electuarijs reperis hanc literā. f. scamoneā ponere: et coque vel diagredium: et puluerizare grosso modo et cū alijs speciebus in fine in electuario ponere sine coctione: et altero duorꝫ modorum facias.

Electuariū quo vtunt reges et prelati. Mesue et est bonū: et exptū: et confortat stomachū. corpectus: et cerebrum. Cuius permixtio. ℞.

Pinearū mūdatarū. ℥. viij. ß.	Cinamomi. ʒ. iiij. ß.
Amigdalarū mundā. ℥. v.	Gariofilorum. ʒ. iij.
Ligni aloes. ʒ. iiij.	Zuccari albi lib. iiij.
Sandali citrini. ʒ. ij.	Aque rose lib. j. ß.
Ambre bone. ʒ. j.	Olei rosati.
Musci boni. ʒ. vni⁹ sextam.	Olei amigdalarꝫ dulciū.
recentis. añ. ʒ. ij.	¶ Misce oia: puluerizentur q̄ sunt puluerizāda: et fiat electuariū i bona forma.

Electuarium de pomis Mesue: bonū ad debilitatem cordis et stomachi: et cōfortat digestionem.

Carniū pomorū dulciū et redolentiū mūdatorū: et incisorum per frusta lib. vj. Sandali citrini. ʒ. iij.

Gariofilorū. ʒ. iiij.	Cinamomi electi. ʒ. iiij. ß.
Zuccari albi lib. v.	Ambre. ℈. ij.
Aque rose lib. ij.	Musci boni. ℈. j.
Ligni aloes. ʒ. v.	

Hoc etiā mō fit electuariū de pomis acetosis: et electuarium de pomis paruis: et aromaticis dulcibus.

Electuarium de sorbis Mesue confortans stomachum: et sedans solutionem fortem. ℞.

Carnium sorbarum immaturarum: et vicinarum maturitati: et elixatarum in aqua rose rubee que prius de cocte fuerint: et corticum granatorum añ. lib. iiij. mellis aut zuccari albi lib. ij. ß. Coquatur vsq; ad spissitudinē: et reconde in vase vitreato: dosis est. ℥. j. pro vice.

Electuarium ad scabiē et pruritū carnis i tractatu. v. Almāsoris in ca. de prurtu: et scabie et magnis pustulis. ℞.

Mirabolanorum citrinorum. ℥. ij.
Foliculorum sene.
Fumiterre. ana. ℥. j.
Succi absinthij q̄tū ... corꝫ sufficit cōspersionē: aliquoties aūt addit huic medicie absinthij q̄tū quarta pars mirabolanorū: et conficiant oia cū melle: et sumat ex ea quotidie q̄ntum est Auellane magnitudo. Istud electuarium non est in vsu: sed generaliter loco huius electuarij vtimur vnguento quodam pro scabie: cuius cōpositio nota est aromatarijs.

¶ Auellana aliqn̄ sumit pro fructu: aliqn̄ pro pondere vt apud Aui. in distinctione de ponderib⁹: et est pondus aurei vni⁹: ergo est. ʒ j. et semis vni⁹ dragme: vt dicit Simon Jannen. Auellana vero pro fructu s̄m Isidorū de ab Auellano campanie oppido vbi abūdant: hec a grecis pontice appellantur: eo qd circa ponticū mare abūdant. Rasis dicit ꝙ de predicto electuario datur q̄tum est Auellane magnitudo. Auellane apud Aui. est sicut granum lauri: vt dicitur in suo capitulo.

Electuarium ad restaurationē humiditatis ꝑ Nico. Cuius permixtio. ℞.

Liquiritie rase. Seminis portulace.
Rosarum rubearũ an̄.℥.ij. Seminis lactuce.an̄.℥.ß.
Zuccari ℥.ij. Seminis scariole.ʒ.ß.
Dragaganti. Spodij.
Gummi arabici.an̄.℥.ij. Gariofilorum.
Sandali albi. Flor⁊ vuar⁊ siluestriũ.an̄.ʒ.iiij.
Sandali citrini.an̄.ʒ.vj. Papaueris albi.℥.j.ß.
Cinamomi.℥.j. Succi liquiritie.
Storacis calamite. Amidi.an̄.℥.ß.
Zinziberis.an̄.ʒ.ij. Croci.ʒ.j.
Pinearum. Penidij.℥.ij.
Berberis. Quatuor seminum.
Sebesten. M.frigidorũ.an̄.ʒ.iiij.
Seminis malue. Seminis cytoniorum.ʒ.iij.
Uiolarum.an̄.℥.j. Sirupi rosati quãtum sufficit.
Amigdalarum.ʒ.j.

Electuarium almezereon Mesue ex inuentione nostra qđ ē medicamẽ benedictũ ad hydropisim: solutione.n.educit aquã citrinam cum fortitudine. ℞.

Foliorum almezereon: preparatorũ.ʒ.x.
Aque casei infusionis agarici.ʒ.xxx.
Carnium cytoniorum elixatorum in aceto.
Tereniabin.i.mãna.ʒ.xl. Olei almezereõ.ʒ.xij.
Zuccari taberzet.an̄.ʒ.lxxx. Dissoluãt zuccar⁊ ⁊ tereniabin in aqua casei p̄dicta: ⁊ misceantur cũ carne cytoniorum: ⁊ coquãt cũ facilitate vsq₃ dũ mellis habeat spissitudinẽ: ⁊ inuoluãt puluis foliorum almezereon cũ oleo iam dicto: et ꝯficiantur cũ eis. Et sit dosis eius.ʒ.iiij.

Electuarium de pisicis Mesue: confortãs stomachũ sitim extinguẽs: et ardorẽ stomachi mitigãs: et oris fetorẽ amputãs: cui⁹ pmixtio. ℞

Carnium persicorũ medio criũ inter maturitatẽ et acerbitatem: et mũdatorum a corticib⁹ suis. Succi p̄sicoru₃ an̄.lib.iij zuccari taberzet lib.ij. Terant persica vt sint sicut medulla: et exerceas in eis decoctionẽ cu₃ syrupo sicut dicimus in ꝯfectione de cytonijs: et cũ coctũ fuerit pulverizentur super ipsum.v₃. ℞.

Ligni aloes.ʒ.ij. Macis.ʒ.iiij.
Cinamomi. Sandali citrini.ʒ.ij.
Cubebe.ana.ʒ.iiij. Musci.℈.ß.

Et aliqñ fit sine speciebus: et est sanum et expertium.

De emplastris.

EMplastrũ de mellilоto Me. mollificãs oẽ₃ duritie₃ q̄ est in epate splene stomacho: ⁊ in viscerib⁹. ℞.

Flor⁊ mellilоti.℥.vj. Cassie lignee.ʒ.j.ß.
Flor⁊ camomille. Sansuci.i.maiora.ʒ.iij
Seminis fenugreci. Armoniaci.ʒ.x.
Baccarum lauri. Storacis.
Radicum althee. Bdelij ana.ʒ.v.
Absinthij.a[illegible].ʒ.iij. Terbenthine.℥.j.ß.
Seminis apij. Ficuũ pinguum.nu.xij.
Cordumeni.i.carui.agre. Sepi caprini.
Radicum yreos. Rasine.an̄.℥.ij.ß.
Ciperi. Cere.℥.vj.
Ameos. Ol[illegible]ansuci.i.maiora.
Spice.ana.ʒ.j.ß. O[illegible]spice.an̄.lib.ij.

Conficiat sic ex semine fenugreci radice althee: ⁊ ficuũ fiãt muscilagines in aq̄ decoctiõis alteri⁹ fenugreci camomille: ⁊ mellilоti.an̄.q̄tum sufficit: et. d[illegible]cta decoctiõe ẽt gũme prescripte dissoluãt. Cetera vero pulverizẽtur: ⁊ additis oleis cera ⁊ adipibus fiat emplastrum.

Potes ẽt alio mõ facere decoquere radices althee: ⁊ fic⁹ in p̄scripta decoctiõe: ⁊ post ipsarũ pfectã decoctionẽ bñ illas pistare: ⁊ gũmas in decoctiõe dissoluere. Cetera vero pulverizare: deinde cu₃ oleis predictis quod remansit ð decoctione miscere: ⁊ his addere ⁊ radices: ⁊ ficus ⁊ gumme dissolute. ⁊ iterum simul tm̄ bullire qđ decoctio cõsumpta sit: postea adde flores: ⁊ leui bullitione bulliant deinde terbentina rasina colata sepi ⁊ cera ponantur: ⁊ bulliant vsq₃ ad liquefactionẽ cere: deinde ab igne deponantur: ⁊ puluis suprascriptarum rerum addatur: ⁊ bene omnia misceantur ⁊ reseruetur. Et hic melior erit modus q̄q₃ etiam superior sit bonus.

Ea que in emplastris ponuntur nõ multũ sunt cõterẽda: eo quia virtus ipsius solum agit in membrum qđ tangit: ⁊ diu virt⁹ eius durat. Et debet esse emplastrum grossum: qñ super locũ egrũ ponit. Aliqui imperiti aromatarij pulverizant semen lauri exteriori cortice non amoto ⁊ male: quia quo in loco ponuntur semper a superiori cortice mundentur.

Cordumeni.i.carui agreste. Sed si haberi non potest eius loco apponi possunt carui domestici.

Emplastrum diafinicon Mes. cõfortans stomachum: ⁊ epar mirabiliter in quib⁹ accidit vehemens debilitas: ⁊ viscera in q̄bus accidit lubricitas ⁊ mollificatio: ⁊ ꝯfert ad fluxũ vẽtris: ⁊ ad fluxũ epaticũ. In primis fiat cerotum. Cuius permixtio. ℞.

Cere.ʒ.ij. Deinde accipe.
Olei rosati. Dactilorũ siccorũ.nu.xl.
Olei nardini.an̄.℥.iiij. Tortellarum de seni.ʒ.v.

Deinde infunde biduo in vino odorifero ⁊ accipe. Carnium citoniorum decoctorum in vino.ʒ.viij. ⁊ tere cum dactilis contritione vltima: ⁊ misceantur cum ceroto ⁊ contundantur in mortario donec aggregentur deinde proijce super ea. ℞.

Masticis. Aloes loti.
Olibani. Spice.
Absinthij romani sicci.ana.ʒ.ij.ß.
Acatie. Galie muscate.
Ligni aloes. Ramich.
Macis. Calami aroma.an̄.ʒ.j.
Mirrhe.an̄.ʒ.j. Laudani.ʒ.ij.

Et iterum [illegible]ꝯterantur donec permisceantur: deinde line super la[illegible]na ex eo: deinde suffumiga cum ligno aloes: ⁊ pone [illegible]per stomachum: ⁊ epar ⁊ viscera: ⁊ de meliori operatione est vt mastix: ⁊ olibanum cũ cera ⁊ oleis misceantur: ⁊ sic cum ceteris fiat emplastrum.

Calamus vel calami si simpliciter scriptum reperiatur de calamo aromatico semper est intelligendum.

Aloes quod ingreditur in emplastris vnguentis: ⁊ cerotis semper d₃ esse lotum: cũ magis confortatiuum sit magisq₃ desiccatiuum ⁊ minus mordicatiuũ ⁊c.

Emplastrum de granis lauri Mesue cõferens ad dolores a frigidate: ⁊ vẽtositate factos ⁊ proprie ad dolorem ventris: ⁊ stomachi: ⁊ renum: ⁊ matricũ: ⁊ vesice: ⁊ aliorum viscerum. Cuius permixtio hec est. ℞.

Olibani. Granorum lauri.℥.ij.
Masticis. C[illegible]eri.
Mirrhe.ana.℥.j. Costi.ana.℥.ß.

M[illegible]llis colati.q.s.ad aggregandũ: ⁊ extendatur: in pãno: ⁊ calidum super ponatur vbi oportet. Si autem triplicatur in eo cyperum: ⁊ ponatur de stercore caprarum: aut vaccarum sicco ad pondus omnium. inuenitur mirabile ad ydropisim.

Ad faciendum emplastrum cum melle pro omni li.j. mellis d[illegible] debes.℥.iiij. specierum cribellatarum: si debitam formã habere debet. Mel in emplast[illegible] nullo modo c[illegible]uẽdum est: eo quia coctura m[illegible]nar ipsum faci[illegible]ico ponatur in eis crudum.

Emplastrum mõtagn[illegible]tra fluxũ qđ in vsu est. Cui⁹ permixtio hec est. ℞.

Eupatorũ manipulum.j. Terre sigillate.an̄.ʒ.vj.
Squinanti manipulos.ij.
Seminum coriandrorum preparatorum.℥.j.ß.
Spice inde q̄rtã ptẽ.manip.vni⁹. Spodij.ʒ.ij.
Masticis.ʒ.iiij. Rosarum.℥.j.
Macis.ʒ.iiij. Farine ordei.℥.ij.
Ligni aloes.ʒ.iij.
Specierum triasandalorum sine canfora.ʒ.iiij.
Mirabolanorũ emblicorũ. Mirabolanorũ kebulorũ.
Scorie ferri preparate.ʒ.j. Assatorum.ana.℥.j.
Olei masticis. Boli armeni.
Olei mirtilorũ.an̄.lib.j.ß.
Lapidis ematitis.

Conteratur subtiliter eupatorium. Cetera vero pulverizentur: ⁊ fiat emplastru₃ in bona forma: mirabiliter enim valet in fluxu ventris.

¶ Camphorã eñ nõ iussit apponi in speciebus trias sandalorũ hoc in emplastro intrãtibus ꝑpter intẽsam ipsi⁹ frigiditatẽ. Intestina eñ debilis caloris: nec multũ frigida sunt apponẽda circa regulariter operando.

Emplastrum de crusta panis mõtagnane valet in vomitu puerorũ: et sic non potentibus cibum retinere multum in vsu est: cui⁹ permixtio. ℞.

Cruste panis assi: ꝛ infusi in aceto per mediã horã. ℥. ij. — Masticis.
Mente. — Spodij.
Olei masticis. — Corallorum rubeorum.
Olei citoniorũ. añ. ʒ. j. — Sandalorum alborum.
Farine ordei. ℥ j. ß. — Sandalorũ rubeo. añ. ℥ j.

Conteratur subtilissime panis: cetera pulverizent: deinde misceantur: ꝛ fiat emplastrum sine igne.

¶ Utiliter hic est notandũ ꝙ mẽbris principalibus: et maxime cordi: ꝛ stomacho nullo modo apponẽda sunt frigida actu: ꝙuis potẽtialiter ꝛ virtualiter frigida sũt: sed aliqualr̃ sunt tepefaciẽda ꝓprie pueris: quare bene notet hoc vt queãt instruere medicamẽta accipiẽtia: qꝛ qñ dñi medici inaduertẽtia nõ expediãt de forma approximationis: ꝛ doctus aromatarius supplere potest.

Emplastrum filij zacharie. Mesue qꝺ lenit duritiẽ: ꝛ nodositatẽ iũcturaꝝ ꝛ lenit pectus ꝛ habilitat materias in eo: et pulmone difficilis expulsionis: cuius permixtio. ℞.

Cere citrine. ℥. iij. — Adipis galline.
Medulle cruris vacce. — Mucillagis seis lini. añ. ℥. iij.
Adipis anatis. añ. ℥. iij. — Olei de lilio. q. s.

Si autẽ fortius facere volueris: adde muscillaginis a[lt]hee: ꝛ muscillaginis fenugreci partes cõueniẽtes: ꝛ p[ro o]leo de lilio ponat̃ oleũ de keiri citrino vel vtrũqꝫ. Et si a[d]huc fortius facere volueris: adde ysopi humide: ꝛ glutinis zanaba in quãtũ de vna musilaginũ: ꝛ miraberis effectũ eius ad ea que diximus ꝛc.

Emplastrum cõtra morbũ. Magistrale. ℞.

Axungie porci. ℥. iiij.
Crescentis frumenti. — Caput allei. nu. j.
Farine frumenti. añ. M. j. — Puluis sinapis rubee.

Misce cũ aqua putei. ꝛ. ℥. iij olei camomille fiat empla.

Emplastrum ad extrahendũ codexcllas magistrale. ℞.

Radicũ althee. ℥. iiij. — Terbentine. ℥. iij.
Farine frumenti. — Albuminũ oui. nu. ij.
Farine linose. añ. ℥. iij — Ficuũ siccarũ. nu. vj.
Farine ordei. — Cepe lilij. nu. iiij.
Farine sinapis rub. añ. ℥. ij. — Et fiat emplastrũ ꝯm artẽ.

Emplastrum ad pleuresim. Mesue. [℞].

Radicum althee. M. j.
Farine ordei. ℥. iij. — Florum melliloti.
Florum camomille ℥. j. — Violarum. añ. ʒ. iiij.

Bulliãt primo radices althee: ꝛ bñ pistent̃: ꝛ postea bulliant oia simul ꝛ coquãtur: ꝛ in fine addat̃ Olei camomille. Olei violati. Olei amigdalarũ dulciũ. a[ñ]. ℥. ij. Misce ꝛ fiat [empl]astrum ꝯm artẽ in bona forma: ꝛ sunt qui addunt in fin[e] [...] recentis. ʒ. iiij.

Emplastrum ad crepatos magistrale. ℞.

Sanguinis draconis.
Thuris. añ. ʒ. ij. — Pulueris balaustis. ʒ. viij.
Boliarmeni. ʒ. iiij. — Masticis. ʒ. iij.
Farine cigergiarum. ʒ. xvj.

Et fiat emplastrum cum decoctione camomille absinthij: ꝛ balaustiarum quãtum sufficit.

Emplastrum ad morsum scorpiorum Magistrale. ℞.

Castorei. — Mentastri.
Serapini. — Pulegij.
Asse. — Cimini.
Sulphuris. — Picis naualis.
Fimi columbini. — Olei scorpionũ. añ. ʒ. iiij.

Misce et fiat emplastrũ in bona forma ꝯm artem ꝛc.

Epitimia pro corde magistrale. ℞.

Been rubei.
Doronici. ana. ʒ. j. — Aque buglose.
Spodij. — Aque rose.
Camphore. añ. ʒ. ß. — Aque melisse. añ. ℥. ß.
Ossis de corde cerui. — Aceti fortis. ʒ. iiij.
Croci. añ. ℈. j. — Rosarum rubearum.
Sete combuste. gra. vj. — Sandalorum rubeorum.
Aque endiuie. — Sãdalorum alborum.
Been albi. — Misce ꝛ fiat epitimia.

Epitimia pro epate Magistrale. ℞.

Aque solatri. — R[o]sarũ rubearum. ʒ. ß.
Aque rose. añ. ℥. ij. — Aq[ue] endiuie.
Spodij. — Sandalorum alborum.
Camphore. añ. ʒ. ß. — Sãdaloꝝ rubeorũ. añ. ʒ. j.
Aceti fortis. ʒ. iiij.

Misce et fiat epitimia pro epate ꝛc.

Filonium ex inuẽtione prima Mesue manifestorũ iuuamentoꝝ et expertorũ in sedatione dolorũ: et separatione a casibus mortis: et ꝓprie dolori stomachi a frigiditate facto: aut humore crudo aut a ventositate grossa extẽdente. Et sedat dolorẽ colice: ꝛ viscerũ: et dolorẽ renũ: et matricum: et dolorẽ laterũ: et prefocationẽ anhelitus: et difficultatẽ vrine: ꝛ singultũ vehementẽ: et est in vsu prime descriptionis in antidotario. ℞.

Piperis albi. — Spice.
Seminis iusquiami. añ. ʒ. xx. — Piretri.
Opij. ʒ. x. — Castorei. añ. ʒ. j.
Croci. ʒ. v. — Puluerizẽtur oia subtilissime cũ li. ij. ℥. xj. mellis cocti ꝛ dispumati fiat cõfectio in bona forma: dosis ei⁹ est: sicut cicer: aut faba parua cũ eo qꝺ cõuenit ex potibus. Et sunt qui ponũt musci. ℈. j. medicine autẽ oẽs quõ stupefaciãt nota: omne eñ membrum sentiẽs hꝫ quãdã mẽsurã frigoris terminati cum suo calido: in quo frigore si fiat additio in certa mẽsura membrum stupefit: et hoc modo medicine omnes opiate stupefaciunt.

¶ Contritio medicinarũ oĩm stupefacientiũ debet esse subtilissima ad hoc qꝺ possit per paruas venas penetrare: et ardua loca: aliter eñ membrũ ab eis nõ posset stupefieri: neqꝫ sensus obtundi.

¶ In actu practico notẽt iuuenes medici: ꝛ nõ solũ de hac cõpositione: sed de oĩbus narcoticis: et stupefactiuis: tã simplicibus ꝙ compositis. Qꝺ si intentio medici est solũ prouocare illa danda sunt post cenã in sero trãsacta hora. Cũ autẽ intendimus sedare dolores: seu fluxum sanguinis prohibere: nõ nisi vacuo stomacho a cibo: et superfluitatibus sunt exhibẽda. Neqꝫ post quinqꝫ horas est cibus assumendus: et sic de tyriaca noua intelligatur.

Filonium persicũ ꝛ est in. c. de sputo sanguinis Mes. valet vehemẽtis virtutis ad manationẽ sanguinis vndecũqꝫ: ꝛ screatũ ei⁹ cũ t[u]ssi ꝛ sine tussi: ꝛ sup̃fluitatẽ mẽstruoꝝ dolorosaꝫ: ꝛ emorroidaꝝ ꝛ egestionem sanguineã: ꝛ ad mulieres pregnantes: quibus erumpuntur menstrua: ꝛ cõseruat fetus in matricibus earum: cuius permixtio hec est. ℞.

Seminis papaueris albi. — Euforbij.
Seminis iusquia. añ. [...] — Peretri.
Terre sigillate. — Margaritaꝝ nõ ꝑforataꝝ.
Opij. ana. ʒ. x.
Scehedene[g]i. i. semen canapis.
Karabe. an[a]. ʒ. j. — Zedoarie.
Croci ana. ʒ. v. — Doronici.
Castorei.
Ramich. i. quedã cõpositio infra descripta. añ. ʒ. j.
Spice. ana. ʒ. j. — Camphore. ℈. j.

Puluerizentur subtiliter oia. Mellis rosati ꝛ colati. li. ij. et fiat electuarium in bona forma.

¶ Differentia eñ est inter scedenegi ꝛ scehedenegi: scedenegi idem est qꝺ lapis ematitis: scehedenegi. i. semen canapis: quare bene cõsiderande sunt litere in omni cõpositione et vocabulo.

¶ Castoreũ eñ in hac compositione ponitur: vt prohibeat congelationem ab opio.

¶ Margarite vero ad confortationem membrorũ principalium propter lesionem opij.

¶ Margarite a natura perforate meliores sunt ꝙ non perforate. Et ratio est: qꝛ ꝑ illud foramē superfluitates ipsarum sunt consumpte ⁊ purgate.
¶ Philonium enim dicitur a compositore: qꝛ philon medicus illum composuit.

Galia muscata Mesue que cerebrum ⁊ cor confortat ⁊ ingreditur in permixt[...]nibus medicinarū: ⁊ facit corporis ⁊ ori[...] odorem bonum. ℞.
Xiloaloes crudi .i. lignum aloes. ʒ .v. Ambre. ʒ .iij. Musci boī. ʒ .j. Glutinis dragaganti: facti in aqua rosata quantum sufficit. Et fiāt trocisci conterendo conterenda ⁊ sigillentur.
¶ Muscus enim ⁊ ambra terenda non sunt: nec pulverizanda: sed dissoluenda sunt cum aqua: eo quia pulverizando euaporat virtus sua: vt de gummis dixi in recepta dragaganti.

Galia sebellie Mesue stomachum ⁊ cor cōfortat et epar debilitat: ⁊ ingreditur in medicinis magnis. Cuius permixtio hec est. ℞.
Foliorū rosarū recentiū ⁊ humidarū que iam incipiūt reserare nodos idest que quasi sunt cōplete dilatate. ℥ .j. ſ. terantur contritione vltima in mortario lapideo: deinde accipe:

Ligni aloes boni ⁊ electi. Sandalorū citrinorū. ʒ .ij.
Gariofilorum. Ramich .i. q̄dā ꝯpositio. ʒ .iij.
Gummi arabici. Spice inde. añ. ʒ .j. ſ.

¶ Terantur oīa hec subtilissime: ⁊ misceanꝛ cum suprascriptis rosis: ⁊ simul pistando bene misceantur humectādo oīa cum parū aq̄ rose infusionis gummi arabici. Et iterū teranꝛ: deinde iterum humectenꝛ: ⁊ terantur: ⁊ hoc facies per totā vnā diem postea aromatizentur cū ℈ .ij. musci. Ambre. ⁊ Camphore. añ. aureum mediū .i. ℈ .ij. gra. v. ⁊ fianꝛ trocisci ⁊ sigillentur.
¶ Galie oēs spēs sunt subtilissime terende: ⁊ ꝑ spissum cribrum transeunde: vt ipsarum confortatio ad longinqua membra penetrare possit.
¶ Ista compositio est que intrat in aromatico nardino Mesue. Et de qua intelligitur cum scriptum reperitur galia sebellia.

Galia alefange Mesue: ⁊ est eius interpretatio aromatizatū. Et est illa de qua antiqui ꝯsiderāt: ⁊ de qua plurimū loquūtur. cerebrū: cor stomachum ⁊ epar cōfortat ⁊ oia membra nutritionis. Et linitur suꝑ neruos debiles: ⁊ confortat eos: ⁊ ingrediꝛ in medicinis magnis: ⁊ hoc est ꝙ intelleximꝰ. ℞. Mirabolanorū emblicorū bonorū abiectis ossibꝰ. ʒ .iiij. cōteranꝛ cōtritione grossa: ⁊ et ponanꝛ in vase vitreo: ⁊ fundatur super eos aq̄ rosate bone: ⁊ electe infusionis rosarū siccarū: ⁊ corticū citrorū li. ſ. ⁊ stringaꝛ os vasis ⁊ dimittaꝛ ꝑ tres dies. Deinde fun[d]aꝛ in eis aque p̄dicte infusionis. ℥ .iiij. ⁊ in crastinum fiat similiter vsq̄ quo emblicorum virtus in aqua impressa sit. Tunc vero. ℞.

Ligni aloes boni. ʒ .viij. Spice inde. ʒ .iij.
Ramich .i. q̄dā ꝯpositio. ℥ .j. ſ. Sādali citrini aromatici.
Rosarum. ʒ .x. Gūmi arabici. ʒ .vj. (ʒ .iiij.
Gariofilorum. ʒ .x.

Teranꝛ oia sicut alcohol sicut dixi: ⁊ fundaꝛ suꝑ ea parum succi infusionis predicte emblicorū: ⁊ cōteranꝛ cū eo vsq̄ dum totum in eo paulatim fundaꝛ. [U]ltimo vero aromatizeꝛ cū. ʒ .j. cāphore ⁊ ābre. ʒ .ij. ⁊ musci boni ʒ .ij. fiant inde trocisci ⁊ sigillenꝛ sicut diximꝰ: ⁊ ponantur in vase vitreo ⁊ administrentur ⁊c.
¶ Si ſm doctrinā tibi supra datā nō velles cāphoram pulverizate dissoluere: sꝫ tūc ne tota circū mortario deꝑdaꝛ: hoc mō facias. primo in dicto mortario pistabis duas vel tres amigdalas a q̄bꝰ exiūt q̄dā vnctuositas q̄ circūuoluta mortario non permittit cāphorā mortario adherere: pistatis amigdalis abiiciant: ⁊ camphora intra ponaꝛ ⁊ pisteꝛ: ⁊ sic nihil de ea deꝑdiꝛ: hoc annotare volui ꝑpter iuuenes: ꝗꝛ ego antiquos quandoq̄ in hoc errare viderim: ⁊ non sunt sine risu.

Galia magna: siue regalis: seu zucchalerus. Mes. vꝫ. ℞. Succci albelach li. j. bulliat ebullitione vna: deinde coletur: ⁊ proiiciatur super ipsum gallarum contritarum contritione vltima. ʒ .iij. ⁊ simul bulliant donec fiant sicut mel: deinde. ℞.

Rosarū rubearū. ℥ .j. Ligni aloes. ʒ .vij. ſ.
Cardamomi .s. maioris et minoris.
Darseni .i. cinamomi electi. ʒ .iij.
Lingue auis .i. semē fraseni. Sādali mazachari .i. citri-
Gariofilorum. Croci. ʒ .ſ. (ni ʒ .v.
Nucis muscate. Gummi arabici. ℥ .j.
Masticis. añ. ʒ .vij. ſ.

Teranꝛ cōtritione subtilissima ⁊ cribellenꝛ: deinde misce cū p̄dicto succo: postea expandanꝛ oīa hec mixta super marmor inunctū oleo amigdalarū: ⁊ dimittaꝛ donec siccetur: deinde pulverizeꝛ subtilissime: ⁊ aromatizeꝛ cū. ʒ .ſ. musci dissoluti in aqua rosata: ⁊ cum dicta aqua fiant trocisci qui exiccenꝛ in vmbra: ⁊ sigillenꝛ ⁊ reseruentur.
¶ Inter doctores magna est diuersitas de albelach: quidam enim dicunt ꝙ est flos palme: vt Auicenna: q̄dā ꝙ est spēs dactiloꝝ. Alij ꝙ sunt dactili imaturi: ⁊ hec opinio vera est. Sꝫ qꝛ non portanꝛ in nr̄a patria ita virides ꝙ succꝰ ab eis exthi possit: igiꝛ hoc mō faciēdū est. Accipias dactilos immaturos q̄titatē quā volueris: vt li. ij. bene pistenꝛ vel minutissime incidanꝛ: ⁊ post incisionē apponanꝛ ad ignē cū li. ij. aq̄ cōis. ⁊ permittanꝛ simul bullire donec aq̄ remaneat in li. ſ. deinde dicti dactili exprimantur bene in petia vel staminia: ⁊ succositas ab eis exiēs reseruetur: ⁊ vtatur in hac cōfectione: ⁊ hoc facias si succū dactiloꝝ habere nō potes: ꝙ si haberi potest succus magis cōueniens esset: ꝗꝛ ab ipsa decoctione virtus ipsorum e[x]trahatur: tn̄ per dictā decoctionem de virtute eius i[n] [d]ubie resoluitur ⁊c.

Homorusia in quinto cano. Aui. q̄ cōfert ad debilitatē epatis: ⁊ splenis ⁊ duriciem eorum: ⁊ aperit opilationem: ⁊ prouocat vrinam: ⁊ frangit lapidē in renibꝰ: ⁊ iuuamētū eiꝰ in inceptione hydropisis est magnum. ℞.

Seminis dauci. Piperis longi.
Cimini carmeni. Costi.
Xilobalsami. Piperis albi. añ. ʒ .ſ.
Cassie lignee. Mirrhe. ʒ .iij.
Cordumeni. Baccarum lauri nu. x.
Floris squinanti. Acori.
Seminis apij. añ. ʒ .j. Croci. añ. ʒ .ij.

Mellis dispumati quantū sufficit: ⁊ fiat confectio: ⁊ da ad quātitatem Auellane cū aqua tepida.

Iustinum imperatoris Nic. dr̄ a iustino imperatore: qꝛ illud composuit valet proprie calculosis: ⁊ ad iliū dolorē ꝯtra stranguriā ⁊ dissuriā: ⁊ ad muchos mingentes: cuiꝰ ꝑmixtio. ℞.

Cinamomi. Leuistici.
Costi. Macedonici.
Folij. Seminis vrtice.
Spicen[ar]di. Miliū solis .i. milij [s]iluestre
Cassie lignee. Aristologi[e] [⁊] rotūde.
Sax[if]ragie. Iuni[peri] semen.
Enule .s. radix. Se[minis] sparagi.
Ysopi. [Sil]eris montani.
Pulegij. Seminis apij.
Artemisie. Seminis aneti.
Pentafilon.

Ruthe agrestis .s. semen: loco eius poni pōt domestica.
Leucopiperis .i. piper album.
Orobi .i. mocus similatur arbilia. Nota ꝙ frequēs vsus eiꝰ facit mingere sanguinem. Seminis citri.
Seminis feniculi. Anisi.
Seminis petrosilij. añ. ʒ .j. ſ. Baccarum lauri. añ. ʒ .j. ſ.
Pulverizentur omnia subtilissime: mellis cocti ⁊ dispumati li. ij. ⁊ fiat electuarium.
¶ Et nota ꝙ hoc electuarium solum per annum ꝯseruatur. De costo in receptis scriptum si reperitur absolute de costo amaro intelligendum est. Nec auscultes dicentes dulce costum reperiri. Nam illos omnino vituperat Simon Januen. hoc modo dicens: inuenitur autem in multis locis costum dulce scriptum in confectioni-

bus: sed nec vidi nec audiui ab aliquo dici. Sed ꝙ imperiti dicunt costũ dulce esse: radix est enule artificiose preparata: igitur ꝛ si in receptis inueniatur scriptũ. Costum dulce amarũ ponatur: cũ illud dulce in rerũ natura nõ sit. Due tñ reperiuntur diuersitates costi: vnus eñ ẽ indicus: ꝛ est rufus violẽtus: est ꝛ arabicus qui albus est ꝛ tẽperatior: ꝛ illo vtimur: quare nota: ꝛ hoc oẽs clamãt doctores. A nullo eñ reperies dulce costũ scribi de doctoribus medicine: quare quiescant tantis autoritatibus viri hi ignari dicentes costum dulce reperiri.

¶ De saxifragia est cõtrouersia inter aromatarios: multi eñ ignorãtes pro ea ponunt quandã herbã habentẽ folia similia fere celidonie siue pimpinelle: minus tñ lata: ꝛ habentẽ radicẽ grossam ꝛ errant. Nam illa est pastinaca siluestris. Sed vera saxifragia est quedaꝫ herba nascens in mõtibus arone adherens saxis que herba facit plantã multis folijs subtilissimis subtilitatis fere capillorũ longitudinis digiti: ꝛ hec vere saxifragia est: ꝛ illa in medicinis debet apponi ꝛ nõ alia: et ex hoc apparet corruptela aromatariorũ: quia non habetur virtus medicine a doctoribus limitata ꝛc.

yerapigra Galeni Mesue siue de mẽte Galeni. Et virtus quidẽ huius medicine affert iuuamenta multa experta ad egritudines capitis et stomachi et epatis ꝛ iũcturarũ et renũ: et matricũ et membrorũ frigidas: et educit humiditates generatas in eis: et putredines. Cuius permixtio hec est. ℞.

Cinamomi.	Croci.
Assari.	Xilobalsami .i. lignũ balsami.
Masticis.	Spice.
Cassie lignee. añ. ʒ. j.	Carpobalsami. [illegible] ʒ. j.
Aloes succotrini. ʒ. ij.	

Mellis collati et dispumati. ℥. iiij. ꝛ fiat electuariũ in bona forma: dosis est a. ʒ. iiij. vsqꝫ ad. ℥. j.

¶ Quãtitas mellis in hac cõpositione debet esse pauca scꝫ specierũ ꝛ mellis. añ. partes equales. Et qꝛ mel frangit virtutẽ aloes. Et nõ solũ de hac cõpositione est intelligendũ: sed ꝛ de oibus alijs in quibus aloes est basis.

¶ Basis in medicina dr illa medicina simplex: cuius operatio principaliter queritur in medicina cõposita. Et per cõsequẽs operationẽ cuius alie medicine intẽdunt sicut finẽ: et ipsa est efficiẽs principale. Et sic ratio essendi basis est rõ finis intẽti. Uel illud dr basis in medicina p qd laudes medicine ei cõueniunt: quare bene nota.

¶ Yera eñ exhibẽda est illico qd est facta: ꝛ hoc ꝯ indoctos medicos ꝛ ignaros aromatarios. Albumasar eñ vult ꝙ postqꝫ est facta sepeliatur per sex mẽses in ordeo: vt fermẽtetur: ꝛ debet cõfici in mẽse Julij vel Junij: et [illegible]a in frumẽto: qꝛ calore estatis et frumẽti corrũperetur: cuius cõtrariũ faciũt aromatarij nostri temporis.

¶ De aloe succotrino ꝛ epatico dña est inter doctores. Aui. Mes. et qdã alij laudãt succotrinũ. Aliabbas epaticum. Igitur dico ꝙ aloes epaticũ magis est solutiuũ: ꝛ hoc est ꝙ aliabbas dicere vult. Sed in alijs succotrinũ epaticũ in bonitate superat. Et idõ cũ aloes simpliciter scriptũ reperitur de succotrino est intelligẽdũ tanqꝫ de perfectiori.

yera simplex Galeni [illegible] septimo terapẽtice: que est illa q̃ in vsu est: et de illa intelligũt doctores cui tãtas laudes ꝯtribuũt: et dicũt ꝙ dosis est. ʒ. j. ꝙ nõ intelligãt de pscripta satis ptꝫ: eo qꝛ de ea exhibui: et exhibere vidi a famosis doctoribus. ℥. j. et qñ. ʒ. x. et parũ operabatur. Et virtus quidẽ huius medicine affert iuuamẽta multa experta ad egritudines capitis: et stomachi ꝛ epatis et iũcturarũ: et renũ ꝛ matricũ: et membrorũ frigidas: et educit humiditates generatas in eis: et putredines. Cuius permixtio hec est. ℞.

Cinamomi.	Xilobalsami .i. lignũ balsa. ʒ. j.
Masticis.	Assari.
Aloes succotrini. ʒ. c. seu cẽtũ.	Spice nardi.
Croci. añ. ʒ. j.	Mellis colati ꝛ dispu. ʒ. centũ et sex.

Ita ꝙ est equalis qũtitatis cũ speciebus: ꝛ hec est descriptio yere q̃ fieri dꝫ nõ alia. dosis. ʒ. iiij. vsqꝫ ad. ʒ. viij.

¶ Si reperitur scriptũ simplex vel yerapigra Galeni vel yera ex octo rebus vel yerapigra semper de nunc pscripta est intelligendum non de alia.

¶ Yere oẽs seruari possunt a sex mẽsibus vsqꝫ ad quatuor annos in sua bonitate. Cũ do demũ tẽpus trãseũt a bonitate et perfectione declinant ꝛc.

yera cõposita Galeni que in clysterijs apponitur: et est descriptio Nicolai. valet ꝛ facit ad diuersas capitis passiones: et auriũ et oculorũ distemperantiã: stomachũ optime purgat: causas epatis emendat splenis duritiẽ: et diuersitatẽ remouet et extenuat: renibus ꝛ vesice pficit: et matricis distemperantiã emendat. ℞.

Cinamomi.	Uiolarum.
Croci.	Absinthij.
Spice.	Epithimi.
Squinanti.	Agarici.
Assari.	Rosarum rubearum.
Cassie lignee.	Turbith albi ꝛ gũmosi.
Xilobalsami .i. lignũ balsami.	Colloquintide.
Masticis. añ. ʒ. ij.	
Carpobalsami .i. semen balsami. añ. ʒ. ij.	
Aloes electi. ℥. iiij.	

Pulueriʒẽtur subtiliter oia: mellis colati et dispu. ℥. viij. qd est ad pondus specierum: ꝛ confice ꝛc.

¶ Squinantum per se terendũ est: et pulueriʒandũ: eo qꝛ multũ sustinet de cõtritione: ꝛ si permisceretur cũ alijs medicinis ad pulueriʒandũ ante ipsius pulueriʒationem euanesceret virtus aliarũ medicinarũ ꝛ bonitatem deperderent: per se ergo conterendum est.

¶ Yere species sunt omnes subtilissime terẽde vt sua subtilitate virtus aloes transeat per angustas vias: et hoc voluit Albucasis particula. v. ca. de yera antiqua cum dicit: et vnaqueqꝫ pars teratur: et cum panno serico triconiʒetur: et puluis in aliquo vase vitreo reponatur: dosis. ʒ. iiij. vsqꝫ ad. viij.

¶ Mel in electuarijs solutiuis parũ vel nihil decoquẽdum est: mel eñ quãto minus coctũ tanto magis laxatiuum: ꝛ quãto magis coctũ tanto magis restrictiuum: ꝛ etiã qꝛ per coctionẽ magis viscosum redditur. Mel enim coctum magis nutrit ꝛ minus laxat.

Ieralogodion sm Aui. Et est ꝯfectio benedicta plurimi iuuamẽti: mundificans corpus ab vltimis extremitatibus suis cũ solutione in q̃ nõ est labor oim humorũ ꝛ superfluitatũ: ꝛ cõfert ad egritudines capitis ꝛ dolorem ꝛ emigraneã: ꝛ cephaleam ꝛ ouum ꝛ galleam ꝛ vertiginẽ ꝛ alguesgues ꝛ maniam ꝛ epilesiã: ꝛ timorẽ ꝛ paralisim: ꝛ mollificationem: imo ad apoplexiam: ꝛ totum illud accepta in puluere: sicut dictum est de scelithe: ꝛ est melior illo plurimũ: ꝛ ꝯfert ad dolores auris: ꝛ oculi ꝛ cõfortat stomachũ: ꝛ aperit opilationes epatis: ꝛ prouocat mẽstrua: ꝛ remouet difficultatẽ anhelitus: ꝛ confert ad quartanam et oẽs passiones flegmaticas crudas: ꝛ febres antiquas: ꝛ valet ad dolores iuncturarũ: ꝛ podagrã ꝛ venã sciaticam. Et est vtilis ad tiriã ꝛ alopitiã: ꝛ vlcera antiqua in capite ꝛ alia ꝛ ad albaras ꝛ morpheã et impetiginẽ: ꝛ excoriationẽ ꝛ lepram ꝛ ad scrophulas: ꝛ apostemata frigida ꝛ cancros. Cuius permixtio. ℞.

Pulpe colloquintide. ʒ. v.	Croci.
Squille assate.	Cinamomi.
Agarici.	Oppoponaci.
Scamoneee.	Polipodij.
Ellebori nigri.	Cerapini.
Armoniaci.	Castorei.
Scordeon. añ. ʒ. iiij. ß. ꝛ in descriptione alia. ana. ʒ. ij. ß.	
Seminis petrosilij. añ. ʒ. ij.	Mirrhe.
Aristologie longe	Hasce.
Succi absinthij.	Ipericon.
Euforbij.	Folij indi.
Spice.	Prasij.
Amomi.	Cassie lignee.
Zinziberis. ana. ʒ. ij.	Polij montani. ana. ʒ. ij.
Gentiane.	Melanopipis .i. pip nigrũ.
Sticados. ana. ʒ. j. ß.	Epithimi.
Macropiperis .i. pip lõgũ.	Camedreos.
Bdelij.	
Leucopiperis .i. piper album.	
Aloes. ana. ʒ. iij.	

¶ Mellis dispumati quantū sufficit: dosis integra. aur. iiij. cum aqua tepida ⁊ melle aut cū decoctione epithimi: ⁊ passularum enucleatarum dosis. ʒ.ij. vsq₃ ad. iiij.

Iera hermetis Mesue: ⁊ est yera luf super quā expectatur fiducia iuuamentorum multorum expertorū ⁊ ppriē ad dolorem capitis ⁊ emigraneam: ⁊ vertiginem ⁊ paralesim: ⁊ epilepsiam ⁊ tremorem ⁊ torturā. Et educit superfluitates: ⁊ proprie humorum grossorum ⁊ viscosorum: ⁊ subt[...]m a capite ⁊ neruis. ⁊ iuncturis et stomacho: et toto corpore. Et confert iuuamentū manifestum doloribus iuncturarum ⁊ renum: ⁊ colice difficili: ⁊ dolori matricum cuius permixtio. ℞.

Aloes.℥.j.	Masticis.
Trociscorum alandal aureos nu. viij. i. ℥. xij.	
Bdelij.	Ellebori nigri.
Turbith albi ⁊ gūmosi.	Euforbij.
Agarici albi.	Assari. i. radix.
Utriusq₃ luf. id est dragontee ⁊ serpentarie.	
Cassie ligne.	Salis indi.
Radicum yreos albi.	Castorei.
Serapini.	Croci.
Mirabolanorū citrinorū.	Seminis apij.
Keisim. i. semē leuistici.	Mirabolanorū kebulorum.
Seminis mezereon.	Mirabolanorum indorum.
Sticados. ana. ʒ. j.	añ. ʒ j. ſ.
Zinziberis.	Squille assate. ʒ. ij. ſ.
Cinamomi. ana. ʒ. j.	Scamonee bone. ʒ. ij.

Et fiat omnium contritio bona. Sūmi aūt ponant in vino odorifero: ⁊ inuoluatur puluis in succo cucumeris asinini q̄ntitate qua bene inuoluatur: et exiccetur: ⁊ iterum denuo inuoluat in p̄dicto succo pauco oleo nucū: et iterum siccetur et conficiatur totum cum melle dispumato q̄ntitate qua fiat totum sicut pasta: ⁊ detur post sex menses. Dosis eius est. ʒ. j. vsq₃ ad. ʒ. ij. ⁊c.

Julep rosatum Mes. valens ⁊ conferēs adustioni febrium: ⁊ vehementie sitis ⁊ inflāmationi stomachi ⁊ pectoris. Cuius permixtio. ℞.

Aque rose lib. iij. Zuccari albi clarificati lib. ij. ⁊ fiat iulep lento igne debito modo decoquendo: ⁊ leuiter clarificato cum aqua rosa.

¶ Aromatarij nostri tēporis nō faciunt hoc modo: sed clarificato zuccaro cum aqua cōmuni cū ppinqua est coctioni addunt pro omni lib. j. zuccari aque rose. ℥. ij. ⁊ iste nō est modus: ⁊ ideo nō habetur vtilitas a doctoribus posita: ⁊ hoc ppter auaritiam aromatariorum.

¶ Quotiens enim scriptum reperit iulep de rosato semper est intelligendum tanq₃ de perfectiori ⁊ meliori.

Julep violatum Mes. conferēs ad febrem ⁊ inflāmationē ⁊ asperitatem pectoris: ⁊ tussim ⁊ pleuresim ⁊ eius operatio est sicut iulep rosatum. ℞.

Aque florum violarum lib. iij.

Zuccari al[...] clarificati cū aq̄ violarū li. ij. ⁊ fiat iulep.

¶ Julep omnes sunt parum decoquēdi: eo quia si multum decoquuntur candescunt: nec propter leuem eius coctionem timetur eorum corruptio: eo quia aqua est aromatica: ⁊ eos a corruptione conseruat: ⁊ nota q̄ dico q̄ non sunt multum decoquendi: coquendi tñ sunt.

¶ Differt syrupus a iulep. P[...]o quia syrupus longe melius decoquitur q̄ iulep. Secundo quia iulep absq₃ alicuius rei commixtione decoquitur: secus aūt syrupus. Et sic fiunt iulep ⁊c.

Julep de iuiubis Mesue valet ad asperitatem pectoris ad tussim: ⁊ igrossat sputū subtile: et facit facilez ei⁹ expulsionē. Et cōfert raucedini ⁊ pleuresi. Cuius permixtio hec est. ℞. Juiubarum magnarū et pinguium: numero. c. Et decoque in lib. iiij. aque vsq₃ dum remaneant lib. ij. et cum lib. j. zuccari fiat Julep in bona forma ⁊c.

Katarticon imperiale Nicolai. id est laxatiuū pro imperatoribus vel alijs delicatis hominibus inuentum: ducit enim sine lesione precipue valet pinguibus hominibus qui semper sunt constipati: valet etiam yliosis ventositatem stomachi: ⁊ intestinorū habētibus optime caput purgat: ⁊ de toto corpore vtramq₃ coleram quietatam educit: cuius permixtio hec est. ℞.

Diagredij.	Gariofilorum.
Mirabolanorū citrinorū.	Zinziberis.
Spice celtice.	Hermodactilorum.
Melanopiperis. id est piper nigrum.	Zuccari. añ. ʒ. iiij. ſ.
	Macropiperis. id est piper longum.
Cinamomi.	Saxifragie.
Spice nardi.	Polipodij. añ. ʒ. ij.
Cardamomi.	
Amomi. ana. ʒ. j. ſ.	

Mellis quantum sufficit: sumatur cū vino vel cū aqua calida mane et sero: dosis est. ʒ. iiij.

Litontripon Nicolai pretundēs lapidē interpretat̄: hoc lapidē frangit: ⁊ expellit si in renibus vel vesica fiūt: hac vtens medicina nec dolorem ylij nec lapidis vicium incurrit: cuius permixtio. ℞.

Spice nardi.	Seminis vrtice.
Zinziberis.	Semīs citri. añ. ʒ. j. ⁊ gra. xv
Xilobalsami.	Acori.
Folij.	Cinamomi.
Croci.	Paucedani.
Squinanti.	Meu.
Cassie lignee.	Melanopipis. i. piper nigrū.
Bdelij.	Masticis.
Leucopipis. i. piper albū.	Radicum yreos.
Amomi.	Saxifragie. añ. ʒ. ij.
Seminis leuistici.	Carpobalsami.
Seminis grana solis.	Gariofilorum.
Seminis [p]etroselini.	Costi.
Sfleris [mo]ntani.	Reupontici.
Sinoni. i. petrosilij agrestis.	Liquiritie rase.
Ciperi.	Cardamomi.
Dragaganti.	Aneti. i. semen.
Alexandri. i. macedonici.	Euforbij.
Camedreos.	Lapidis lincis.
Seminis apij.	Olei nardi.
Seminis sparagi.	Olei muscellini añ. ℈. j. minus gra. iiij.
Seminis basiliconis. añ. ʒ. j. ⁊ grana. xv.	

Mellis dispumati. q. s. det̄ q̄n op⁹ fuerit cū vino calido.

Letificans ralis. ix. Almāsoris in capi. de melancolica: in diebus vero quibus quiescit eger debet sumere ex electuario quod vocatur letificans: letificat cor ⁊ animum: ⁊ oris. et sudoris odorem bonum facit: cuius permixtio. ℞.

Seminis melisse.	Card[a]momi maioris.
Corticum citri.	Neremisch.
Gariofilorum.	Been albi.
Galie muscate.	Been rubei.
Masticis.	Zedoarie.
Croci orientalis.	Doronici.
Cinamomi.	Semīs ozimi maioris.
Nucis muscate.	Seminis ozimi gariofilati.

añ. part[es] equales. Musci q̄ntum est decima pars vni⁹. Deinde sumantur kebuli. xx. emblici. xx. [inf]erantur in tri[bu]s libris aque: ⁊ coquantur [ad con]sumptionem duarum partium: ⁊ colentur: in [colat]ura vero addatur mellis dispumati lib. j. dein[de b]ulliant vsq₃ ad consumptionem aque. Postea ex hoc melle conficiant predicte species: quod tñ in pondere sit ad triplum ad spēs de quo cū necesse fuerit ad magnitudinem auellane sumēdū est: hoc eñ medicamē letitiā: ⁊ coloris pulchritudinē: ⁊ digestionis bonitatē operatur: ⁊ retardat canos.

¶ Neremisch apud Auicen. in secundo canonis capi. cccccxx. est flos ⁊ cortex: ⁊ capita similantur macis: sed est minus rubeus ad citrinitatem declinās: ⁊ est aromaticus ⁊c. neq₃ per id cognoui quid sit.

¶ Permutatio neremisch in eodē capitulo: ⁊ loco eius ponitur quarta pōderis ipsi⁹ de zinzibere: ⁊ medietas pōderis eius de fisticis. ⁊ sexta ponderis ipsi⁹ de spica.

¶ Simon Januensis inquit neremisch: sed in arabico neremisch: est vt Auicenna describit: sed nec Simon videtur cognouisse quid esset.

¶ Matthe⁹ silua. dicit q̄ neremisch est semē rose asini

vel flos ipsi⁹. Aui. in suis simplicibus in fine antidotari) ait neremisch. i. musahaz et est flos peonie vel peonia: et sic credo esse bene expositum: nam sicut dictū est. Math. silua. dicit q̄d neremisch est flos rose asini. Auerroys vero in. v. colliget dicit peonia. i. rosa asinorū. Preterea vide apud Joan. arculanum in. c. de melācolia qui describit predictū electuariū ex auctoritate Rasis: et ibi loquit neremisch. i. semē peonie. Bartho. Mōtagnana h3 loco neremisch peonia que idē est. Gentilis vero super. v. can. Auicen. ignorauit q̄d esset neremisch. Dicit enim ibi q̄d Conciliator dicit falsum in. c. de colica dum dicit quod neremisch est semē peonie: et sic ego reperi apud Conciliatorem differētia ducētesima nona: que est penultima oim suarū differentiarū. dicit enim ibi neremisch. i. peonia: et sic ex meo iudicio Conciliator et alij bene dixerūt: sed Gentilis non bene dicit: sicut ostendi supra per supradictos auctores: quod verum neremisch. est flos peonie vel semen ipsius. Preterea vide etiā q̄ Rasis in electuario de nucleis fructuum h3 seminis peonie. et Aui. in eadem confectione h3 neremisch: quod idem est.

Loth de pino Mesue cōferēs ad tussim antiquā: et asma et sputo et viscoso: et constrictionē anhelitus. Cuius permixtio. ℞.
Granorum pini mūdatorum et recentium. ℥. xxx.
Ami. i. amidi. Capillorum veneris.
Amigdalarum dulcium excorticatarum.
Radicum lilij celestis. i. yreos. an̄. ℥. iiij.
Auellanarum assatarum.
Carnium dactilorum heyron. id est dactili illius prouincie. ℥. xxxv.
Dragaganti. Gummi arabici ana. ℥. iiij.
Amigdalarum amararum Mellis passulati an. etiam excorticatarū. ℥. ij. Liquiritie rase.
Zuccari tabarzet. Succi liquiritie.
Butiri recentis. an̄. ℥. iiij.
Mel taberzet quid sit supra declaratum est lib. j. et ℥. v. ℨ. et fiat loth mel coquendo et depurando.
¶ Auellane assantur queadmodū semina. Igit̄ facias vt supra tibi ostendi de seminib⁹: et hoc modo habes doctrinam assationis earum: assantur aūt q̄m assate maturant catarrum. Sed cortex interior abijcitur: et hoc modo assando remouetur quedā superflua humiditas.
¶ Dragagantum q̄d ponit̄ in omni loth preparat̄ hoc modo. Accipiatur mellis et aque ana. q. s. et infundat̄ dragagantum: et permittatur per totam noctem vsq̄ in mane: et si deest aqua addatur: deinde per sedatium fricando transeatur: et hoc modo vtatur: et sic facias de omnibus gummis in loth intrantibus.
¶ Nucle⁹: si simpliciter scribit̄ de nucleo pini intelligitur. quidā vero alij de nucleo oliue intelligunt. Auicenna vero. ij. canonis de nucleo dactili intellexit. Sed prima opinio verior et melior est.
¶ Mel passulatū fit hoc modo. Exprimant̄ passule donec ex eis exeat succ⁹: et accipe de dicto succo parte vnā. mellis ptes duas: vel succi passularum. ℥. m. ℥. ij. misce et bulliāt simul vsq̄ ad cōsumptionē succi: et tunc erit mel passulatum. et hoc modo ondit facere Gal. mel mirtinū q̄d fit ex [illegible] ptib⁹ mellis et vna mirtinorum. sc3 succi. In suo antidotario minori in confectione que incipit: confectio mellis mirtini. Quod si succus earum haberi nō pōt hoc modo facias: passularū. ℥. ij. aq. ℥. vj. bulliāt sil̄ vsq̄ fere ad cōsumptionē aq: deide exprime passulas: et adde duplū mellis et coq̄ et erit mel passulatum.
¶ Varia reperit̄ lr̄a in hac cōpositiōe q̄dā em̄ dicit: vt supra annotatū est: et ista lr̄a bona ē. Alia vero dicit mel cāne. q. s. et idē est q̄d puluis zuccari: eo q̄ puluis ille extrahitur ex cannis et condensari nō pōt et antiqui mel canne appellabant. Alia vero dicit zuccari tabarzet: et idē significat quod zuccarū illius regionis q̄d est albissimū purū et bene coctum: verum quia non cognoscitur ipsorum diuersitas accipitur zuccarum medere et c.

Loth de papauere Mesue: et est diapapauer cōferens ad tussim calidā: et pectoris asperitatem: et cuius sputū est tenue: et indiget maturat one: et ingrossatioue. Et cōfert ad febrem calidam: et dolorem pectoris: et pleuresim cuius permixtio hec est. ℞.
Semis papaueris albi. ℥. Succi liquiritie. ℥. x.
Amidi. ℥. x. (xxv. Amigdalarū dulciū excorticatarū.
Seminis portulacæ. Seminis lactuce.
Granorum pini. Semis citoniorū. an̄. ℥. iiij.
Gummi arabici. Croci. ℥. j.
Dragaganti an̄. ℥. x. Penidiarum albarū. ℥. iiij.
Sirupi de papauere hoc modo facti lib. j. et fiat loth in bona forma.
¶ Syrupus iste hoc modo fieri debet. ℞.
Capita papaueris albi et nigri. an̄. M. v.
Seminis lactuce. Florum violarum. an̄. ℥. j.
Bulliant hec in lib. iiij. aque fm̄ artem: deinde colētur: et addatur lib. ij. zuccari fiat syrupus: de quo fiat loth prescriptum.

Loth de squilla Mesue: et est medicamē iuuamen magni eis q̄bus materia grossa: et viscosa: et difficilis maturatōis exuberat in mēbris anhelitus reddens eam facilē ad expellēdū: et confert difficultati anhelit⁹: et dolori pectoris et laterū. Cui⁹ permixtio hec est. ℞. Succi squille.
Mellis colati: et bene dispumati. ana. ℥. vj.
Misce et simul coque vsq̄ ad formā loth: et reseruetur.
¶ Modus extrahēdi succū a squilla talis est: mundet̄ sq̄lla a superiorib⁹ et interiorib⁹ corticib⁹: q: venenose: et medie sumantur. Et bñ inuoluat̄ in pasta facta cū farina ordei vel siliginis vel frumēti: nō aūt ex luto: vt quidam fatui faciūt. Et notāter dictū est in pasta ordei siliginis vl̄ frumēti: nō aūt in luto. Lutū em̄ in sordiciē ei⁹ addit. Sed farine dicte nō habēt sordiciē: immo addūt in virtute earū: et subtiliant: et mūdificāt ipas: et post inuolutionē de dicta pasta ponant̄ i furno temperate calido: et pmittant̄ vsq̄ ad coctura pāste in qua Lamine squille sunt: deinde extrahantur: et abiecta pasta accipiātur lamine squille ita calide: et pijciant̄ in mortario lapideo pri⁹ calefacto: et pistello ligneo bñ pistent̄: non aūt cū pistello ferri. ferrū em̄ facit eis rubiginē q̄ rubigo venenosa est: et post pfectā pistationē cōfestim ante infrigidationem ipsarū in subtili petia inuoluant̄: et exprimantur fortiter: et sic succum habebis. Nec infrigidari permittantur: eo quia infrigidate succus haberi nō possēt ppter maximā viscositatē quā facerent et c. Quod si squilla carceremus apponi potest loco eius raffan⁹ et c.

Loth sanum et expertū Mesue: et est ex inuētiōe nostra cōferēs ad tussim: et ad raucedinē vocis q̄ est ppt̄ frigiditatē: et flegma grossum q̄d cōtinet̄ in pectore et pulmone: cuius pmixtio hec est. ℞.
Cinamomi. Fenugreci. ℥. v.
Ysopi sicce. Capillorum veneris. M. j.
Liquiritie. ana. ℥. iiij. Anisi.
Iniubarum. Seminis feniculi.
Sebesten. an̄. ℥. xxx. Radicum yreos.
Passularū enucleatarum. Calamenti: sc3 montani.
Ficuum siccarum. Seminis lini. ana. ℥. iiij.
Dactilorum pinguium. ana. ℥. ij.
Hec omnia; coquantur secundū artem in lib. iiij. aque vsq̄ ad consumptionem medietatis: deinde colentur: et in colatura addantur.
Penidiarū lib. ij. et coquantur vsq̄ ad spissitudinē mellis: deinde proijciantur super eis.
Pinearū mūdatarū. ℥. v. Gūmi arabici pparati: vt. ℥.
Liquiritie. Amigdalarum mūdatarū.
Amidi. an̄. ℥. iij. Radicum yreos. ℥. ij.
Dragaganti. ana. ℥. iij.
Misce oia simul: prius tamen bñ contusis cōterendis: et pulverizatis pulverizandis: et reducantur ad formam Loth: bene oia cōmiscendo. Dosis eius a. ℥. v. vsq̄ ad. ℥. x. Et sumatur lambēdo et c. Coqui fm̄ artē est plus: et minus res bullire fm̄ q̄d sui natura plus et minus sustinent de decoctione. Que vero sint illa que sustineāt multum de decoctione: que vero min⁹. In vltima distinctione declarabitur: pro nunc his sis contentus.

Loth ad asma Mesue bonū ad cōstrictionē anhelit⁹: ad tussim antiquā et subtiliat humorem grossum cuius permixtio. ℞.

Squille assate.ʒ.iiij.	Prassij.ʒ.j.
Radicum yreos.ʒ.ij.	Mirrhe.
Ysopi.ʒ.j.	Croci.ana.ʒ.

Mellis cocti ꝛ bene dispumati.ʒ.ij.ʒ. ꝛ fiat Loth prius conterendo subtiliter prescripta.

¶ Modus assandi squillã talis est. accipe cepe squille mediocris magnitudinis ꝛ amoue cortices exteriores ꝛ interiores abijciẽdo ambas. Que vero in medio sunt inuoluas ĩ pasta ordei: ꝛ sit pasta [illegible]ossa grossitudinis digiti: deinde ponatur in furno ꝛ tãdiu dimittat̃ qd̕ pasta effecta sit rubea deinde extrahe: ꝛ dimitte infrigidare post infrigidationẽ aperiat̃ si bñ assata est cõtere subtiliter ꝛ vtere. Aliter iterũ inuoluas in alia pasta: ꝛ in furno ponas ꝛ tm̃ hoc facias qd̕ bñ assata sit. Nã nisi bñ assentur: remanet in eis acuitas mala que nocet stomacho: ꝛ vẽtri valde: vomitumq̧ ꝛ nauseam faciet.

¶ Mel nota quod bene dispumari debet in quacũq̧ cõpositione ponat̃ ꝛ maxime in loth: ꝛ confectionibus pectoralibus. Eo quia qñ spuma ab eo non est ablata facit tussim ꝛ laxat ventrem: quare notent aromatarij: q2 aliquando sunt causa magni detrimenti ꝛc.

Loth de pulmone vulpis magistrale valet asmaticis. empicis disnie ortomie: ꝛ tussientibus ex causa frigida. Cuius permixtio hec est. ℞.

Radicum yreos.	Zinziberis.
Liquiritie rase.	Ficuum siccarum.
Ysopi sicce.	Dactilorum.
Dragaganti.añ.ʒ.j.	Cubebarum.
Pulegij.	Seminis vitice.
Cinamomi.	Semis anisi.añ.℈.ij.
Amigdalarum dul.ana.℈.ij.	

Pulmonis vulpis.ʒ.vj. preparati. Zuccari dissoluti in decoctione capillorum veneris. Liquiritie. Ysopi: et Pulegij.ʒ.vj. ꝛ fiat loth.

¶ Pulmo vulpis hoc modo preparatur ꝛ cõseruatur: mũdet̃ peroptime ab oib⁹ suis immũditijs: deinde illũ bene laues cũ aqua vite: ꝛ postea illũ aspgas zuccaro optimo bene puluerizato: deide exiccato in stupha vel furno leuiter calido. Et post ipsius exiccationem inuoluatur in absinthio ꝛ reseruetur in loco sicco. Absinthium enim conseruat illum a corrosione vermium.

¶ Alio modo cõseruari ꝛ pparari potest hoc modo. Accipe pulmones vulpis nu.vj. scindant̃ p venas ꝛ cannas: postea abluantur cum vino albo dulci ꝛ calido: ꝛ odorifero quater vel quinq̧ vicibus per horã p qualibet vice: postea exiccentur in furno leuiter calido: ꝛ vsui reseruentur in absinthio: ꝛ modus iste melior est.

Loth de alleis Mesue qd̕ cõfert tussi flegmatice: ꝛ maturat materiã ei⁹ bonũ ꝛ expertũ. ℞

Alleorũ mundatorũ.lib.ʒ. Et elixa ea in aqua decoctionis cicerum: ꝛ ysopi sicce vsq̧ dum sint bñ discocta deinde colentur [illegible]terantur allea: sicut medulla: ꝛ proijce super ea mellis ꝛ butiri.añ.ʒ.vj. ꝛ decoquantur lento igne vsq̧ ad terminum loth: ꝛ vtere bonum est.

Loth de caulibus Mesue valet: vt supra dictũ est in loth de alleis. ℞. Succi cauliũ nõ trãsplantatorũ lib.v. lento igne co[illegible] auferẽdo spumã ei⁹ vsq̧ dũ redeat ad li.ij. Deinde [illegible]quat̃ cum rob ꝛ mellis añ.lib.j. vsq̧ dum ingrossetur: ꝛ bonum est.

Loth de farfara Magistrale multum valet in passiõe pectoris: cuius permixt[illegible] hec est. ℞.

Radicum farfare.i. vngule caballine elixatarũ in aqua cõmuni.ʒ.vj. Pistẽtur subtiliter in mortario lapideo cũ pistello ligneo ꝛ postea addatur. Pinearum purgatarum.ʒ.j.ʒ. Passularum enucleatarum.ʒ.ij. pistẽtur omnia subtiliter: ꝛ cum lib.j. Zuccari ꝛ alij lib.j.ʒ. dissoluti in decoctione vbi cocte sunt radices farfare: ꝛ sunt aliq qui addunt infrascriptas species. ℞.

Croci.	Cinamomi.
Gariofilorum.añ.℈.j.	Macis.ana.℈.j.
Succi liquiritie.℈.iiij.	Misce ꝛ fiat loth ſm artem.

Loth bonum Mesue conferens ethicis: ꝛ consumptis ꝛ ptisicis maxime: ꝛ expellit saniem de pectore mundificat pectus: ꝛ pulmonem et tussim lenit. ℞.

Papaueris albi.	Seminis citoniorum.
Spodij.	Seminis citrulli.añ.ʒ.vj.
Seminis lini torrefacti.	Granorũ nasturtij.
Croci.	Seminis coti.
Amigda. dul.añ.ʒ.iij.	Amigdalarum amararum.
Amidi.	Fabarum. ana.ʒ j.ʒ.
Dragaganti.	Penidiorum.ʒ.lxx.
Gummi arabici.ana.ʒ.vj.	

Dissoluantur penidie in aqua fontium: et coquantur. ꝛ conficiãtur cum eis cetera: dosis.ʒ.ij. cum aqua mellis.

Loth de amigdalis Mesue conferens ad tussim ad vehemẽtiam siccitatis pectoris ꝛ pulmonis. Cuius permixtio. ℞.

Amigdalarum dulciũ.	Gummi arabici.
Amigdalarũ amararũ.	Liquiritie.
Semis lini torrefacti.	Succi liquiritie.añ.ʒ.j.ʒ.
Granorum pini.	Zuccari.
Anisi.	Penidiorum.ana.ʒ.iij.
Dragaganti.ana.ʒ.j.ʒ.	

Confice cum mellis ꝛ succi fenicu. bullitorum q̃titate sufficienti ꝛ fiat. ꝛc.

Loth de althea magistrale. ℞. Radicum althee q̃tum placet: lauentur optime: ꝛ a ligno interiori mundentur postea incidantur per trãsuersum minutissime: ꝛ coquãtur in aqua completa decoctione: postea optime pistentur deinde stamignẽtur cũ sua decoctione: s[illegible]per, se nõ possent: trãsire manibus fortiter cõprimẽdo: ꝛ de hac colatura. Accipe li.iiij iusti põderis.

Mellis dispumati lib.ij.

Liquiriti[illegible]ase subtiliter puluerizate.ʒ.vj.

Pulmon[illegible] vulpis pparati. Seminis coti.añ.℈.iiij.

Passul[illegible]m bene contusarum.ʒ.iij.

¶ Conterantur omnia subtilissime ꝛ misceantur ꝛ bulliant quousq̧ habeant formã loth: ꝛ in fine post aliqualem infrigidationem apponant̃ prescripte species.

¶ Species omnes in loth intrantes debent subtilissime conteri: et per spissum sedatium transiri: ꝛ non tantum species loth. sed omnes medicine pectorales.

¶ Loth omnes in sua bonitate per duos annos seruãtur ꝛ proprie delectabiles: horribiles vero, vsq̧ ad tres annos seruari possunt.

METridatum magnũ Nicolai hoc est mater antidotorũ: valet ad omnem capitis passionem viri et mulieris ꝛ timidis lachrymantib⁹ oculis ꝛ vitio aurium [illegible]uenit: dentium dolorib⁹ et palato: omniaq̧ vitia oris ꝛ ma[illegible]rum medetur si super locum dolentem ponatur et iterum ad modum emplastri ponatur in temporibus vbi fit discursio. lientericis datur cum decoctione balaustiarum precipue datur contra venenum si distemperatum potetur: succo menthe vel superponatur. Quartanarijs etiam ante horam accessionis datum mirifice prodest c[illegible]n vino tepido.

¶ Metr[illegible]atum istud discussa et ventilata in ticinensi academia a collegio medicorum, ꝛ ſm [illegible] sequentem [illegible] approbatum esse de mente [illegible] nihil vltra addendo vel diminuendo.

Gariofilorum.	Xiloba[illegible]ami.i. lignũ balsami.
Storacis calamite.	Orobi añ.ʒ.ij.
Spice nardi, añ.ʒ.ij.	Petroselini.s. herba.
Leuistici.	Ruthe.i. herba.
Dragaganti.	Seminis papaueris nigri.
Masticis.	Dauci.
Galbani.	Nascos.i. semen git.i. lapa.
Gummi cedri: ꝛ est q2 nõ habemus loco eius ponimus gummi iuniperi.	Seminis rape.
	Sinapis albe.
	Macropiperis.i. piper longũ.
Aspalti.	Ozimi.
Castorei.	Amomi añ.ʒ.ij.
Ossei.i. gummi edere.	Acori.s. radix.
Bdelij.	Ziascos.i. bardena.
Terre sigillate.	Panis porcini.i. cillamen.
Meliloti.	Phillitis.i. caperis.
Laudani.	Zuccarie.i. flos agnicasti.

Oppoponaci.	Cornu cerui añ.℈.iiij.
Armoniaci.	Balsami. id est liquor ema=
Opij.	nans ab arbore balsami.
Liquiritie rase.	Cinamomi.
Sulfuris viui.	Croci.
Nitri.i.sal nitrum.	Zinziberis.
Ypoquistidos.	Costi.
Acatie.	Squinanti.
Rosarum.	Terebentine.
Camedreos.	Mirrhe.
Ypericon.	Olibani.
Abrotani.	Cassie lignee.
Peonie.	Agarici albi.
Elemi.i.enule.	Spice celtice.
Origani.	Radicum yreos.
Ysopi.	Reuponticum.
Rami cedri:qꝛ non repe=	Assari.
riuntur loco ipsorum po	Prassij.
nit flos ꝛ folia sanie:qui=	Diptami.
dã vero ramusculos iu=	Colloquintide.
niperi:sꝫ saniẽ melior est.	Silsei.i.cousolida minor.
Dannide.i.laurus.	Stichados.
Aristologie longe.	Arthemisie.
Epithimi.	Calamenti.s.montani.
Paucedani.	Scordion.i. alleum siluestre.
Centauree.s.minoris.	Leucopiperis.i.piper album.
Roris marini.	Camepiteos.
Radicum yringorum.	Melanopiperis. id est piper
Balaustiarum.	nigrum.
Squille.	Pentafilon añ.℈.iiij.
Cimarum mirti.	Petroselini.i.sem[illegible] petrosilij.
Jusquiani.	Seminis anagog[illegible] sumach.
Corticum granatorum.	Malabatri.i.folij in[illegible]i.
Anisi.	Cardamomũ.s.minus.i. meli
Raffani.añ.ʒ.ij.	geta añ.℈.iiij.
Carpobalsami.id est se=	Baccarũ lau.℈.j.gra.viij.
men balsami.	Uini vetustissimi.ʒ.ij.
Cimini.	Siseleos.id est siler mõtanũ
Cardamomi.s.maius.	semen accipitur.
Seminis feniculi.	Seminis apij.
Ameos añ.ʒ.ij.	

Puluerizentur subtiliter omnia:sed gumme dissoluantur in optimo vino albo:quemadmodum dictum est in tyriaca.mellis,cocti ꝛ dispumati lib.viij.et.ʒ.ij.ꝛ fiat in bona forma.

¶ Laudanũ non est[illegible] teribile:immo si laboretur in eius trituratiõe prius co[illegible]ampetur q̃ fiat malaxabile: ideo debet dissolui ꝛ liquefieri in vino quemadmodum g[illegible]ume. Laudanũ res est calida ꝛ sicca in primo gradu.

¶ Insuper scias quod omnes gumme parum sustinẽt de contritione:ꝛ omnes medicine subtilis substantie et acute:et rare sicut scamonea.aloes. ꝛ omnes medicine inflammabiles:sicut gumme: vt bdellium ꝛ serapinũ. Et ratio est:quia per triturationem acquiri[illegible] inflammatio:que inflãmatio fit per motum q̃ mot[illegible] calefacit. Et hoc:q[illegible] iste medicine sunt apte inflãmationi rõne substãtie ꝛ in[illegible]tis:ꝛ hac inflãmatione ꝛ mo[illegible] duo fiunt. Unũ:quia p[illegible] subtiles euolant. Aliud quia ipsa intensa contritio c[illegible]rumpit substantiam earum.

¶ Aristologie omes species de trituratione ꝛ decoctione rem plenam sustinent.

¶ Ana enim dictio arabica est,tantum importat in lingua latina q̃tum equaliter.

¶ Radix yreos debet in vmbra exiccari:ꝛ incidi in parua frusta. Et in filo infilari:ꝛ partes seu frusta separata esse debẽt:ita qꝺ vna pars nõ tangat aliam:ꝛ reseruet.

¶ Paucedani colligi debent de mẽse Nouembris. Spica vero celtica colligi debet de mense Julij.

¶ Unum vniuersale in omnibus compositis est intelligendũ de etymologia vocabuli. Medicinis enim cõpositis imponuntur noia varia. Quãdoqꝫ eñ a medicina que est basis denominatur:sicut diacitonitem a carnibus citoniorũ. Aliqñ a quãtitate licet nõ sit basis: sicut diafinicõ a fenichis.i. dactulis. Aliqñ a cõponẽte: sicut philonium a philone medico ꝛ metridatum a metridate rege. Aliquando ab effectu cõmuni sicut bñdicta: qꝛ ab omnibus sumẽtib⁹ bñdicitur. Aliquãdo a proprijs effectibus:sicut blanca:quia blancos scꝫ albos purgat humores. Aliquãdo a similitudine:vt diacurcuma: qꝛ similatur radici cucurme. Aliquando a loco vt syrup⁹ de bisantijs. bisantium quidam est locus in cõfinibus macedonie. Aliqñ a quãtitate medicine:et auctore cõponẽte: sicut dꝛ diarodon abbati[illegible]:diarodon dꝛ a rosis abbatis:qꝛ abbas quidã compo[illegible]t. Aliqñ ex effectu et auctore.vt ygia greca:id est ygi[illegible] saluatrix greca:quia greci eam inuenerunt. Aliquando ex medicina ꝛ similitudine:sicut opopira.i.succus similis igni. Aliquando a numero medicinarum vt tyriaca diatesserõ.i.de quatuor rebus. Aliquando a loco in quo aliqua suarũ medicinaruꝫ fuerit collecta:sicut medicina asuledatio scripta in capitulo de lepra:asuledati est mons quidã: super cuius lapides mingunt hyrci montani:ꝛ ibi colligitur. Et quia tantum duodecim modi sunt hic positi tantum plurimi sunt alij modi impositionis:qui apud nos sunt noti:et qui ignoti.ꝛ qui procedunt a voluntate hominis:immo omnes describi non possunt.

¶ Iste species sunt subtiliter etiã puluerizande ꝛ cribellãde. Nã cribellatio ꝛ puluerizatio subtilis duo facit. Primo quia transeunt ad loca remotissima. Secundo cito a colore nostro alterantur ꝛ preparantur.

¶ Metridatum sic amice ꝛ secundũ artem, factum est: durat eius virtus vsqꝫ ad annos quadraginta in sua virtute et bonitate ꝛc.

Metridatum Auicenne et est confectio quam fecit Metridates rex: ꝛ nominauit suo nomine:ꝛ composuit ipsam:ꝛ est ex medicinis expertis super venena proprie et sup egritudines alias vt esset aggregatiuum iuuamenti venenorum diuersorum et egritudinum diuersarum. fuit ergo ipsa tyriaca in illo tempore. Deinde postq̃ accidit andromaco illud quod expertus fuit ipsum super iuuamẽtum carniũ serpentũ ꝛ aliorum addidit in eo trociscos de viperis:ꝛ alteratum est parum per additionẽ ꝛ diminutioneꝫ. Fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamenti. Uerũtamen tyriaca magna est magis iuuatiua ipso in re vna: ꝛ est iuuamẽtuꝫ serpentũ. In reliquis vero rebus non diminuitur metridatum a tyriaca diminutione de qua sit curandum:immo est magis additi in pluribus earum iuuamenti et confidentioris vtilitatis:et non prolongemus sermonem in numero illorum iuuamentorum:quoniam ipsa sunt illa precipta que sunt tyriace: et sit dosis copiosior parumper.

¶ Confectio mitridati ex descriptione communi omnium:cuius permixtio. ℞.

Mirrhe.	Dauci.
Croci.	Mellilotі.
Agarici albi.	Gentiane.
Zinziberis.	Olei balsami.
Cinamomi.	Carpobalsami.
Dragaganti.añ.ʒ.	Trociscoꝝ cochiõ.añ.ʒ.viij.
Spice nardi.	Bdelij.
Olibani.	Authe añ.ʒ.ij.
Nasturtij.	Armoniaci.
Squinanti añ.ʒ.viij.	Spice romane.
Xilobalsami.	Masticis.
Sticados.	Gummi arabici.
Siseleos.	Petrosilij.
Costi.	Cardumeni.i.carui agreste.
Camepitheos.	Seminis feniculi.añ.ʒ.v.
Galbani.	Anisi.
Terbentine.	Acori.
Macropipis.i.pip longũ.	Meu.
Ypoquistidos.	Serapini.
Castorei.	Assari añ.ʒ.iij.
Folij.	Opij.
Storaci calamite.	Rosarum rubearum.
Oppoponacis añ.ʒ.viij.	Pulegij ceruini añ.ʒ.v.
Cassie lignee.	Fu.
Leucopipis.i.piper albũ.	Acatie.
Melanopipis.i.pip nigrũ.	Umblici stinchorum.

Hermodactilorum. Semis iuniperi an̄.ʒ.iiij.ß.
Polij scilicet montani. Scordeon.an̄.ʒ.vij.

¶ Uini odoriferi antiqui in quo infundantur ea que oportet infundi. Mellis dispumati quantum sufficit: et misceantur ꝛ reseruetur ꝛ administretur post sex menses. summa istarū preter mel vinū sunt numero.lvj.

Micheleta Nicolai.i.experta detur ꝓprie emorroydas habētibus ꝛ cōtra vētris torsionem ꝛ rugitum. l[illegible]terie ꝛ disinterie omni solutioni optima est. detur cum aqua pluuiali mane meridie vel sero. Cuius permixtio. ℞.

Mirabolanorum citrinorū. Nasturtij.ʒ.ij.ß.
Mirabolanorū indorum. Anisi.
Mirabolanorum chebulorum omniū mundatorum et assatorum.an̄.ʒ.ij.ß. Cimini.
Maratri.i. semē fenic.an̄.
Ameos. ʒ.ij.
Mirabolanorū bellericorū. Carui.an̄.ʒ.j.ß.
Mirabolanoꝝ emblicorū oīm assatorū an̄.ʒ.ij.

Infundatur hec omnia in fortissimo aceto per diem et noctem. Deinde extrahantur exiccari permittātur: deinde puluerizentur: ꝛ postea addatur.

Spodij. Sumach.
Balaustiarum. Gūmi arabici an̄.ʒ.j.gra.v.
Masticis an̄.ʒ.j.gra.v.

Fricentur hec oia manibus cum oleo rosato: et postea puluerizentur subtiliter: et cū lib.j.et.ʒ.iij.syrupi mirtini: et fiat electuarium in bona forma.

¶ Mirabolani oēs assanꝑ hoc mō: infundanꝑ mirabolā q̄ assari debēt in succo citonioꝝ vel granatorū: deinde lintheo exicca eos: postea madefiāt in oleo rosato vel masticino. deinde eos assa super patellā ferreā bene calefactā semper ducendo ꝛ mouendo. Et anteq̄ incipiāt nigrefieri ab igne siue a patella calida amouātur ne cōburātur: ꝛ sic sunt assati: ꝛ hoc modo in vsu administrātur. Sex sunt modi preparationis medicinarū. primus est coctio. scd̄s contritio. tertius adustio. quartus ablutio. quintus congelatio. sextus cōmixtio. ꝛ causam oim istorum hoc in libello reperies descriptam.

Mel rosatum Mesue stomachū cōfortat: ꝛ detur mane ꝛ meridie. ℞.

Infusionis rosarū viridiū lib.x. mellis dispu.lib.v. Coquatur ad modū syrupi rosati ex infusione.

Mel rosatum Nicolai quod greci codo mel vocant sic fit. ℞.

Mellis albissimi ꝛ purissimi.lib.x. Succi rosarū recentium.lib.j. Ponatur in caldario ad ignē posito cum bullire ceperit viridiū rosarū cū forficibus vel cultello incisarū lib.iiij. addātur ꝛ tandiu bulliant quousq̄ ad succi consumptionē redeat: ꝛ dum bullierit semper agitetur: et in fictili vase reposito quanto magis tenebitur tāto melius erit.

¶ Stomac[illegible] cōfortat ꝛ mūdificat cū frigida cōfortat et mūdificat constipat: cum calida mūdificat. Datur in mane et meridie: de hoc cōficitur diamargariton gario filatum ꝛ rubea trociscata.

Mel uiolatum fit eodem modo.
¶ Et valet tipice febrientibus cum tepida: corpus humectat [illegible]laxat: ꝛ valet ad siccitatem pectoris cum aqua tepida datum.

Mel uiolatum Nico. alio modo. ℞. Mellis electi ꝛ purificati li.x. [illegible]laꝝ.li.v. Bulliāt duo hec simul, leui ebullitione: deinde colenꝑ: coq̄tur postea ad debitā coctionē ꝛ reseruenꝑ. Mel de quo fit: et mel rosatū et violatū anteq̄ viole, vel rose in eo ponātur: debet bene purgari: deinde ponēdo in eo aquā ꝛ bulliendo cū ea debet cōtinue dispumari: demū cū aqua ꝑ decoctionē fere est cōsumpta viole vel rose sunt int⁹ ponende: ꝛ post pusillū colari debet: deinde in integrū decoqui: et hoc modo mel purificatur.

Mel rosatum Nico. alio mō cui⁹ ꝑmixtio. ℞. Mellis purificati lib.x. Rosaꝝ.v. Bulliant simul ebullitione leui: deinde colentur: ꝛ perfecte decoquatur et reseruetur.

¶ Quidam sunt q̄ ad purificādum mel nō faciunt vt supra ostensum est. Sed illud clarificāt cum ouis: quēadmodum dixi de zuccaro. hic modus non est inutilis. facias modo vt tibi placet.

Miua citoniorū cū speciebus Mes. stomachū et epar: ꝛ oia viscera confortans appetitū excitās: digestionē prouocans: vomitū ꝛ vētris solutionem sedans: ꝛ est medicina experta ꝛ famosa. ℞. Succi citoniorum acetosorū lib.xx. Uini antiqui boni.x. Coquātur cum facilitate vsq̄ dū cōsumpta sit eius tertia semper auferēdo spumā eius. Deinde coletur ꝛ dimittatur residere vt clarescat et ꝓijce super illud mellis boni ꝛ dispumati li.vj. Et iterum bulliant et auferatur spuma eius et proijciantur super illud species alefangine ligate in pāno suspenso super illud medicamen: et sunt proprie iste. ℞.

Cinamomi. Croci.ʒ.ij.
Nux.i.cardamomi.mai⁹ an̄.ʒ.iij. Gariofilorum.ʒ.ij.
Zinziberis. Ligni aloes.
Masticis an̄.ʒ.j.ß. Macis an̄.ʒ.j.ß.

¶ Omnia preter crocū terātur ꝯtritione grossa: ꝛ suspēdantur in panno: sicut diximus omni hora fricādo illud super medicamen donec fiat ei spissitudo. Deinde aromatizētur cū musci.℈.j. galie.ʒ.ij. Et sunt ex hominibus qui faciunt ipsum sine speciebus. ꝛ sunt qui loco mellis ponūt zuccarū: ꝛ ꝓprie quādo oportet faciūt cū speciebus: ꝛ sine speciebus Miua hec aromatica durat per annos tres in sua virtute ꝛ bonitate.

¶ Species prescripte ad bulliendum non sunt ponende vsq̄ fere facta sit decoctio: vel sit bene propinquum coctioni: eo quia ista parum sustinent de decoctione: et hoc bene nota.

Miue [illegible]itoniorum sine speciebus Mesue sil'r valens sicut diximus superius. ℞. Succi citoniorū.li.c. et ponatur in vase lapideo mūdo ꝛ bulliat cum facilitate auferēdo omni hora spumā eius vsq̄ ad cōsumptionē medietatis: deinde coletur et dimittatur modicum residere sicut per horas tres: et ꝓijciatur super ipsum vini antiqui.lib.lx. Deinde decoquātur super prunas vsq̄ dū spissitudinē habeat. Et sunt qui loco mellis ponunt zuccarum. Et sunt qui faciunt cum speciebus: ꝛ quidam sine eis: et aromatizant: sicut diximus.

¶ Succus seu vinum citoniorum hoc modo fit. citonia cum gratusia raspantur vsq̄ ad interiorem animā. Deinde in ꝑetia inuoluūtur: et cum torculari exprimūtur: et colatura preparatur vt vinum granatorū. durat enim in eius virtute per annos tres.

¶ Nota hic q̄ in cōdendo radice[illegible] ꝛ faciendo syrupos cum succis apponenda est magna quantitas mellis: q2 eos conseruat. Et sic in condendo radices ponitur quadruplum mellis.

Mel mirtinum sic fit. Accipe succi mirtiloꝝ li.j. mellis dispumati.li.ij. ꝛ. bulliat simul vsq̄ ad consumptionem succi et coletur. ꝛ tūc erit mel m[illegible]tinum.

Mellis anacardi fit prout patet in isto fo.ij. in capitulo de a[illegible]dina.

Mu[illegible]a magna Nicolai que [illegible] ꝓbata melancolicis [illegible] ꝛ moderne tussientibus asmaticis pecularis semper plemonicis epaticis cardiacis est probata disinterie obsistit quotidianarijs et quartanarijs et tipos sine dubio tollit: cuius permixtio hec est. ℞.

Croci. Aristologie rotunde.
Opij.an̄.ʒ.vj. Gentiane.
Cinamomi. Yreos.
Cassie. Peucedani.
Eufor bij. Piperis albi.
Castorei. Piperis nigri.
Mirrhe. Iusquiami.
Olibani. Dauci.
Masticis. Petroselini.
Corumbri. Sinomi.i.petrosilij agreste.
Piretri. Mandragore.an̄.ʒ.j.
Celtice.
Aristologie longe.ana.ʒ.j.

Mellis qđ sufficit: datur ad modum castanee añ horas accessionis cum aqua calida tussientibus in sero ⁊c.

Marenatum sic fit. ℞. Marenarum lib. xxv. vel circa ⁊ bulliant in lib. j. aque lento igne ebullitionis tantum quod exeat vinum: ⁊ de dicto vino claro. accipe. lib. vj. zucc. boni ⁊ solidi lib. iiij. ⁊ fac bullire tantum qđ sit in forma zeladie et nō plus. Et ad faciendum marenatam de scatolis. accipe pulpe marenarum. li. ij. zuccari. li. j. ⁊ coque: sicut codignata de zuc.

Mixtura cordialis Magistralis sic fit. ℞. diaboraginati.

Diabuglosati. Zuccari candi.
Zuccari viola. añ. ℥. iij. Manusxpi rosa. añ. ʒ. ij.
Zuccari rosati. ℥. ij. Pulueris cordialis. ʒ. iiij.

Misce ⁊ fiat mixtura cum syrupo violato. Conterantur subtiliter manusxpi et zuccarū candidū facto subtili cū syrupo de acetositate citri et fiat mixtura. Candij si simpliciter scriptū reperiatur vel candi violati vel rosati. Illud est zuccarum rosatum vel violatum induratum qđ reperitur in fundo vasis vbi reconditur iulep rosatū vel violatum: ⁊ de eo est intelligendum.

¶ Ista cōponētia hanc mixturā debent multū bene cōmisceri in mortario semper et paulatim syrupū addendo donec ipsorū debita fuerit facta permixtio. ⁊c.

Mixtura pectoralis magistralis sic fit. ℞.

Zuccari violati.
Zuccari buglosati. Penidiarum.
Zuccari boragmati. Diadragaganti. añ. ʒ. vj.
Manuschristi violati. añ. ℥. iiij. Diacalamenti.
Diairis de zuccaro. ℥. vj. Loth de althea. ana ℥. ij.

Misce cum syrupo violato fiat mixtura: ⁊ [illegible]ructur.

¶ In ista cōpositione est notandum q̄ si de[illegible]ā formaʒ hr̄e debet necesse est q̄ manusxpi penidij diadragaganti ⁊ diayris subtilissime prius per se terantur: deinde cū alijs rebꝰ misceant̄: ⁊ cū syrupo p̄dicto humectētur ⁊c.

OXizachara. Dic. ab oxi qđ est acetum ⁊ zucccaro dicitur. fit autem hoc modo: ⁊ valet tertianarijs quotidianarijs ⁊ acutis ⁊ peracutis ⁊ quartane nō vere: coleram purgat. Datur cū calida in mane. ℞. Zuccari lib. j. Succi malorum granatorū acetosorum. ℥. viij. Aceti. ℥. iiij. Ponantur omnia ad ignem: ⁊ tandiu bulliant cum spatula semper agitando: ⁊ spumam remouēdo donec ad formam syrupi reddātur.

¶ Hoc in loco zuc[illegible]ū nō clarificatur: ⁊ si pur illud clarificare vis. saltim tm̄ bulliāt q̄ aqua consumatur antequā aceto permisceatur: que postquā consumpta erit [illegible]etū ⁊ succum granatorū ponatur: et hoc fit vt aceti virtus deperdatur ⁊c.

Oximel simplex Mesue iuuamentorū multorū ꝓpriorum qui sunt in corpore toto ⁊ ad materias que sunt iuncturis ꝓprie: qm̄ resoluit eas: ⁊ diuidit: ⁊ subtiliat humorem grossum, qui est i[illegible]stomacho et epate: ⁊ est efficax in materias febrium lo[illegible]i temporis. Diui[illegible]im et maturat eas. Cuius permixtio hec est. ℞. [illegible]is boni lib. ij. Aque fontiu[illegible] b. ij. Aque fontiū li. [illegible]isceantur duo hec: ⁊ bulliant lento ⁊ claro igne vsq̄ fere ad cōsumptionem aque: deinde his addat̄ Aceti boni li. j. Decoquātur vsq̄ ad perfectā decoctionem: ⁊ reseruetur in vitreato vase.

¶ Secaniabin. i. syrupus factꝰ ex melle aceto ⁊ aqua. Squingibin est syrupus factus ex aqua aceto ⁊ zuccaro. yeleniabin idem est quod mel rosatum: ydromel vero idem est quod aqua mellis ⁊c.

Oximellis cōpositi Mesue ɔferēs ad febres antiquas: ⁊ diuidit: et abstergit coleram grossam ⁊ flegma: aperit opilationes oēs ⁊ proprie stomachi ⁊ epatis ⁊ splenis ⁊ prouocat vrinam. ℞.

Seminis anisi.
Corticum radicis apij. Seminis apij.
Corticū radicis feniculi añ. ℥. ij. Semis feniculi añ. ℥. j.

Mundent̄ cortices ⁊ cōterant̄: ⁊ ꝓijciant̄ sup eas in vase lapideo aceti boni antiq̄ ⁊ albi li. x. aq̄ li. xij. dimittat̄ p diē ⁊ noctē. Deinde coquat̄ donec eiꝰ tertia ɔsumat̄. postea colet̄: ⁊ ꝓijciant̄ sup ipsum mellis qđ sit medietatis eius ⁊ coquant̄ cū facilitate. sicut superius diximus.

Oximel squilliticū virtuosum Mesue valet cōtra materias difficiles ⁊ submersas in locis difficilis eradicationis earum: ⁊ confert ad egritudines stomachi: ⁊ epatis: ⁊ viscerū: ⁊ eructuationē acetosam: ⁊ mollificationē vesicce. ℞. Mellis dispumati ⁊ purificati lib. iij. Aceti squilitici. lib. ij. Coquantur vsq̄ ad perfectam coctionem ⁊ reseruetur.

¶ Ad purificandū mel debet esse dupla quādo aque ad mellis. vt mellis li. iij. aque cōis lib. vj. simul debēt bullire vsq̄ ad cōsumptionē medietatis semper spumā abijciendo hoc modo purificatur. ¶ De oleis.

OLeum muscelinum.

Olei cōis li. vj. Costi.
Aque fontiū li. iij. Mirrhe.
Folij. Cassie lignee añ. ʒ. vj.
Spice. Xilobalsami. ʒ. vj. ¼
Masticis añ. ℥. j. s. Gariofilorum.
Storacis calamite. Carpobalsami.
Croci. Bdelij añ. ʒ. iiij.

Musci. ℥. j. alij dicunt quod debet dicere, musci. ʒ. j. Meregil. i. nuce indica. ʒ. ij.

¶ Hec omnia terātur grosso modo: excepto musco: ⁊ bulliant simul ad consumptionem aque: deinde colētur et reponantur in vase vitreo bene obturato: ⁊ intus posito musco dissoluto cum oleo ⁊ fiua.

¶ Istud oleū est in vsu in diuersis locis: dr̄ aūt muscellinū propter muscū quod recipit. quidā praue putauerūt hoc esse oleum balsaminū. i. de granis been: sed nō recte: ille vero qui dedit istā descriptionē istiꝰ olei dixit qđ ipm inuenit in antidotario Gale. ⁊ dicit q̄ Galenꝰ cōposuit ipsum. Meregil. i. nux indica sm̄ Serapionē in capitu. de nuce indica: vt dictum est supra.

Oleum rosatum Mes. ⁊ est cōfortatiuū: ⁊ resolutiuū cōuenienter: lenitiuū ⁊ sedatiuum. Rude vero est extinctiuū inflammationū cōfortatiuū: aggregatiuum: inspissitatiuū: ⁊ ꝓhibitiuū cursuum ꝓpter qđ potētissimū est potatū ad disenteriā: et ad fluxū menstruorū per corpꝰ. Et differt cōpletū a rudi: qm̄ cōpleti materia est ex oliuis cōpletis ⁊ folijs rosarū completarū. Rudis autem materia est ex oliuis quibus nondum accidit completio: ⁊ maturatio: ⁊ ex folijs que non reserarunt nodos suos.

¶ Et modus cōpositionis eius est vt accipiatur oleū de oliuis: aut oleū sisaminū recens: lauetur cū aq̄ fontiū lauationibꝰ pluribus. Deinde accipe folia rosarū rubearū: recentiū cōtusarum quātitatē sufficientē: ⁊ sepelies in oleo quo modo lauasti: ⁊ reconde in vase vitreato: ⁊ obtura orificiū eius: ⁊ exponas soli per dies. vij. Deinde coque in vase duplici per horas. iij. Deinde fac permutationē foliorum rosarum. ⁊ vtere alijs r[illegible]ntibus ⁊ dimitte per alios dies. vij. Deinde exerce coctionē in eo sicut fecisti prius: ⁊ fac denuo permutationem foliorum rosarum: ⁊ proijce super illud aque infusionis rosarum quam tradidimus in capitu. de syrupis sicut quantitas olei. ⁊ stringe orificiu[illegible] vasis: ⁊ dimitte per dies. xl. Deinde excola: ⁊ iterum expone soli: et dimitte tempore extenso: ⁊ vtere vbi oportet ⁊c.

Oleum rosatum Mesue alio modo: et est magis resolutiuum. ℞. succi rosarum. Aque infusionis rosarum predicte añ. partem. j. Olei loti ⁊ preparati. sicut diximus partes. iij. Foliorum rosarum contusarum. q. s. reconde in vase vitreo: ⁊ expone soli sicut diximus. Deinde operare de decoctione eius ⁊ permutatione foliorum rosarum ⁊ expositione in sole fm̄ quod diximus de permutatione succi et aque infusionis: et hoc fiat bis.

¶ Ultimo vero oleū cū succo rosarū ⁊ aq̄ infusionis earū recōdatur in vase. ⁊ exponatur per dies. xl. vel soli.

¶ Isto modo raro fit: s3 hoc mō oleū factū est solutiuū ⁊ est illud de quo intelligit Auicēna qn̄ dixit secundo libro capi. de rosis quod oleum rosatum soluit ventrem.

¶ Nota qđ rose ex quibus fit oleum rosatum ⁊ syrupꝰ rosatus: et cetera necessaria colligēde sunt in mēse Aprilis vel

lis vel Maij: et in vmbra exiccāde que exiccāde sunt &c.

Oleum uiolatum Mesue inflāmationes sedat vbicūq; sint: & lenit asperitates etiā pectoris & pulmonis: et sedat apostemata calida et pleuresim. Et modus operationis est sicut olei rosati: excepto qḋ debet fieri cū oleo rudi: aut amigdalino: aut sisamino cū illis modis operationū quos diximus: cui⁹ permixtio. ℞. Olei oliuarū immaturaruȝ. lib. j. Violarū viridiū cōtusarū. ℥. iiij. Reponātur in vase vitreo: et soli exponātur per dies septē. deinde bulliāt in duplici vase per horas. iij. postea colētur manib⁹ cōprimēdo: et hoc fiat bis semper nouas violas mutando soli exponēdo: et decoquēdo vt supra. Ultimo ꝓ colature adde violas nouas quātitatē dictā: et super his adde. Aque infusionis violarum. lib. j. Et stringe orificium vasis: & expone soli per dies. xl. deinde cola manib⁹ exprimendo: & iterū in dicto vase exponatur dimittatur: et permittatur vsquequo aqua cōsumpta sit.

¶ Infusio violarum debet fieri vt supra ostendi: vt in syrupo violato ex infusione. Accipiat igitur de illa aqua: et fit istud oleum.

Oleū de lilio sine speciebus. Mes. est sedatiuū: lenitiuum et mollificatiuū: cuius permixtio. ℞. Olei oliuarū lib. j. Florum liliorū alborū. ℥. iiij. Reponātur in vase vitreo: et soli exponantur: et modo eo facias de decoctione et de permutatione floꝝ et coctione: et de aqua infusionis queadmodū fecisti in oleo camomillino: et anetino: nec addendo: nec diminuendo.

¶ Infusionis modus foliorum liliorum alborū est vt infusio rosarum & violarum: accipiendo dūtaxat folia florum liliorum alborum.

Oleum de lilio cū speciebus Mes. cōfert dolori pectoris: et est sedatiuū dolorum qui fiunt a frigiditate: et confert dolori matricū: et frigiditati eius: et calefacit renes: et vesicā: et confert colice. Et modus cōpositionis ei⁹ est sicut olei camomillini preterq; oportet vt citrinitas corꝑtota abijciatur: cui⁹ permixtio. ℞. Folioꝝ florū lilioꝝ alboꝝ. ℥. ix. Carpobalsami. ℥. j. Masticis. Gariofilorum. Costi. Cinamomi. añ. ℥. iiij. Calami aromatici. añ. ℥. j. Croci. ℥. iij. Omnia grosso modo cōterantur et ꝓijciantur super eis lib. ij. aque folia liliorū prius remota: & dimittatur per diem & noctē: postea oīa simul bulliant tribus vel quatuor ebullitionibus: deinde pone olei oliuarū vel sisamini super ea lib. ij. Et tribus ebullitionibus iterū bulliat: deinde ponatur in vase vitreo cū folijs liliorū & dimitte in se per dies. xl. deinde cola & administra.

¶ Istud oleum qḋ fit ex lilio celesti. s. yreos. & tunc illud est magis resolutiuum calefactiuum & penetratiuum. factum vero ex lilio albo est magis sedatiuum lenitiuū et maturatiuum.

Oleum camomille Mesue est oleum benedictum expertorum iuuamentorum: est eṁ resolutiuum conueniens: sedatiuum dolorū: et est in eo ꝓhibitio cursus materierum propter stipticitatem eius modicam: et confortat neruos: et confert doloribus eorum: et confortat neruosa omnia. Et modus operationis ei⁹ est sicut olei rosati: et vt oleum violatum: preterq; oportet vt fiat cū oleo de oliuis completo: aut oleo sisamino cū illis modis preparationum: quos diximus.

¶ Infusio florum camomille fit eodem modo: quo fit infusio rosarum et violarum accipiendo flores camomille loco rosarum et scdm eandem quantitatem et aque et florum.

Oleum de absinthio magistrale stomachum confortat et calefacit: et fortificat: et vermes a pueris custodit: cuius permixtio. ℞. Summitatum absinthij succi absinthij. añ. ℥. iiij. Olei oliuarum. lib. iij. Et de his facias prout in superiori tibi monstraui de decoctione & permutatione & expositione ad solem.

¶ Oleum quādoq; fit ex oliuis complete maturis. et illud oleum dicitur completum. Aliquando fit ex oliuis immaturis: et illud dicitur rude vel onfacinū: & magis stipticum est & frigidum completo.

Oleum de aneto Mesue est sedatiuum dolorū: resolutiuum ꝓuocatiuū sudoris: quare confert rigori febris inunctū in spina: et membris neruosis. prouocat somnū: et cōfert dolori capitis: et resoluit apostemata: et durities et modus operationis est cuius permixtio. ℞. Olei oliuarum lib. j. Florū aneti. ℥. iiij. Reponātur in vase vitreo: & decoquatur vt in superiore tibi dixi ter ꝑmutando flores: et ter decoquendo vt supra vltimo adde. Aque infusionis aneti. lib. j. Et soli exponas per tēpus tibi in superiori dicto: & omnia facias de isto queadmodum de alio superiori monstraui.

¶ Modus infusionis florum aneti est vt infusio rosarū et violarum nec plus nec minus nisi q; loco violarū vel rosarum ponatur Anetum.

Oleum de rutha Mesue. Renes et vesicā & matricem calefacit: & confert doloribus eoruȝ et dolori laterum et modus operationis est. ℞. Foliorum ruthe. Succi ruthe añ. ℥. iiij. Olei oliuarum incompletarum. lib. iij. Tria hec reponātur in vase vitreo stricti orificij: et obturetur os eius et soli per dies. xv exponantur: deinde per horas quatuor in duplici vase coquātur: postea colentur fortiter manibus comprimendo: et de secundo & tertio hoc reiteretur: demum decoquatur per tempus: vt supra et reseruetur.

¶ De oleo nota qḋ aliud est nouū & aliud est vetus: illud qḋ est nouū calefacit calefactione tēperata: & humectat: vetus vero est calidum magis quā resolubile.

¶ Igitur cum olea tēperata facere vis vel parū calida oleum nouū accipere debes. Cū vero calida tunc vetus accipere potes. Et hic nota q; omne oleū cum quo hec olea fiunt debet carere omni malo sapore.

Oleum de mentha magistrale valet cōtra opilationem stomachi & epatis ex frigido humore: et cōfortat stomachū: et necat vermes in stomacho pueroruṁ: et incitat appetitum: et soluit durities in stomacho: et tussim frigidam calefacit. stomachum bonum facit: Cuius permixtio. ℞. Foliorum menthe viridis. Succi menthe añ. ℥. iiij. Olei oliuarum completarum. lib. iij.

¶ Tria hec reponātur in vase vitreo: et soli exponantur per dies. xv. os vasis obturādo: deinde bulliāt per quatuor horas: deinde colentur manibus fortiter exprimēdo: et hoc idem ter reiteretur semper modo predicto faciendo: deinde cola & reserua.

¶ Illud oleū a Mesue nō describitur: sed sic cōmuniter ab omnibus practicantibus fieri solet.

Oleum sambucinum Mesue lenit & mūdificat cutim: et cōfert doloribus neruorum: & confortat eos. Cuius permixtio hec est. ℞. Olei oliuarum. lib. j. Florum sambuci in mense Maij collectorum. ℥. iiij. Facias et de isto modo quo fit oleū camomillinum anetinum liliorum in oibus tam de permutatione quā de decoctione quā soli expositione et infusionis additione.

¶ Modus infusionis florū sambuci fit vt infusio ꝓscriptorum florum & rosarum et violarum &c.

¶ Insuper nota q; omnes prescripti flores debent esse virides: et de ipsis viridibus est intelligedum. Ideo semel in anno fieri possunt et non plus &c.

Oleum de nenufare Mesue inflammationes sedat vbicūq; sint: et lenit asperitates etiam pectoris et pulmonis: et sedat apostemata calida & pleuresim. Cuius permixtio hec est. ℞. Olei oliuarum immaturarum lib. j. Florum nenufaris viridum contusarum. ℥. iiij. Reponātur in vase vitreo: et facias ꝓut de oleo violato tibi dixi: et de positione ad solē: et decoctione: et de permutatione florū: et de additione infusionis.

¶ Infusio nenufaris fit sicut infusio violarum vel rosarum nec plus nec minus.

¶ Ex oibus floribus fieri potest oleū: et habet virtutem florū et fit vt de floribus violarū tibi mōstraui: sed acci-

pi debet cũ sunt complete maturitatis: ⁊ non deperdiderunt naturalem eius colorem ⁊c.

Oleum costinum Mesue neruos ⁊ lacertos calefacit. Et aperit opilationes eorum: ⁊ confortat omnia mẽbra neruosa ⁊ ꝓfert stomacho ⁊ epati ⁊ cõfortat capillos et prohibet canicieẽ: ⁊ facit colorem et odorem corporis bonum. ⁊ fit ita. Cuius ꝑmixtio. ℞.
Costi amari. ℥.ij. Sũmitatũ maiorane. ℥.viij.
Cassie lignee. ℥.j. Uini odoriferi lib.ij.
Confrangantur oĩa predicta: et infundãtur in vino per noctes duas: deinde accipe. Olei sisamini lib.iij. Decoquãtur omnia in duplici vase per horas sex: et referua.
¶ Hic nota ꝙ auctor dicit costi amari. ex his vbis posset quis credere ꝙ sit aliud costum: igitur intelligas ex suis dictis quod te instruit ꝙ non accipias de adultera to: sed de naturali quod amarum est: ⁊ his etiam nota que supra de costo tibi dixi.

Oleum de formicis volantibꝰ Nicolai valet ad cõfortandum coitũ. ℞. Formicarũ volantium ⁊ pone in oleo: et pone soli per dies. xl. in vase vitreo.

Oleum de capparibꝰ magistrale valet duritiei opilationi et dolori splenis nec non omni eiꝰ egritudini. ℞.
Corticũ radicũ capparorũ. ℥.j. Tamarisci. ℥.ij.
Seminis agni casti. Ruthe. ℥.j.
Scolopendrie. Olei oliuarum. lib.j.
Ciperi. aã. ℥.ij. Aceti.
Uini optimi. aã. ℥.ij.
Misce et confrangantur omnia grosso mõ: ⁊ coquãtur in duplici vase vsꝙ ad cõsumptionẽ vini ⁊ a[illegible]: deinde colentur et repone.
¶ Multe alie descriptiones huius olei reperiuntur a doctoribus descripte: sed ista melior est: et longa experiẽtia probata est.

Oleum mirtinum Joannis de sancto amando stomachum ⁊ cor confortat ⁊ neruos.
Cuius permixtio hec est. ℞.
Mirtilorum lib.j. confragantur.
Uini optimi li.iij. Olei communis lib.ij.
Misce ⁊ simul bulliant in duplici vase vsꝙ ad consumptionem vini: deinde colentur.
¶ Et iterum mirtili et vinum secundũ candem quantitatem cum dicto oleo ad coquendũ ponanẽ: et iterum ⁊ tertio hoc illud fiat: deinde coletur et reseruetur.
¶ In hoc oleo app[illegible] debet vinũ rubeũ: vt adiuuetur in stipticitate ⁊ melior sit. Nota sic illud mesue: quia succus mirtilorum ad nos non ꝑportatur: quod si h[illegible]beri possit: modus faciendi est sicut olei cytoniorũ: vt in isto ostensum est ⁊c.

Oleum masticinũ Mes ꝯfortat stomachũ neruos epar: ⁊ iuncturas: et lenit apata dura: ⁊ sedat dolores: cuius permixtio. ℞. Olei rosati lib.j. Masticis. ℥.iij. Uini boni. ℥.iiij. Decoquantur o[illegible] in duplici vase [illegible] ad consumptionẽ vini ⁊ reser[illegible]tur.
¶ Uinum [illegible] fieri debet istud oleum esse [illegible]bet vinum vermigiũ [illegible] quia magis stipticum et cõfortatiuum est.

Oleum de castoreo magistrale: valet ad omnẽ frigiditatem neruorum: et ad spasmũ et tremorem: ⁊ confert tremori: et tetano: et doloribus neruorum et iuncturarum. ℞.
Castorei. ℥.j. Carpobalsami.
Storacis calamite. Costi.
Galbani. Bdelij.
Euforbij. Spice ℥.iij.
Oppoponacis. Olei oliuarum. lib.ij.
Been albi. Uini boni rubei. ℥.vj.
Been rubei aã. ℥.iij.
Bulliãt oĩa simul in duplici vase vsꝙ ad ꝯsumptionem vini. ⁊ cõquassentur: ⁊ colentur: ⁊ reseruetur.

Oleum scorpionum Mesue secundum valet ad lapidẽ in renibus ⁊ vesica: ⁊ frangit ⁊ expellit eum: ⁊ proprie in renibus ⁊ femore: ⁊ supra colũ vesice inunctum ⁊ imectũ per virgam expellit enim eum: cuius permixtio. ℞. Aristologie rotunde. Gentiane. Ciperi. Corticũ radicis caparis aã. ℥.j. Conterãtur omnia grosso modo ⁊ funde super ea. Olei amigdalarũ amararũ kist.j. idest lib.j.s. et pone in sole per. xx. dies. ⁊ stringẽ do orificiũ vasis: deinde ꝓijce sup ea Scorpionũ nu. xv. Et iterũ stringe orificiũ vasis: ⁊ dimitte in sole per dies. xxx. deinde colentur et reponantur.
¶ Istud oleũ ꝗꝙ Mesue iubeat a[illegible]ꝙ coctione illud facere: tamen vt virtus istarũ rerum [illegible] oleo melius transeant laudarem qꝺ anꝗ soli exponeretur cum oleo ad ignẽ tribꝰ vel q̃tuor ebullitionibus: ⁊ plus bullirent: eo qꝛ in eo sit de decoctione multa sustinentia.

Oleũ cytoniorum Mesue stomachũ ⁊ mẽbra nutritionis confortat: ⁊ neruos quibus accidit lassitas. ⁊ ꝓhibet multitudinẽ sudoris. ℞. carniũ cytoniorum tritorum cũ cortice suo: quibus media accidit maturatio. Succi cytoniorũ cũ cortice incõplete maturatorũ. ana. ℥.vj. Olei ex oliuis immaturis. li.iij.
¶ Tria hec ponantur in vase vitreo ⁊ soli reponantur ꝑ dies. xv. vase obturato: deinde coquantur in duplici vase per horas. iiij: deinde coletur cũ pecia exprimendo: ⁊ colature iterũ addanẽ cytonia: et succus eorũ quãtitate supra scripta. Et soli per tm̃ tempus dimittantur. deinde in duplici vase vt supra coquãtur: deinde exprimantur. et iterum ⁊ tertio cytonia et succus colature addãtur. ⁊ soli exponatur: ⁊ tempore dicto iterum dimittãtur. post ea vltimate coquãtur ⁊ coletur et reseruetur.
¶ Si oleũ de oliuis immaturis haberi nõ posset loco ipsius accipi põt oleũ completum: et ter vel quater lauatꝰ potest in aqua ⁊ ita aliqualiter virtuti olei incõpleti approximabit. Et modus lauandi oleum est in vnguento dialthee magistralis ⁊c.

Oleum spice seu nardi Mesue. ⁊ est secunda descriptio: ⁊ est oleũ benedictũ multorũ iuuamẽtorũ: ⁊ proprie ad oẽs egritudines frigiditatis: ⁊ ventositatis: ⁊ proprie neruorũ stomachi: ⁊ epatis. ⁊ splenis renũ vesice: ⁊ matricis: ⁊ confert dolorũ auris ventoso: ⁊ dolori capitis: ⁊ emigrance ẽm oẽm modum administrationis eius: etiã facto ex eo caput purgio purgat ⁊ colorem efficit bonum et corporis odorem. ℞.
Spice inde. ℥.iij. Foliorum lauri.
Sansuci. i. maiorane. ℥.ij. Ciperi.
Xiloaloes. i. lignum aloes. Squinanti.
Radicum enule. Cordumeni. i. carui agreste
Folij indi. ana. ℥.j.s.
Calami aromatici aã. ℥.j.s.
Confrangantur oĩa grosso modo: ⁊ fundãtur super ea vini boni ⁊ aque ante tm̃ ꝙ predicte res cooperiantur. Olei sisamini li.vj. Decoquantur in duplici vase per horas. vj. lento igne: deinde sine colatura omnia in vase reponantur et obturetur os vasis.
¶ Oleum oliuarum est materia olm olec[illegible]: ⁊ denominatione oleij habent et intelligitur de oleo oliuarum: ⁊ non de alio oleo.
¶ Cõpositio huius olei est preciosissima: sed rare fit propter penuriam folij veri: et propter auaritiã emptorum nolentiũ debitũ pre[illegible] soluere.
¶ Oleum sisaminũ nõ [illegible]at qꝛ grana sisami nõ reperiunẽ apud nos: sed loco ipsius accipi potest oleũ amigdalarum dulc[illegible] vel illud qꝺ inferius describitur.

Oleum spice magr̃ale: ⁊ hoc cõiter fit ⁊ valet. ℞. Spice nardi. ℥.ij. Calami aromatici.
Spice celtice. ℥.j. Croci. aã. ℥.s.
Sticados. ℥.iiij. Succi saluie.
Maiorane. ℥.iiij. Uini optimi aã. ℥.vj.
Nucis muscate. Olei communis lib.vj.
Cinamomi. aã. ℥.vj. Aque fontis. ℥.vj.
Masticis. ℥.ij.
Confrangãtur omnia simul ⁊ coquantur in duplici vase lento igne vsꝙ ad consumptionem vini ⁊ aque ⁊ succi deinde reseruetur.
¶ Omnia olea debẽt coqui in duplici vase ⁊ lento igne: eo quia oleum faciliter est resolubile: ⁊ magno calore inflammaretur: ⁊ virtus deperderetur: imo doctores volunt: ⁊ instierunt hãc decoctionem: modus aũt tritus est.

Sed si artificiale vas ad hoc nõ haberem⁹: possemus accipere viceũ petre vel stagni coopertum ⁊ in eo oleuꝫ et alia ponere deinde dictũ viceũ infundere in cacabo aque pleno: et sub eo ignẽ facere ex ebullitione aq̃ oleũ qđ aquã nõ tãgit decoquatur. ⁊ hic est modus optim⁹.

¶ Dicitur oleum spice a spica in eo intrante: eo q: spica est basis in hoc oleo ⁊c.

Oleum vulpi[illegible] Mesue ⁊ est medicamẽ nobile vtilissim[illegible] ad arteticã: ⁊ podagrã: ⁊ dolorẽ renum: et dorsi. cuius permixtio. ℞. Uulpẽ vnã integrã: cuius interiora sint euulsa. et pone in vase. et funde sup ipsam aq̃ fontiũ. et aque marine añ. kist. j. i. lib. j. s. Olei antiqui clari kist. ij. s. i. lib. iij. ℥. ix. Et simul omnia decoquantur, lento igne cum salis. ℥. iij. et coquantur vsqꝫ ad aque consumptionem. deinde permuta in aliovase: et proijce super ipsa. Aneti Alase. i. thimus ana. libram j. Et funde super ea aque dulcis decoctionis predictarum herbarum lib. ij. Et decoque sicut prius vsqꝫ ad aq̃ consumptionem: et carnis ab ossibus: et neruis separationem. deinde colentur omnia fortiter exprimendo ⁊ reseruetur. est enim mirabile.

¶ Et q̃n preter oleũ coquitur vulpes in aqua fontium: et aqua salsa ⁊ sit aque quãtitas multa cũ eisdẽ herbis: ⁊ administret lauãdo in tina est efficax. Hoc quoqꝫ nõ pretermittimus ꝙ vulpes tãdiu debet coqui siue in faciendo oleũ siue aquaꝫ ad abluendũ donec discocta sit: vt eius artus omnes laxentur et dissoluantur.

¶ De aqua marina. Nã si illã habere nõ potes loco ei⁹ apponas aquã bene salitã. ⁊ cũ hoc qđ bñ salita sit iterũ quantitatem salis in recepta descriptam apones.

¶ Aqua marina ante quartũ diẽ putrefit ⁊ fetet. Sed ad eã cõseruandã per mensem ponatur seu misceat̃ cũ ea parum aque vite. Aqua enim vite est bona conseruatrix: eo q: resistit cõtra oẽm putrefactionẽ. Et vltra hoc conseruat encaustrũ ne a magno frigore congeletur: vt sepe ego expertus sum hoc incidenter.

¶ Salis si simpliciter scribatur, vel scriptum reperiatur semper de vsuali ⁊ communi intelligitur. Kist enim idem est quod lib. j. s. vel cotile due. Et cotila est. ℥. ix. vt volũt doctores ⁊c.

Oleum de ipericon Magistrale mirabile. ℞. Summitatũ ipericon. ℥. iij. Infundantur in vino odorifero per. iij. dies ⁊ noctes. deinde bulliat in duplici vase bene obturato vase: et fortis fiat expressio postea. ℞. tantũdẽ ipericon bene contusi: ⁊ infundat̃ in suprascripto vino tribus diebus et noctibus: deinde addatur terebentine. ℥ iij. Olei antiqui. ℥. vj. Croci. ℈. j. Et misceãtur et coquantur in boria in duplici vase vitreo vsqꝫ ad cõsumptionem vini. deinde reseruetur in vase vitreo: istud oleũ nõ est multũ in vsu. ipericon est satis nota: eo ꝙ a D[illegible]scoride vocat̃ ipericõ. Aui. inquit ipericõ noiatur arabice alcarib. et nominat̃ siriace vua demonis. Diascorides facit de ipericõ tria capitula. et distinguit ipsas species. vnũ facit sub nomine asquirõ: aliud sub nomine corium quod est rapa rustica. aliud de ipericon. sed Serap. in vno capitul[illegible] omnibus loquitur sed illud ipericõ: quo vtimur h[illegible] folia parua ⁊ in eis foramina minuta: et propterea vocatur perforata siue herba sancti Johannis siue fuga demonum apud nos inuenitur in partibus nostris.

Oleum pro doloribus puerorum bonum ⁊ expertum. ℞. Olei aneti. olei camomil. añ. ℥. vj. olei ruthe storacis liquide. añ. ℥. iij. pulueris cimini. ℥. ij. bulliant omnia vna ebullitione: deinde coletur et vsui reseruetur quando oportet.

Oleum de amigdalis dulcib⁹ Mesue valet: asperitatem lenit gutturis et pulmonis ⁊ partium omniũ exteriorũ et oẽs durities ⁊ siccitates membrorum et iuncturarũ lenit. Et confert ethicis ⁊ impinguat: augmẽtat sperma. Et iniectũ cõfert dolori vulue et vesice: et modus faciendi dictũ oleũ talis est. ℞. Amigdalas quantitatem quam volueris. Contere eas bene vel masina eas ad molã et ipsis bene masinatis repone in patella sub qua sit ignis clarus et eas in dicta patella reuolue manibus quousqꝫ dicta pasta sit bene calida deinde dicta pasta inuoluat̃ in telã: postea in expressorio ponatur et bene comprimatur ⁊ stet sub eo aliqualiter: deinde iterũ ad molã ponas ad remouendũ: ⁊ postea in patella iterũ ad bene calefaciendũ ponãtur. demũ post calefactionem petijs inuoluatur: ⁊ iterum exprimatur: et tunc habebis totum oleum. Alios modos ponit Mesue: sed iste magis vsitatus est.

¶ Sunt qui subtileꝫ corticem ab amigdala remouent anteqꝫ oleum faciant: easqꝫ mundant ab omni immunditia: ⁊ modus iste bonus est et oleũ magis perfectum. Sed inertia detenti pauci sunt qui hoc faciant: modo igitur prescripto de oleo amigdalarũ fiunt oia olea que per expressionem fiunt vt de nucleis persicorum de grisomilis: et oleum amigdalarum amararum.

Oleum de amigdalis amaris Mes. est aperitiuuꝫ opilatiuum carminatiuũ ventositatũ et resolutiuum et confert dolori auriũ et surditati et sibilo. lenit asperitates ⁊ delet pannum faciei: et confert doloribus neruorum et duritiem eorum lenit: ⁊ mod⁹ compositionis eius est sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum amigdalarum magistrale prohibendo sic fit. ℞. Amigdalarum excorticatarũ li. iiij. vel lib. ij. si vis exiccentur, bene ab aqua in bacilono sub quo fit ignis carbonũ: deinde bene pistentur: post bonã contusionem ponãtur in basilono dicto. et bene calefiãt manibus semper ducendo: deinde recolligãtur in vnaꝫ massam. et si teneri per se nõ possent parũ aque violarũ aspergantur vsqꝫ quo de eis fieri possit ad modũ pastoni semper [illegible]amẽ manibus ducendo. Postea inclinato bacilone a[illegible] bonã positionẽ sub quo remoueatur ignis massam dictam manibus cõprimes: queãdmodũ mulieres solent facere cum pannos suos inli[illegible]iuãt: et post aliqualem fricationem cum sapone illos exprimunt. et hoc sepe facias. Et sic extrahas ꝑ oi lib. j. amigdalarum. ℥. iij. olei. hoc ego sepe feci ⁊ fieri feci pro multis personis.

¶ Olei amigdalarum simpliciter si scriptuꝫ reperiatur et absqꝫ determinatione: semper de oleo amigdalarum dulcium est intelligendum.

Oleum de nucleis pers[illegible]orũ Mesue scꝫ ex nucleis persicorum valet: opilationes aperit ⁊ cõfert dolori auris et occidit vermes in eis: et linitur super vmblicum calidum et necat vermes vulnerum et confert dolori ani ⁊ emorroydarum et tumoribus eox: et modus faciendi dictum oleu[illegible] est sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum laurinum Mesue confert dolori capitis et emigranee frigidis et dolori neruorũ ⁊ iuncturarum: et confert neruis lesis a frigiditate et confert dolori stomachi ⁊ dolori colico et renum et dolori matricis epatis et splenis et dolori viscerum. Et modus faciẽdi dictum oleum talis est. ℞.

¶ Granorum lauri maturorũ quantũ volueris et dum adhuc [illegible] recentia tere in pila et fac bullire cuꝫ aqua in caldario. Deinde exprime i zamari [illegible] nõ habẽte conc[illegible]um et collige ex aqua quod [illegible]natat oleum. Deinde iterum exprime grana [illegible]ta in zamari habẽte vacuum et infunde aquam calidam et collige oleũ et repone et administra vbi oportet.

Oleum laurinum Magistrale valet vt supra: ⁊ modus faciendi talis est. ℞.

Baccarum lauri quantitatem quam volueris: mundẽtur a superiori cortice et masinentur bene ad masinam oleariorum, deinde calefiat illa pasta in cacabo. semper manibus agitando sub quo sit ignis. deinde inuoluatur in pecia. et sub expressorio ponatur. et bene exprimatur et iterato remasinetur calefiat et exprimatur: et habebis oleum.

¶ Alio modo docet facere Mesue hoc oleum bulliendo in aquam dicta bachare: et pinguedo supernatans pro ipso oleo accepit vide ab eo: sed modus superior melior est.

¶ Ex multis seminib⁹: ⁊ ex multis nucleis fructuũ olea fieri possunt: sed q: in vsu nõ sunt sermonẽ nõ licet fieri.

Olea nucũ amigdalarũ amararuꝫ auellane grisomile

CC ij

de persicis de nuce inda de cerasis de granis citri de fisticis ⁊ pineis de lino: de semine papaueris de semine lactuce et de semine cucurbite: de semine fenugreci fieri possunt ⁊ fiunt per expressionem modo quo fiunt olea amigdalarum dulcium vel amararum.

Oleum yrinum Mesue est abstersiuũ resolutiuũ ⁊ maturatiuum ⁊ sedatiuũ dolorũ frigidorum ⁊ subtiliatiuũ ⁊ maturatiuũ materierũ que sunt in pectore ⁊ pulmone: ⁊ cõfert doloribus epatis ⁊ splenis ⁊ calefacit ea. Et cõfert doloribus iuncturarũ: ⁊ lenit durities earũ: ⁊ apostemata dura: ⁊ scrofulas. Et cõfert dolori ⁊ frigiditati matricis iuuamentũ manifestum. Et cõfert spasma. Et distillat in aurẽ ⁊ cõfert dolori ipsius ⁊ fetori narium. ℞. Radicũ yreos. ʒ. ij. Florũ eius. ℥. iiij. Aque decoctiõis radicũ eius li. j. Oleũ sisaminũ: aut de oliuis maturis lib. ij. Bulliãt in duplici vase vsq; ad aque consumptionem. deinde cola ⁊ permuta radices et flores: et aquã decoctionis. et iterum hoc bis fiat sicut diximus de oleo rosato. deinde cola et reserua.

¶ Oleum istud est illud quod intrat in vnguento arthanite Mesue ⁊c.

Oleum de granis sisami Mesue impinguat et addit in spermate: ⁊ lenit durities et asperitates. et clarificat vocẽ: et lenit guttur: et est materia aliorum oleorũ multorum. Et modus cõpositionis eius est sicut olei de amigdalis preterq; oportet vt grana sisami prius excorticentur: et modus operationis eius est. Mundet sisamus ab oibus immunditijs. deinde roretur sup ipm aqua cum sale pauco: et confricetur manibus iterũq; roretur donec madefiat. postea expãdatur vt exiccet. deinde assetur assatione modica: et ponat in sacculo panni asperi et fricet multũ donec excorticetur: deinde mundet a corticibus: et molatur cũ molis: ⁊ fiat alrachine: ⁊ de cetero trahatur oleũ sicut de amigdalis: et qñq; trahitur oleũ preter q excorietur. Et eius operatio est vt assetur primo sisamus: deinde molatur et fiat alrachine: et trahatur oleum sicut diximus.

Oleum sisaminũ Magistrale qd fit qñ haberi non põt oleũ de granis sisami. cuius permixtio. ℞.

Musci. ʒ. j.	Cardamomi. s. maioris ⁊ minoris.
Ligni aloes. ʒ. ß.	Galie muscate. añ. ℈. j.
Nucis muscate. ℈. j.	Cubebe.
Gariofilorum.	Calami aroma. añ. ℈. j.
Macis.	Olei communis. lib. j.
Spice ana. ℈. j.	

Bulliant in duplici vase et reponantur.

¶ Istud oleũ ingredit in multis medicinis: ⁊ quia ad nos nõ defert: q multi et false dicãt q verius apportat: hãc cõpositionẽ loco ipsius solẽt medici dispẽsare que in virtute est ipsius. Et si hanc nõ vis facere ⁊ aliũ habere nõ potes ipsorũ loco accipias oleũ amigdalarum dulciũ qui in virtute est illius: vt omnis medicorum tenet schola: sed recens esse debet non randicum.

Oleum de crisomilis Mesue sedat dolo[illegible] ani: et [illegible]roidarũ: et resoluit tumores in eis: et tumores nariũ. [illegible]pedimenta lingue et dolo[illegible] auris: et modus est sic[illegible] diximus in capi. de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum de tartaro Magistrale. valet ad maculas faciei purgandũ. ℞. Tartarũ q̃titatẽ quã volueris ponat sup prunas: et tantũ permittat q totũ inflammet et rubeat postea ponatur in sacculo lineo: et pone dictũ sacculũ in loco humido sicut in penu: ⁊ sub sacculo ponat vel ampulla vel ciatum: qd enim exiet ab eo oleum tartari ab omnibus solet appellari.

¶ Hoc oleum potest fieri tam de tartaro albo. s. vini albi q vini rubei.

¶ Et sunt qui alio modo faciunt. s. puluerizando tartarum subtiliter: deinde in sacculo tele reponunt: et ipsum sacculũ et tartarum irrorant aceto: deinde sub prunis ponunt: et relinquũt vsq; quo nigrescit: deinde extrahũt illũ a sacculo: et iterũ puluerizant: et aceto aspergunt: et sub prunis ponunt: et post ipsius nigredinem sacculum accipiunt: et in penu ponunt: et liquor exit.

¶ Quinq; modis habetur diuersitas oleorũ. Quedam enim olea fiunt per expressionẽ vt oliuarũ et amigdalarum. Quedã per impressionẽ vt oleum camomille et de absinthio. Quedã per resolutionẽ vt oleũ ouorum ⁊ frumenti. Quedã per sublimationẽ: vel oleum philosophorum: vel de lateribus. Quedã vero per emanationem vt oleũ balsami. Et iterũ oleorũ triplex est diuersitas: Quedam enim sunt frigida. vt rosatũ violatum. quedam tẽperata vt amigdalarum dulcium re[illegible]s: eo quia elapso mẽse rancescit: et sic sua temperies deperditur: et calidum fit: ideo dixi recens. Et quedã calida vt rutaceum costinum et vulpium. Olea frigida quanto recentiora tanto meliora. et cum transeunt tres menses virtus ipsorum perditur: et calida fiunt. Temperata vero vsq; ad sex mẽses sunt in sua bonitate. Calida vero seu calefacientia quãto antiquiora: tanto meliora ⁊c.

Oleum saluie Magistrale: cuius permixtio hec est. ℞. Foliorum saluie. Succi eius. añ. ℥. iiij. Olei oliuarũ. li. iij. Et facias prout in oleo ruthe mente ⁊ absinthij tibi ostensum est: decoctione expositione ad solem: et trina permutatione succi et herbe.

¶ Modo hoc potes facere ex omnibus herbis oleum. ⁊ illud oleum habebit virtutem illius herbe. Sz fieri debẽt olea ex herbis in mense Maij vt in pluribus: eo quia tunc maiori virtute vigent.

Oleum de euforbio Mesue: ⁊ est medicina solẽnis ad egritudines neruorũ frigidas: et dolori eorũ. et dolori iuncturarum: et dolori epatis: et splenis. Et fit caput purgium ex eo ad sodã emigraneã: et litargiã: qd ita fit. ℞. Euforbij. ʒ. ß. Olei de keiri. ʒ. v. Uini odoriferi tantundẽ decoq̃ vsq; ad vini cõsumptionẽ: ⁊ vtere.

¶ Alius modus est faciendi dictũ oleũ. ℞. Staphisagrie Condisi añ. ʒ. iiij. Piretri. ʒ. vj. Calamenti montani sicci. ʒ. xij. Costi. ʒ. x. Castorei. ʒ. v. Tere et decoque in vase vitreo cum vini odoriferi lib. iij. ß.

¶ Postq; infusa fuerint in eo diebus duobus vsq; ad medium vini. Deinde manibus fricatione vehementi cola. et funde super ipsum olei de keiri aut olei sisamini lib. j ß. Et decoque vsq; ad consumptionẽ vini. Deinde projice super ipsum Euforbij recentis et albi. ʒ. iiij. triti contritione vltima: et coquatur cum eo.

¶ De condisi et species ellebori albi.

Oleum de semine lini Mesue cõfortat ad spasmũ ⁊ lenit duritiẽ neruorũ et iuncturarũ: ⁊ est medicina magna egritudinibus ani: sicut sunt apostemata et emoroide: et ragadie dolori pulsatiuo. Et modus operationis eius est sicut olei sisamini preterq; nõ oportet vt excorientur semina lini.

Oleum de cucurbita. Mes. valet ad inflãmationes sedat vbicũq; sint: et lenit asperitates etiam pectoris et pulmonis: et sedat apostemata calida ⁊ pleuresim: cuius permixtio. ℞. Succi rasure ten[illegible]rime cucurbite. Florum eius. ana. ℥. iiij. Olei oliuarum incompletarum. li. iij. Tria hec reponantur in vase vitreo: ⁊ facias prout ostẽdi tibi in oleo mẽthe absinthij tã de decoctiõe quã expositione ad solem permutatione succi et rasure.

¶ Olea oia frigida perfectiora fiunt cũ oleo incompleto q cũ cõpleto: ⁊ si p[illegible] cũ cõpleto fiunt lauari debent cũ aqua fontis bis vel ter. calida vero olea fieri debent cũ oleo completo absq; lotione.

¶ Potest [illegible]m fieri oleum ex semine cucurbite per expressionẽ quẽadmodũ fiunt alia olea ex seminibus: ⁊ erit superiori temperatior: et nature magis conformis.

Oleum de floribus papaueris Mesue sedat dolores calidos: et facit somnum: cuius permixtio. ℞. Flores folia et capita papaueris viridia contusa. ℥. iiij. Oleum oliuarum incompletarum. li. j.

¶ Reponantur duo hec in vase vitreo: et obturetur os vasis: et soli exponatur per dies. vij. deinde bulliant in duplici vase per horas tres: postea coletur manibus fortiter exprimendo. et fiat bis semper noua folia capita et flores innouando stando q; ad solẽ et bulliendo ad ignẽ vt supra. Tertie vero colature adde suprascriptam quãtitatem foliorum florum et cetera.

¶ Contusis vt supra. Et his addas. Aque infusionis papaueris lib. j. Et stringe orificium vasis: et expone so

li per dies.xl.deinde cola manibus exprimendo:et iterū in dicto vase reponantur:et soli exponantur : et ibi permittantur vsq̧ ad consumptionem aque

¶ Istud oleum fieri etiam,potest ex solo semine per expressionem vt fit oleum amigdalarum et seminum.

¶ Infusio papaueris fit vt infusio violarum : excepto quod in illo solum flores accipimus: in isto vero flores folia ⁊ capita omn[illegible]m.℥.iiij.et confrangantur:in reliquis fit vt illa ⁊c.

Oleum de iunipero Mesue cōfert infectionib⁹ cutis:et malo tibiarū et serpigini ⁊ cācro : et vulneribus malis.Et modus faciendi talis est. ℞.

¶ Lignorum eius quantitatem sufficientē: et scinde in frusta:et imple ex eis doliū magnū vitreatū interi⁹ cui⁹ orificium sit arctū:⁊ fac foueā in terra:⁊ prepara parietes eius cū terra figuli. Deinde pone ollā vitreatam ex directo in fundo fouee habentē orificiū amplū:⁊ cooperiatur lamina ferrea subtili perforata foraminib⁹ multis sicut cribratorium tritici.ita q̄d lamina vndiq̧ olle orificiū cooperiat . Deinde super lamina preparet̄ orificium dolij ex inuerso:et preparetur cum terra figuli vt nihil ex vtriusq̧ orificijs respiret. Post illud accende ignē super totū corpus dolij: et dimitte ardere sic per horas ij.manabit enim ex arte hac oleum quod reconde: ⁊ administra vbi oportet.

PVluis cordialis dulcis magistral. Iuuamentum magnum ad egritudines cerebri cordis stomachi ⁊ epatis: ⁊ letificat cor:et nos fuimus experti:⁊ valet ad tremorē cordis:et sincopim ⁊ q̄n q̄s tristatur ⁊ nescit radicē:⁊ facit oris odorē bonum: cuius permixtio. ℞.

Fragmentorū cordialiū coīm.ſ. Seminis acetose.℥.ij.
Zaphirorum. Margaritarum.℥.j.
Smeraldorum. Conterantur omnia p se
Rubinorum. subtilissime et reseruentur.
Granatorum. Et sunt aliqui qui ponunt.
Zacintorum ana.℥.ij. Tere sigillate ana.℥.j.
Corallorum rubeorum. Zuccari albi ⁊ fini.℥.xxiiij.
Corallorum alborum. Foliorū auri ⁊ argenti ana.
Rasure eboris an̄.℥.iij. numero.xl.
Rasure cornu cer.℥.ij.

¶ In hac cōpositione zuccarū apponitur duplici causa. Primo vt sit magis gustui delectabilis. Secundo vt citius a natura attrahatur.

¶ Prescripta aūt quomodo cor cōfortent vel ratiōe nutrimenti vel qualitate vel occulte ꝓprietatis in questione mea de remouentibus venenositatē ⁊ malitiam narcoticorum a membris principalibus subtiliter excussi: quantū vero ad locū istū ꝑtineat dico q̄d agunt et rōne qualitatis:et ratione ꝓprietatis occulte : ⁊ hoc magis.

Puluis contra vermes magistralis amarus est. ℞.
Cornu cerui vsti.
Granele preparate.i.herbe ianue. Ossis de corde cerui ana.ʒ.iiij.
Diptami. Zaphirorum.
Mirrhe. Sm[illegible]aldorum.
Tromentille an̄.ʒ.iiij. Rubinorum.
Seminis caulium. Granatorum.
Seminis acetose. Iacintorum an̄.[illegible]j.
Seminis coliandrorū preparatorum. Reubarbari ele[illegible].ʒ.j.ß.
Seminis portulace. Seminis leuistici.ʒ.x.
Foliorum auri.nume.xl.

¶ Granela hoc mō preparat̄:mūdetur ab omni immūditia:et super eā proijciatur acetum quo cooperiatur:⁊ omni die acetum permutetur: et hoc fiat per dies nouē: deinde extrahatur ab aceto:et super assidem dilatetur et permittatur vmbra exiccari.

Puluis pro botio montagnane exiccās multū. ℞.
Auellanarum. Lapidis pumi.an̄.ʒ.ij.
Spongie combuste. Nucis muscate.
Bale marine combuste. Gallarum.
Carte combuste. Aristologie longe.
Ossis sepie.
Cinamomi.
Seminis planta.an̄.ʒ.iiij. Ellebori albi.
Trium piperum. Ellebori nigri an̄.ʒ.ij.
Zinziberis. Limature acus preparate.
Salis gemme. Cineris corti.ouo.an̄.ʒ.ß.

Cōterātur subtilissime:et detur omni die.ʒ.j.cum aqua saluie per duas ho.an̄ cibum:⁊ facit optimū effectum.

¶ Spongia hoc modo cōburitur. primo bene lauetur et purgetur a lapidibus interioribus : deinde in furno tēperato exiccetur:deinde cōburatur . Et cognoscit̄ ei⁹ cōbustio q̄n omnis eius pars pulucrizari potest.et hoc modo cōburitur.etiā certa causa quare duo hec cōburuntur est vt sint magis corrosiua ⁊ penetratiua.

¶ Modus incinerandi cortices ouorum positus est supra in electuario de cineribus.

¶ Limatura vero acus preparatur eo modo quo scoria ferri:vt in electuario de scoria ferri ostenditur.

Puluis Dulcis:siue puluis ꝓ stomacho magistralis valet ad confortandum stomachum et ad calefaciendum. ℞.
Cinamomi subtilis et electi.ʒ.ij.
Cardamomi.ſ.maioris et minoris.
Zinziberis. Cubebe.
Galange an̄.℈.j. Piperis longi an̄.℈.ß.
Gariofilorum. Zuccari albi.ʒ.vj.
Nucis muscate.ana.℈.ß.

Misce et fiat puluis pistando prius species deinde zuccarum. Ad faciendum compositionem hanc bonam ꝓ omni.ʒ.j.specierū apponi debet.℥.j.zuccari:si perfecta et bona esse debet.

Puluis sene montagnane in suo antidotario vz. ℞.
Succi lupinorum depurati.añ.lib.j.
Mirabolanorũ kebulorum.
Foliculorum sene.℥.ij. Mirabolanorum indorum.
Violarum siccarum:aut viridium.ʒ.iij.
Mirabolanorum citrinorum.ana.ʒ.ij.
Agarici.℥.j. Spice.ʒ.iij. Epithimi.ʒ.xl.
Involuantur mirabolani in oleo amigdalarũ dulcium.
Tamarindorũ.℥.iij. Mirabolanorũ beliricorũ.ʒ.iiij.
Manne electe.℥.j.ß Granorum fumiterre.
Cassie fistule.℥.iiij. Trociscorum diarodon.
Zuccari violati.lib.j. Macis.
Zuccari fini albi.lib.iij. Masticis.
Aceti vini.lib.j. Cubebe.
Reubarbari.℥.ij. Spodij.
Mirabolanorũ cit[illegible].℥.ß Sandali citrini.
Mirabola.kebulorũ. Quatuor seminũ.f.s.ia cõ
Mirabo.indorũ añ.ʒ.viij. munia frigida añ.ʒ.iiij.
Mirabola.emblicorũ.ʒ.iiij. Anisi.ʒ.iiij. Sp[illegible]e.ʒ.ij.

Modus cõfectionis eius est vbi dicit Sola[illegible] Endivie Apij:⁊ lupulorum vult vt sit succus dep[illegible] ana. libram vnam ⁊ proijciatur sup eos violarũ fo[illegible]ulorũ agarici prunorum,cuscute.mirabolani kebuli [illegible] indi mirabolani citrini spice:⁊ accipiat de [illegible] scripti quantitas sicut prius diximus:⁊ bullian[illegible] super prunas cũ facilitate dũ remaneant lib.ij.⁊ in [illegible] suprascriptis sit succi lib.ij.⁊ bulliant simul:⁊ pro[illegible]atur super ista epithimi boni: involvantur mirabolani in oleo amigdalarum dulciũ vel oleo violato:et bulliant ebullitione vna:⁊ deponatur ab igne et excolet:⁊ dissolvant in vna parte istius colature tamarindorũ cassie manne zuccari violati:colentur et mundentur a granis ⁊ scorphis:⁊ in alia parte aque proijciatur zuccari fini ⁊ aceti:coquantur cũ facilitate:deinde pone syrupũ istuz qđ dissolutũ est in succis:et aggregentur similiter ⁊ coquãtur vsqꝫ ad mellis spissitudinem: vltimo vero proijciat super istud reubarbari. mirabolani citrini mirabolani indi.mirabolani kebuli.mirabolani be[illegible]ici quantitatẽ sicut prius diximus:quatuor granorum fumiterre:trociscorũ diarodon:macis masticis cubebe:spodij:sandali citrini:anesi:spice voluantur i[illegible]eo violato:⁊ repone in vase vitreato:et da cum aq[illegible] frigida vel cũ aqua endivie aut solatri:dosis est.℥.j.

Trifera minor ex arte senonis Mes. valet ad corruptionem:et exuberãtiã mẽstruorũ ⁊ emoroidarũ:⁊ ad corruptionẽ forme:⁊ debilitatẽ stomachi: ⁊ destruit humorẽ crudũ:⁊ clarificat colorẽ:⁊ confortat vesicã:⁊ abscindit fluxum ventris:cuius permixtio. ℞.

Mirabolanorũ kebulorũ. Olibani.
Mirabolanorũ indorum. Ameos.
Mirabolanorũ belericorũ. Zinziberis.
Mirabolanorũ emblicorũ. Carmezit.i. fructꝰ tamarisci vel flos.
Nucis muscate añ.ʒ.v.
Nasturtij. Spice squinanti.
Assari. Ciperi añ.ʒ.iiij.
Origani persici. Scorie ferri nutrite ĩ aceto
Piperis añ.ʒ.iiij. ꝑ dies.v.⁊ assate.ʒ.xx.

Mirabolani assentur cũ butyro vaccino ⁊c. involuantur cũ oleo amigdalarũ dulciũ:⁊ aromatizentur cuz.ʒ.j. musci.mellis quãtum sufficit:⁊ da post.vj. mẽses. dosis est ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.iij. Est enim expertũ et efficax:⁊ proprie ad humorositatem stomachi:⁊ putrefactionem in ipso.

Tyriaca magna Andromaci que melior est omnibus:⁊ qualiter fieri debet. Cuius descriptionẽ reperi in quodã libello Gentilis de venenis:quã vt ipse testatur habuit ⁊ extraxit a quodam libello Andromaci propria manu scripto.

¶ Tyriaca magna andromaci dicitur: quia ab eo cõposita fuit:valet contra gravissimas passiones humani corporis:epilẽticis stomaticis.cophalingicis:⁊ migranicis ꝓdest ad raucedinẽ vocis cõstrictionem pectoris. optima est artariacis asmaticis emoptoicis ytericis ydropicis piplemonicis iliosis ⁊ vulnera ĩ itestinis habẽtibꝰ freneticis:iliosis colicis subvenit:mẽstrua educit:et fetũ mortuũ,expellit:leprã variat:et frigori ꝓdest:et ceterasꝗ passiões inveteratas emẽdat:precipue cõtra oĩa venena et serpẽtuz morsus et reptilium valet:sed vniversa est eiꝰ dosis.s.ꝑ quãtitate ⁊ qualitate vniuscuiusqꝫ passionis ꝗ in Adromaco scibitur. ℞. Sileris montani.

Trociscorum de squilla aureos.xlviij.
Dauci idest semen. Trociscorum de thiro.
Camepitheos. Ameos.i.semen.
Trociscorum andaracharõ.
Piperis nigri. Camedreos.
Opij thebai.añ.aur.xxiiij. Succi hipoqu[illegible]idos.
Cinamomi electi. Spice celtice.
Rosarũ rubearũ siccarum. Folij indi.
Seminis napi silvestris. Meu.
Scordeum.i.alleum silve. Gentiane.
Yreos.i.radicum. Seminis feniculi.
Agarici albi. Terre sigillate.
Succi liquiritie.
Colcotar [illegible]usti.i.vitreolum adustum.
Opobal[illegible].i.olei ana.aureos.xij.
Amomi.
Mirrhe pure. Acori.i.radicum.
Croci. Ypericon.
Zinziberis. Nasturtij albi.i.semen.
Reubarbari. Carpobalsami.
Radicum pentafilon. Fu.i.radicum valeriane.
Calamenti montani.
Gummi arabici.ana.aureos.iiij.
Prassij Alij petrosilij.
Carui agreste.i.cordumeni.
Macedonici.i.semen. Anesi.i.semen.
Sticados arabici. Acatie.
Costi amari. Castorei. Piperis longi.
Serapini an.aureos.iiij.

Pulegij indi.	Bdelij.
Olibani.	Galbani.
Flores squi[illegible]nti.	Aspalti.
Terebentin[illegible]	Oppoponaci.
Cassie ligne[illegible]gre.	Centaurce minoris.
Spice nardi[illegible]	
Aristologie ro[illegible]de.ana.aur ij.	
Polij montani.	Mellis dispumati.lib.x.
Piperis albi an.a[illegible].vj.	Uini boni odoriferi antiqui
Storacis liquide.	lib.ij.et fac.
Seminis apij.	

¶ Et nota quod pro omni libra mellis est.℥.iij. specierum predictarum: et hoc voluit bonus andromacus: et apponi debet si tyriaca debet habere virtutem descriptam a doctoribus: et in alia.℥.vj.

¶ In hac descriptione multa sunt intelligenda. Et primo de opio tebaico: dicitur enim opiũ tebaicũ: quia factũ et collectũ Tebis: quia illud est melius et perfectius quocunque alio opio vbicunque collecto: et est minoris periculi et timoris vsus eius.

¶ De calamento dicitur montanum: et ponitur: quia habet maiorem caliditatem et siccitatem quam calamentum fluuiale: quod nascitur iuxta aquas.

¶ Sticados arabici. dicitur arabici quia in arabia oritur: et ille melior est: in illis partibus multuz colligitur. Sed nos vtimur sticados quod colligitur in partibus Rome: et est perfectum.

¶ Loco camepiteos si non haberetur accipi potest yua muscata: quod a Mes. in capitulo de egritudinibus neruorum appellatur zinzem.

¶ Hipoquistidos succus est barbe hircine: et illud ponitur non herba non solum in hac compositione: sed in omnibus medicinis: in quibus simpliciter reperies scriptum hypoquistidos: et qui herbam ponunt male: imo pessime faciunt.

¶ Centaurea de minori intelligendũ est: et illa in medicinis administratur: quia si simpliciter reperit de ea est intelligendũ. Et radix accipi debet nõ herba: vt quidam rudes faciunt.

¶ Uitriolum seu colcotar hoc modo aduritur. accipe de eo quãtitatẽ quã volueris: et pone in patella ad ignẽ: et cõtinue sub ea insuffletur donec igneatur: et cõtinue vitriolũ voluatur: et tamen hoc fiat quod eius naturalis color mutetur: et tunc remoueatur: quia adustum est.

¶ Species iste tyriace debẽt subtiliter teri seu pulueri zari: et bene cribellari per subtilẽ et spissuz sedatiũ: vt melius et citius res simul fermentari possint: vt Mesue et Auicenna scribit in capitulo de tyriaca.

¶ Puluerizabile enim idẽ est quod cõminuibile vel diuisibile in partes paruas: et est aliud quam frangibile.

¶ Utilitas autem puluerizatiõis est: quia facit penetrare virtutes med[illegible]inarũ ad partes ad quas nõ penetrarent.

¶ Etates enim tyriace sunt quatuor. Prima dicitur infantia: et incipit a die compositionis vsque ad sex menses. Secunda pubertas: que incipit post illud tempus et durat vsque ad decem annos. Tertia adolescentia et incipit post illud: et durat vsque ad.xx.a[illegible]. Quarta senectus: et incipit post illud: et durat vsque ad.xxx.annos: post illud expoliatur a virtute tyriace.

¶ In vase plumbi tyriaca debet poni vel [illegible]seruari vel argenti. in alio enim vase posita facit qua[illegible]n ferruginem que appellatur zinian: et cõsumitur humiditas eius naturalis et necessaria in tyriaca: quare in plumbo bene conseruatur.

¶ Et vas in quo ponitur non debet repleri: sed saltim tertia pars vasis debet esse vacua: vt medicine possint respirare et exalare ne sese suffocent.

Tyriaca Galeni que cõiter fit: licet nõ sit tante perfectionis quãte est prescripta Andromaci. Cuius permixtio hec est. ℞. Piperis longi lib.ij.℥.iij.

Trociscorum de squilla lib.iij.	Gummi arabici.
Trociscorum tyri lib.j.ʒ.	Colcotar vsti.i.vitreoli adusti.idest Serapini.
Trociscorũ diacorali li.j.ʒ.	
Xilobalsami.i.lignum	Terre sigillate.
balsami lib.iiij.℥.x.ʒ.	Hypoquistidos.i.succus barbe hyrcine.
Agarici.	Opij tebaici.i.illius x vncie.
Rosarum.	Spice celtice.
Radicũ yreos.i.lilij celestis.	Radicum acori.
Leuistici an.ʒ.vij.ʒ.	Camedreos.
Scordeon.i.alleũ siluestre.	Gentiane.s.radix.
Seminis rape siluestris.	Sistra.i.valeriana.
Cinamomi an.ʒ.vij.ʒ.	Carpobalsami.i.semen balsami an.℥.iiij.ʒ.
Reubarbari.	Seminis apij.
Spice nardi.	Ameos.
Costi.	Amomi.
Squinanti an.℥.vj.	Seminis feniculi.
Croci.	Carui.
Zinziberis.	Sileris montani.i.semen.
Cassie lignee.	Nasturtij.
Storacis calami.an.ʒ.vj.	Anesi.
Mirrhe.	Ypericon an.℥.iiij.ʒ.
Terebentine.	Mumie.
Calamenti montani.	Castorei.
Thuris.	Oppoponacis.
Diptami an.ʒ.vj.	Aspalti.
Sticados arabici.	Galbani.
Polij montani.	Pentafilon an.℥.vj.
Centauree minoris.s.radix.	
Piperis.℥.vj.	Aristologie longe.
Folij. Petrosilij.	Dauci an.℥.ij.ʒ.vj.

Et est semen pastinace siluestris. Mellis cocti: et dispumati rubos.v.et li.v.quod est pro omni lib.j.mellis.℥.iij.specierũ. Sed aromatarij auaritia ducti hoc tẽpore solum ponunt lib.iiij.specierũ pro rubo vno mellis: et male faciunt: et ob hoc tyriaca nõ habet virtutes a doctoribus descriptas: quia semper ponas.℥.iij.sperũ pro omni lib.j.mellis. Et per rescriptum mel sit coctum bona coctione.

¶ Crocus vero et hypoquistidos per se puluerizentur ac vitriolũ gũme vero si optimo vino albo dissoluãtur. alia vero oĩa simul: mel vero infrigidatũ: terebẽtina et hypoquistidos intus ponãtur: deinde oẽs alie spẽs. Crocus vero infundatur in vno bocali optimi vini nigri: et dimittatur per tres dies: deinde cũ [illegible]cto vino in tyriaca ponatur: vitriolũ vero etiã in vino [illegible]issoluatur: et in tyriaca ponatur: et simul misceãtur. Sun[illegible] qui addũt galeti subtiliter puluerizati.℥.ʒ.vt tyriaca maiorẽ nigredinem habeat. Sed hoc ego nõ laudo Cũ extra mentẽ Galeni: et oĩm doctorum fuerit et nunc presentium sit.

¶ Hoc nomẽ tyriaca est nomẽ impositũ ab effectu: idest enim est dicere tyriaca quã cõferens venenis: sed presentiũ: et aliarũ medicinarũ venenosarũ. Et ideo hoc nomẽ ha[illegible]et duas partes tyria enim significat serpentẽ: et ka quod significat medicinas venenosas cũ componitur. igitur tyriaca est nomen quod significat rem que iuuat in venenis serpentum: et medicinarum venenosarum et est vocata tyriaca a carne tyri.

¶ Agaricus yreos: et radix acori ponuntur in hac recepta et in alij[illegible] habẽt in se virtutẽ cõseruãdi alias medicinas ne [illegible] corrũpantur: et augent earũ virtutes. Et sic ponitur vt conseruet zinziber a corruptione.

¶ A[illegible]cardi corrũpunt virtutẽ t[illegible]corũ tyri. Dictique troc[illegible] debent esse parui: et bene [illegible]mpressi si conseruari debe[illegible]t non debent exiccari in sole. Sol enim habet virtute[illegible] dissoluendi et destruendi virtutem carnium tyri et v[illegible]rarum.

¶ Tyria[illegible] debet dari nisi sit fermentata: et fermentatio sit in tẽpo[illegible]ex mensium. Quid autem sit fermentatio nota. [illegible]ã cõ[illegible]itum habens vnam formam: et virtutem [illegible] ex simplicium compositione significat hoc voca[illegible] fermentata.

¶ Uinum [illegible] tyriaca ponitur primo: vt per eum fiat medicinarum [illegible]onseruatio: et commixtio. secundo quia ipsuz confortat [illegible]: et est contra venenum.

¶ In exhibi[illegible]õe tyriace iste conditiones sunt seruãde: primo quod sit fermentata. secũdo quod detur sanis: et in parua quantitate: et raro: tertio quod nõ detur in tempore calido: sed in tẽperato vel frigido. quarto quod non detur pueris vsque ad.xiiij.annũ. quinto quod nõ exhibeatur in cõplexiõe calida: nec in homine parato inflãma=

tioni.sexto qđ nō deꝫ stomacho repleto cibo. Et he sunt conditiones attendende in exhibitione tyriace.

¶ Due prescripte descriptiones tyriace per annos.xxx. ac etiā vsq̧ ad.xl.annos seruantur: dūmodo sint cōuenienter ⁊ debite facte ⁊c.

Trocisci diarodon Mesue quorū iuuamentū est magnū ad febres antiquas ⁊ febres flegmaticas ⁊ febres in quibus corrumpitur forma: ⁊ confert ad dolorem stomachi ⁊ abstergit humiditatē eius. Cuius permixtio. ℞.

Foliorum rosarum rubearū.aur.vj.i.ʒ.ix.
Spice.aur.ij.i.ʒ.iij. — Liqritie rase.au.iij.i.ʒ.iiij.ß.
Ligni aloes aur.ij.i.ʒ.iij. — Spodij de cāna.au.j.i.ʒ.j.ß.
Croci.aur.ß.i.℈.ij.gra.v. — Masticis.ʒ.ij.

¶ Conterantur oīa: ⁊ conficiantur cum vino albo optimo: et fac tro.in forma lupini.

¶ Quid sit trociscus nota. Est trociscus cōpositio quedam ex diuersis pulueribus ⁊ speciebus mediante aliquo liquore aggregata: ⁊ dicitur trociscus a trocos qđ est rota: qz trociscus est similis rotis.

Trocisci de rosis miores Mesue. stomachū ⁊ epar confortāt: et conferunt febri flegmatice: stomachū preparant: et humorositatem ipsius abstergunt. Cuius permixtio hec est. ℞.

Foliorum rosarum rubearum.ʒ.x.
Liqritie rase.ʒ.v. — Spice nardi.ʒ.ij.ß.

Conterantur hec ⁊ conficiantur cū vino albo optimo: et fac trociscos. Et si laxatiuum facere volueris: adde Scamonee preparate.ʒ.iij.

¶ Quare autem trocisci fiant est vt medicine possint melius conseruari: acquirunt etiam ista permixtione aliquam virtutem confortandi: quam prius per naturaꝫ non habebant ⁊c.

Trocisci de rosis maiores mesue. sicut confirmatū est in libris pluriū iuuamentorū: quorū maius est ad dolorem stomachi ⁊ malitiā digestionis: ⁊ eis proprie quib⁹ corrumpitur forma ⁊ principiū hydropisis ⁊ febres antiquas. Cui⁹ ꝑmixtio hec est. ℞.

Foliorū rosarū rubearū.ʒ.iiij. — Absinthij.
Ligni aloes.ʒ.ij. — Spice.
Masticis.ʒ.j.ß. — Cinamomi.añ.ʒ.j.
Cōterant: ⁊ fiāt trocisci cū vino albo optimo. — Cassie lignee.
Florū squināti añ.ʒ.j.

De floribus squināti nota. Non enim ad nos portantur: sed ipsorum loco apponimus rami partem.

Trocisci de rosis et eupatorio mesue expertorum iuuamentorum ad febres antiquas ⁊ febres compositas et ad dolorem epatis et opillatio[illegible] ipsius et yctericiam. Cui⁹ ꝑmixtio hec est. ℞.

Liquiritie rase.ʒ.iij.ß.
Foliorū rosarū rubearū.ℨ.j. Succi eupatorij.ʒ.x.
Spice.ʒ.iij. — Tereniabin. accipit̄ ei⁹ loco
Raued.de sꝭni.i.reubarbari.ʒ.iiij. — Māne dissolute ī succo prescripto.ʒ.ij.
Spodij.ʒ.j.ß.

Et fiant trocisci. Conterendo prius omnia.

¶ Liquiritia si simpliciter scripta reperit̄: de [illegible]dice sicca semper intelligēdū est: de qua due tantū part[illegible] vsui medicine conuen[illegible] s. radix et succus ⁊c.

Trocisci de reubarbaro Mesue cōferētes [illegible] dolorem epatis et opilationem ip[illegible] et ad apostemata eius et antiquas egritudines i[illegible]so ⁊ hydropisim et corruptionem forme ⁊ ictericie[illegible] ℞.

Rubee tinctorum.ʒ.j. — ad [illegible]
Raued boni.i.reubar.ʒ.x. — Seminis apij [illegible]
Succi eupatorij.ʒ.iiij. — Absinthij. [illegible]
Rosarū rubearū.ʒ.iij. — Assari añ.ʒ.j. [illegible]
Spice. Anisi.añ.ʒ.j. — Amigdala.am[illegible].iiij.

Conterantur: et fiant trocisci de aureo.j.p[illegible] singulo.

¶ Nota ꝙ isti trocisci: qz nō possunt refor[illegible] cum suprascriptis humiditatibus in ipsis ingre[illegible]tibus: ideo addatur de succo eupatorij intantum quod reformari possint: et quemadmodum dixi de istis: ita de ceteris intelligatur sequentibus.

Trocisci de camphora Mesue valens ad febres multe inflammationis et sitim vehementem et incensionem colere rubee: et ebullitionem sanguinis: ⁊ supercalefactionem stomachi: et epatis: ⁊ yctericiā: et cōferunt ethice: et ptisi. Cuius per[illegible]xtio. ℞.

Rosarū rubearum.ʒ.iiij. — Gummi ar[illegible]ci.
Spodij.ʒ.ij. — Spice añ.ʒ.[illegible]
Sandalorū citrino.ʒ.ij.ß. — Ligni aloes [illegible]
Croci.ʒ.j. — Cardam[illegible] ꝯ[illegible]aio. ⁊ mino.
Liquiritie rase.ʒ.ij. — Amidi [illegible]
Seminis citruli. — Camph[illegible]e añ.℈.ij.
Seminis cucumeris. — Zuccari albi.
Seminis melonis. — Tereniabin.i.māna añ.ʒ.iij.
Seminis cucurbite. — Dragaganti añ.ʒ.j.

Conterātur: et conficiantur cum muscillagine psilij facti in aqua ros.

¶ Ad faciendum muscillaginē psilij accipiendum est ℨ.j.seminis: ⁊.ℨ.iiij.aque rose: et non solum de hoc semine intelligas: sed de omni re de qua muscillaginē facere intendis.

¶ Nota qđ insuper sunt quidaꝫ ignari aromatarij: qui frangunt dictū semē ad faciendū muscillaginē: ⁊ male: eo qz interior medulle pars est calida: superior vero est frigidissima: ⁊ hoc in loco querimus infrigidationeꝫ: et haberemus intensissimā calefactionem: et nō solū confrangenda non est: sed nec diu in aqua debet dimitti ꝓpter causam supra allegatam de confractione.

Trocisci de spodio Mes. qui sunt vltimi ad febres acutas et inflāmatiōes stomachi ⁊ epatis et sitim vehementē: cuius permixtio. ℞.

Spodij.ʒ.iiij.
Rosarum rubearum.ʒ.vij. — Seminis portulace.
Quatuor seminū, cōium frigidorum maiorum. — Succi liquiritie.añ.ʒ.ij.
Croci.ʒ.j.ß.
Gummi arabici. — Dragaganti.añ.ʒ.j.ß.

Conterantur oia: ⁊ fac trociscos cū muscillagine psilij.

¶ Quatuor seminia cōia frigida maiora sunt ista. semen melonūꝫ cucumeris cucurbite. ⁊ citruli: q̄re si quatuor semina communia maiora scripta reperiantur: suprascripta ponantur.

¶ Confice cum muscillagine psilij vel citoniorum vel alterius cuiusuis est intelligenduꝫ qđ fieri debet in aqua cōmuni: et hoc intelligas in omnibus in quibus nō specificatur liquor in quo fieri debet.

Sunt qui in istis trociscis non ponūt nisi quatuor. ⁊ cū succo liquiritie supra. Sed non sunt tante virtutis: quare ponenda sunt alia quatuor et fiant vt supra: et erunt efficacissimi.

Trocisci de spodio cū semine acetose Mesue cōferunt ad febres colericas: cū quib⁹ est solutio ventris: ⁊ sedāt inflāmationē stomachi: ⁊ epatis: ⁊ sitim cōtinuam. Cuius permixtio. ℞.

Rosarum rubearum.ℨ.j.ß. — Seminis acetose.ʒ.vj.
Spodij.ʒ.x. — Seminis port[illegible]ace.ʒ.ij.ß.
Seminis coriandrorū preparatorū ⁊ torrefactorū. — Berberorum.
Balaustiarum añ.ʒ.ij.
Sumach.ana.ʒ.ij.ß.
Gummi arabici.ʒ.j.ß.
Amidi añ.ʒ.ij.

¶ Conterantur omnia et conficiantur cum succo agreste. i. cum succo vue acerbe.

¶ Modus assandi gummā arabicā est: oēs gūme frangant̄ in f[illegible] ad magnitudinem ciceris: deinde accipe patellā v[illegible] vernaciā: ⁊ calefac forti calefactione: deinde ab igne remota ponant̄ supra gūme. ⁊ sine intermissiōe misceātur: et supra dictā laminā calidā semper miscendo permittant̄ donec albescāt: ⁊ si illa caliditas nō sufficit: calefiat denuo remotis tā gūmis: deinde calefactis supra gūme ponantur: ⁊ misceātur donec albescant: et albefacte remoueantur: quia assate sunt: et hoc modo facias de omnibus gummis.

¶ Coriandrorū semina hoc modo preparātur. bene cū aqua cōmuni lauent̄: vt ab eis puluis amoueat̄: et per tres dies in aqua permittatur mutādo quotidie aquā: postea colētur: et in forti aceto permittantur ꝑ quatuor dies quotidie mouendo cum manu postea colent̄: ⁊ superponatur succi cytoniorū: ⁊ aqua rosata ana. partes

equales: et per duos dies intus permittatur semper mouendo sepe quotidie cum manu: postea colletur: et soli ad exiccandum [illegible]antur: et sic preparati dicuntur. Sz vnum nota[illegible] bene exiccari permittantur: aliter acquirerent m[illegible]m saporem.

¶ Semina [illegible]iandrorum hoc modo torrefiunt. Calefiat bernacium [ve]l patella ad ignem mediocri caliditate deinde supra sem[ina] ponantur que torrefieri debent: et sic supra ponantur [et] ducantur hic et inde donec calorem vndique sentiant scilicet per omnem eius substantiam deinde remoueantur. Et hoc modo omnia semina torrefiunt.

¶ Preparantur autem coriandrorum semina: vt quedam venenositas que in eis est amoueatur. Torrefiunt vero vt magis stiptici reddantur. Torrefactio enim idem est quod semicoctio.

¶ Amidum assatur: vt fiunt gumme ducendo super laminam bene calidam. Et cum incipit eius naturalis color alterari remouetur: et assum est.

Trocisci de berberis Mesue primi qui sunt in vsu valent ad febres inflammatiuas: extingunt enim eas: et sitim angustiosam. ℞.

Berberorum aut succi eius.	Spodij.
Succi liquiritie.	Seminis portulace ana ʒ.iij.
Rosarum rubearum ʒ.vj.	Spice ʒ.j.
Croci.	Amidi.
Dragaganti ana ʒ.j.	Seminis citruli ʒ.iij.ß.
Camphore ʒ.ß.	Conficiatur cum ʒ.ij.

Manne dissolute cum succo berberorum. Et si succus non reperitur dissoluantur cum decoctione ipsorum: et reformentur.

¶ Gummi si simpliciter scriptum reperiatur de gumma arabica est semper intelligendum.

¶ Trocisci a pillulis in tribus diuersificantur: scilicet quantitate operatione: et exhibitione. In quantitate diuersificantur. Eo quia in maiori quantitate formantur. Unde trocisci semper debent formari ad quantitatem de ʒ.j. Trocisci de tyro exceptis: secundo in operatione diuersificantur: pillule enim a remotis trahunt: trocisci vero non attrahunt: tertio diuersificantur in exibitione: quia trocisci semper debent exhiberi cum aliquo liquore vel succo habente respectum ad proprietatem trociscorum non autem pillule &c.

Trocisci de absinthio Mesue qui conferunt febribus antiquis: et aperiunt opilationem estatis: et stomachi: et confortant stomachum: et conferunt dolori membrorum nutritionis: et confortant appetitum. Cuius permixtio. ℞.

Absinthij sicci.	Rosarum rubearum.
Anisi ana ʒ.ij.	Reued. i. reubarbari.
Succi eupatorij.	Assari ana ʒ.j.
Apij.	Amygdalarum amararum
Spice.	mundatarum.
Masticis.	Folij ana ʒ.j.

Conterantur: et fiant trocisci cum succo endiuie.

¶ Necessitas et causa compositionis trociscorum est conseruatio alicuius rei longo tempore: et commoditas portandi. Alia est quia medici aliqu[a]ndo volebant dare aliquas res cum tota substantia: et [illegible]: et hoc modo preparari iusserunt. Alij vero dicunt quod trocisci fiunt vt medicine possint melius conseruari: acquirunt etiam aliquam virtutem confortatiuam per artem q[uam] [prius] per naturam non potuerunt habere.

Trocisci de alkekengi Mesue ad vlcera in [re]nibus et vesica: et dolore quando mingitur v[ir]ga. ℞.

Granorum alkekengi.	Seminis citrulorum.
Seminis albateche.	Seminis cucurbite ana ʒ.iij.ß.
Boli armeni.	Gummi arabici.
Thuris.	Sanguinis draconis.
Semis papaueris albi.	Amigdalarum amararum ana ʒ.vj.
Succi liquiritie.	Dragaganti.
Amidi.	Granorum pini ana ʒ.vj.
Seminis apij.	Karabe.
Bolli. i. terra sigillata.	Iusquiami.
Opij ana ʒ.ij.	

Conterantur omnia: et conficiantur cum aqua mellis vel iulep violato. Albateche semen est cuiusdam melonis indi viridis ad similitudinem cucumeris bene maturi: quod angurie alio nomine appellatur: sed si semen illorum non reperitur loco eius accipere potest semina melonum nostrorum.

¶ Amigdale amare: et quatuor semina ponuntur in hac descriptione trociscorum hac ratione: bolus enim armenus et sanguis draconis habent stationem et moram in primis venis: et sua virtute illas non transcendunt: sed quia in hoc casu indigemus quod ad consolidandum cum sua stipticitate ad vesicam vadant: et per se non possunt: ideo posuit auctor amigdalas: et semina frigida: vt penetrationem faciant: et ad locum ducant.

¶ De bolo nota quod bolus idem est quod terra sigillata: que in multis proprietatibus est similis bolo armeno: et adhuc habet excellentiorem virtutem et operationem.

Trocisci de capparibus Mesue resoluentes duritiam splenis et ventositatem. Cuius permixtio. ℞.

Corticum radicum capparorum.
Seminis agni casti ana ʒ.vj.

Nigelle.	Calamenti.
Succi eupatorij.	Radicum acori.
Amigdalarum amara ana ʒ.ij.	Masturtij.
Armoniaci.	Foliorum ruthe.
Aristologie rotun. ana ʒ.ij.	Ciperi.
Scolopendrie ana ʒ.j.	

Dissoluantur armoniacum cum aceto forti: et cum dicto aceto trocisci reformentur conterendo omnia alia.

Et sit dosis eius aur. j. cum vino in quo coquatur radix capparis cortex fraxini et cortex tamarisci: aut extremitates ramorum eius et cortex salicum. Et sunt qui duplicant armoniacum: et est melius.

¶ Capparorum radix et genestre flores colligendi sunt in mense decembris.

¶ Trocisci conseruantur vsque ad sex menses: et debent formari in forma rotunda: et depressi in medio: et habent bonam virtutem: et cum transeunt dictum tempus amittunt virtutem: et de omnibus trociscis est intelligendum. Exceptis trociscis stelle qui conseruantur vsque ad duos annos.

Trocisci de eupatorio Mesue conferunt ad febres antiquas et [ca]lorem earum: opilationes epatis et splenis aperiunt. et [pr]estat medicamina bona apatum in ipsis et ictericis et in principio hydropisis. Cuius permixtio. ℞.

Tereniabin loco eius accipitur manna.

Succi eupatorij ana ʒ.j.	Rosarum rubearum ʒ.iij.
Spice ʒ.iij.ß.	Raued. i. reubarbari.
Assari.	Anisi ana ʒ.ij.ß.
Spodij ʒ.iij.ß.	

Conterantur omnia: et fiant trocisci cum succis herbarum: et reseruetur.

¶ Succi herbarum sunt succi ex quibus componitur syrupus de bisantijs. Et sunt quatuor scilicet Succi endiuie. Succi apij. Succi lupulorum. Succi boraginis vel buglose: [ex] his succis dicti trocisci reformantur: quod si haberi [non] possent ipsorum loco accipere possumus syrupum [de bi]santijs &c.

Trocisci de karabe Mesue abscindentes sanguinem de omni loco manant[em] [illegible] eius. ℞.

Kara[be] ʒ.vj.	Balaustie.
Corn[u cer]ui adusti.	Masticis.
Gummi [ar]abici adusti.	Lacce.
Corallor[um] adustorum.	Papauer nigri assi ana ʒ.ij.
Dragag[anti].	Thuris.
Acatie.	Croci.
[illegible] quif[illegible]os ana ʒ.ij.	
Op[ij] [illegible] ʒ.ß.	

Conter[antur] [omn]ia et fiant trocisci cum mucillagine psilij.

¶ Modu[s c]omburendi omnes gummas cornu cerui et corallos tali[s]: [con]teratur et ponatur in olla terrea: et ponatur in furno [et] dimittatur per totam noctem: si quod posuisti siue coralli vel cornu cerui vel gumme sunt combuste extrahe: aliter iterum in sequenti nocte in furno apponatur: et tantum apponatur quod comburantur et reseruas: et habes combustionis modum. Et hoc modo conchilia omnia comburuntur et ossa animalium &c.

¶ Operatio ignis in medicinis est triplex: quedã enim torrefiunt ⁊ cognoscũtur quãdo sunt torrefacte: quia quãdo calor penetrauit totã substantiã medicine: tunc operatio est perfecta: ⁊ per illã remouetur quedã parua humiditas que in medicina erat. Secũda operatio est assatio per quã remouetur pars humida: et viscosa subtiliatur: vt in semine lini: et ipsius assatio cognoscitur quando incipit in superficie colorẽ mutare: et ad contrarium quando ante erat reducitur assata est. Tertia operatio et combustio: ⁊ hoc fit transmutando virtutem vnam: ⁊ fortificando aliã vt in reubarbaro: et mirabolanis quãdo comburuntur: pars subtilis solutiua debilitatur: et terrestris stiptica augetur. Et ipsius combustio cognoscitur quando naturalem et proprium colorem in tota ipsius substantia deperdit: et alium acquirit tunc combusta est. Et hoc notent bene aromatarij.

¶ Medicina sex de causis aduritur. Prima vt eius acuitas amoueatur vt de vitriolo. Secũda vt per adustionẽ acuitas acquiratur: et sic lapides aduruntur: et in calcem transmutãtur. Tertia quãdo ipsa est valde grossa: propter quod ipsa ad partes remotas non potest penetrare nisi subtilietur vt cornu cerui. Quarta vt melius possit cõteri vt sericũ. Quinta vt malitia medicine remoueatur et sic scorpiones adurũtur. Sexta causa vt humiditas superflua consumatur: et sic mirobalani: et gũme omnes que dantur cõtra fluxum ventris adurũtur vt auferatur gũmositas illa per quã laxabat.

¶ Papauer si simpliciter scriptũ reperiatur semper de albo intelligatur: ⁊ de semine non de alia parte plante. Modus vero assationis eius est sicut cetera semina supra in diagraganto calido. Clare modũ reperies ⁊c.

Trocisci de Mirrha. Rasis nono Almansoris. capi. de prouocatione mẽstruorũ valent ad prouocationẽ menstruorũ. Cuius permixtio. ℞.

Mirrhe. ʒ. iij.	Lupinorum optime tritorum. ʒ. v.
Foliorum ruthe.	Mentastri.
Pulegij ceruini añ. ʒ. iij.	Cimini. ʒ. iij.
Rubee tinctorum.	Asa. i. asa fetida.
Serapini.	
Oppoponaci añ. ʒ. iij.	

Conterantur oĩa: et conficiantur trocisci cum aqua in qua bullierint: et cocte fuerint. ʒ. ij. seminis iuniperi.

¶ Notent aromatarij vt suis erroribus corrigãtur. Nã reperitur in receptis asa simplici: sc3 scriptum: ⁊ idẽ est quod asa fetida. Et asse duplici ss. et idẽ est quod thimus: quare hanc notate differẽtiam. Et ideo in cõpositione multi errant ponẽtes thimũ pro asa fetida.

¶ Si reperitur scriptũ in receptis simpliciter rubee vel rubea semper debes intelligere de rubea tinctorum que est quedã radix cum qua tinctores in rubeum tingunt.

Trocisci de terra sigillata. Mesue inuentione nostra qui sunt in vsu: et sunt vltimi iuuamenti ad sputu3 ⁊ ad egressionem sanguinis: ⁊ proprie sumpti cum aqua arnoglose. Et quãdoq3 linitur ex vno eorũ super frontẽ: et sedãt fluxũ sanguinis ex [illegible] ribus. Et linitur ex eo super matricem ad fluxum m[illegible]struorũ et sedat. Et quãdoq3 mittitur in matricem. Et quãdoq3 linitur super pectin[illegible] et mittitur in vesicam: qu[illegible]doq3 linitur super membrum manationis sanguinis: [illegible] sunt experti. Cuius permixtio. ℞.

Sanguinis draconis.	Gummi arabici [illegible]
Ramich. i. quedam compositio infra describ[illegible]a.	
Foliorũ rosarum rubearũ.	Seminis ros[illegible]
Amidi assi.	Spodij.
Acacie.	Lapidis emat[illegible]s.
Eufistides. i. hypoquistidos.	Balaustie.
Boli armeni seu lutum armenũ quod idem [illegible] ʒ. ij.	
Terre sigillate.	Schedẽgi. i. sem[illegible] canapis.
Corali. sc3 rubei.	Karabe añ. ʒ. [illegible]
Margaritarum.	Dragaganti. [illegible]
Papaueris nigri añ. ʒ. j. s.	Seminis po[illegible]lace asse.
Cornu cerui vsti.	Thuris.
Gallarum.	
Croci ana. ʒ. ss.	

Conterantur oĩa: et fiant trocisci cũ aqua arnoglose. i. cũ aqua plãtaginis. Et hi sunt sine opio: et da cũ aqua spodij gũmi boli armeni spice. Et quãdo inuitat necessitas ponitur in eis opij thebaici. ʒ. ij. [illegible]doq3 plus et quãq3 minus: sicut oportet. Modus [illegible] administrationis eorũ est sm tres modos. Ad fluxũ [illegible] guinis ex pectore aut pulmone administrandi sunt c[illegible] aqua portulace. Et ad excoriationẽ cum rob citonio[illegible] aut cũ aliquo robub stipticorum. Et ad man[illegible]onem sanguinis ex partibus inferioribus confert [illegible]ectio eorum cum aqua virge pastoris.

¶ Differentia est inter sedenagi et schedengi: sedenagi, id est lapis ematitis. schedengi vero idẽ est quod semẽ canapis. Contrarie tamẽ opinionis fuit Gentilis ⁊ Christoforus de honestis exponentis de mente aliquorum quod est fumus terre sedengi non semen canapis. Ego vero apponi facio dictum semen cum magis hoc casu conueniat.

¶ Varia est opinio inter homines de semine rose. Quidam enim dicunt q semina rose sunt quedã grana que reperiuntur inclusa in illa parua grossitie que sustinet folia rose: ⁊ sunt pilosa. Quidã dicunt quod nõ illa: sed illa sunt que reperiuntur in medio rose habentia colorẽ glaucum: ⁊ ista opinio est falsa. Nam illa a doctoribus appellatur antera. Prima ergo opinio est vera: eo q semen alicuius dicitur esse illud quo seminato producit sibi simile: sed hoc facit illud semen pilosum grossitudinis grossi milij non rotũdum: sed cõpressum: et reperitur aperiendo illam paruã grossitiem vt supra dictum est: ⁊ a vulgo dicitur vt grataculo. Et colligende debent esse de mense Julij vel Augusti.

¶ In receptis quãdo simpliciter scriptũ reperiatur coralli rubei apponendi sunt: ⁊ de eis intelligendũ et non de alijs. Si vero scriptum reperiatur corallorum de rubeis et albis est intelligendum.

¶ Hipoquistidos. i. succus ipsius herbe in medicinis apponitur: vt supra dixi qui fieri debet in mense Aprilis et Maij: ⁊ vsui reseruari.

Trocisci de aniso Mesue qui auferunt febres antiquas et aperiunt opilationes: et emendant malitias epatis. Cuius permixtio. ℞.

Seminis anisi.	
Eupatorij. añ. ʒ. ij.	Absinthij.
Seminis aneti.	Assari.
Spice.	Seminis apij.
Masticis.	Amigdalarum amara. añ. ʒ. s.
Folij. añ. ʒ. s.	
Aloes boni. ʒ. ij.	

Conterantur oĩa: et fiant trocisci cum succo absinthij ⁊ apij da cum syrupo acetoso ⁊ succo herbarum.

¶ Amigdalarum si simpliciter scripte reperiãtur ⁊ absolute tũc de amaris est intelligẽdũ: ⁊ nõ de alijs nisi exprimantur: eo quia dulces cõpetunt esui: amare vero vsui medicine.

¶ Medicine que sumũtur a superfluitatibus animaliũ debent sumi ab animalibus viuentibus sanis: ⁊ tempore veris vt cornu cerui.

Trocisci de agarico Mes. in ca de agarico ⁊ sunt icolum[illegible]. Solutiõe educũt flegma grossum ⁊ colerã rubeã. [illegible] Gale. solutione educũt vtrãq3 colerã ⁊ flegma et humores viscosos gro[illegible]os ⁊ putridos. Et eius proprietas est mũdificare cerebrũ ⁊ neruos ⁊ mẽbra sensi[illegible] lacertos: et educere materias q̃ sunt in nucha et [illegible]bus eius. Et mũdificare pulmonẽ ⁊ pectus ab humori[illegible]s viscosis ⁊ putridis. Et mũdificare stomachum [illegible] par et splenem ⁊ renes: et matrices mulierũ et educere materias a iuncturis. Propter q vocauit demochritus agaricũ medicinã familie: quia ad singularum partiũ corporis cõmoditatẽ se h3. Et valet ad oẽs dolores intrinsecos corporis: ⁊ est medicina mirabilis ad sodam antiquã ⁊ epilepsiã et vertiginẽ proprie: et cõfert etiã manie et melãcolie et egritudinibus neruorũ et spatibus cerebri. Et est ex medicinis bonis asmati et difficultati anhelitus et vlceribus pulmonis et pectoris: et sanat dolores stomachi et viscerũ et est medicina magna omniũ opilationũ et egritudinũ omniũ quarũ mater est opilatio: sicut est ictericia proprie ⁊ hydropisis et grossi-

ties splenis:et confert dolori epatis iuuamētum mani-
festum et splenis similiter et renum:et curat apata:co-
rū:⁊ prouoc[illegible] ⁊ mēstrua:⁊ mundificat matricem:
⁊ visus ei⁹ a[illegible]atem coloris cutis acquirens ei co
lorem bonu[illegible]st ex medicinis educentibus vermes:⁊
confert etiā [illegible]tice:⁊ doloribus iuncturarum: ⁊ eius
quidē iuuan[illegible]tum ad febres antiquas diuersarū ma-
teriarum ⁊ a[illegible]earum magnum est ⁊ proprie cum
eo quod conuenit [illegible]otibus. ℞.

Agarici electi ⁊ mūdi.℥.j.ß. Salis gemme.℥.ß.
Zinziberis mundi.ʒ.j.ß.j. Conterātur oīa ⁊ cū
oximele simplici fiant trocisci:vel i pasta permittantur.

¶ Aliqui sunt qui hanc compositionē faciunt:⁊ relin-
quunt in pasta:⁊ dicūt q̄ tunc appellari debent agarici
trocisceati:si vero reformantur ad formam trocisci q̄ tūc
appellandi sunt trocisci de agarico sed ipsorum salua
pace quacūq̄ forma appellari possunt ⁊ agarici troci-
sceati et trocisci de agarico.

¶ Alio modo fieri possunt agarici trocisceati:⁊ fiūt cū in
fusione zinziberis ⁊ salis gemme cum vino albo:⁊ vtit̄.

¶ Alio etiā modo fieri potest:vt Galenus dixit. Fiāt tro
cisci ex eo cum vino infusionis zinziberis in quo puluis
ipsius sepe submergat̄:⁊ fiet operatio eius completa et
ex rebus sibi additis vigorantibus ipm ex spica ⁊ aqua
casei:⁊ proprie sumpta ex capris.

Trocisci Alandal Mes.qui intrant in yera hermetis ⁊ aliis ꝯfectiōib⁹ loco colloq̄ntide.℞.

Pulpe colloquintide albe ⁊ leuis ⁊ mūde a granis.℥.x.
Incidātur cum incisorio incisione minuta:⁊ fricentur
manibus: prius tamen inunctis cum oleo rosato.℥.j.
deinde accipe.

Dragaganti. Gummi arabici.añ.ʒ.vj.
Bdelii.ʒ.vj. Aque rose.℥.iiij.

Infundantur prescripte gumme in dicta aqua:⁊ dimit-
tantur per quatuor dies cū dictis muscilaginibus:fiūt
trocisci de dicta colloquintida subtiliter incisa:⁊ exiccē-
tur in vmbra:deinde iterum terantur contritione bona:
et iterum confice cū glutine eorum:⁊ facias trociscos et
iterum exicca in vmbra et reserua.

¶ Gumme colligende sunt anteq̄ indurentur ⁊ mino-
rentur:q2 si nō colliguntur illo tempore reducuntur in
puluerē:⁊ virtus ipsarum deperditur.virge vero colli-
gende sunt antequā veniant ad quantitatem debitam.

¶ Quare autem medicine coagulentur est vt virtus ca
lida que in eis est extingatur vel in totum remoueatur.

Trocisci diacoralli: Nicolai. ℞.

Coralli rubei.ʒ.iiij.

Cinamomi. Mirrhe.
Amomi. Papaueris albi.añ.ʒ.iiij.
Squinanti. Croci.ana.ʒ.ij.
Calami aromatici. Xiloaloes.i.lignū aloes.añ.ʒ.j.
Cassie lignee. Folii.
Masticis. Polii.
Fu.idest valeriane. Assari.
Pedis columbini.ana.ʒ.j.

Conterantur oīa:⁊ cum vino optimo formentur troci-
sci de solido vno pro singulo.

¶ Hic incidenter est notandū q̄ [illegible]ens defectum ap-
petitus nunq̄ debet vti croco:⁊ hec est regula genera-
lis:q2 malum fastidium generat.hoc Joannes de san-
cto Amando in fine opusculi sui.

Trocisci de Tyro Nicolai.℞.

Tyros [illegible]ces lon
gitudinis vnius palmi existent[illegible] oculos
habentes rubeos ⁊ linguam mobilē ⁊ cornua i[illegible] modū
grani frumenti:caput et caudā tribus digitis m[illegible]sura
tis abscinde:medium q̄d remanet excoria: et intestinis
proiectis optime dulci aqua laua:⁊ in dicta aqua pu-
ra ⁊ munda coque donec spine a carnibus separentur:
postea spinis proiectis:carnē in mortario marmoreo sa-
tis tere:⁊ commixta eiusdem ponderis . farine ordei vel
panis frumēti assi cum iure suo tempera:⁊ inde fac tro
ciscos et reserua.

¶ Trocisci isti non debent esse multe quantitatis : et in
medio sunt bene comprimendi et in vmbra exiccandi.
Et in sua bonitate et virtute per annum seruantur : et
non plus.

Trocisci de squilla Nicolai. ℞.

Squillam integrā:⁊ diuide anteriorem ⁊
posteriorez partem abiiciendo:mediā vero partē inuol-
ue in pasta fermentata:⁊ in furno coque : cocta abstra
hatur de pasta et teratur in mortario bene ⁊ tantūdem
farine orobi adde ⁊ exinde trociscos reforma cum vino
vel melle puro ⁊ mundo ⁊ in vmbra exiccent̄ et si deest
orobū tantundē panis assi subtilissime triti pone.

¶ Mel purum ⁊ electū hoc modo cognoscitur si habet
sex conditiones ꝑut infra optimū est. Primo debet esse
vernale:quia meli⁹ est illud hyemali. Scdo q̄ sit rubeū.
Tertio quod sit graue.vnde quod in fundo est melius.
Quarto q̄ sit dulce:q2 quāto dulcius tanto meli⁹. Quin
to q̄ sit densum:quia quanto densius tanto perfectius.
item mel apum melius quam mel canne.

¶ Commemorare et insuper q̄ infra tangetur q̄d squil
la cum cultello ferreo non est incidenda:nec interior et
exterior pars accipienda:causa autem vt in tractatu sy
ruporum et loch assignata est.

Trocisci Andaracarō.i.andromaci Aui.v.cañ.et est tertia descriptio intrant in tyriacam

Cuius permixtio. ℞.

Alselibet.i.arbor cornuta vel nespuli.ʒ.vj.
Squinanti.℥.j.ß. Calami aromatici.
Mirrhe. Assari.
Xilobalsami.i.lignum balsami ana.ʒ.vj.
Cinamomi.℥.iiii. Amomi.℥.iiij.
Cassie lignee.ʒ.vj. Amaracon.i.maiorane.ʒ.x.
Spice inde.ʒ.xvj. Polii.ʒ.vj.
Masticis.ʒ.vj. Mirrhe.℥.ij.
Croci.ʒ.xij.

Conterantur omnia per se:⁊ fiant trocisci cū vino albo.

¶ Species trociscorum omnium subtilissime conterende
sunt et per spissum sedatium transeunde:vt melius per
omnia membra transire possint et per paruas venas.

¶ Asselibet dicit Gentilis quod ignoratur quid sit:sed
eius loco debet poni xilocarates:xilocarates nota.i.ar
bor cornuta q̄ est arbor portans cornelas vel nespilas:
igitur summitates alteri⁹ ac[illegible]i possunt:vt ab antiquis
doctoribus colligere potui.

Trocisci de vipera Auicenne quinto canonis.℞.

Viperas nouiter captas:⁊ abiiciantur
a parte capitis eius quatuor digiti:et similiter a parte
caude ipsius:medium vero quod remanet conseruetur
et aperiatur:et extrahātur viscera eius et proprie fel ei⁹:
et bene abluatur cum aqua salita ablutione exquisi-
tissima:hoc facto decoquātur in aqua bene salita:⁊ cū
cis[illegible]ddatur anetum et coquantur leui coctione:deinde
fiat collectio carnis ab osse ipsarum . Et carnes earum
in mortario lapideo bene pistentur:deinde misceantur
cum quāti[illegible]ate equali tortelarum de feni bene contrita-
rum:⁊ fiant trocisci cum iure earum : et qui eos facere
vult vngat digitos suos oleo balsami:⁊ fiāt trocisci par
ui bene [illegible]pressi qui exiccentur in vmbra per annum
et conser[illegible]tur et administrentur.

¶ Vipera de qua suprascripti trocisci fieri debent:debet
habe[illegible]as cōditiones. Primo deb[illegible] habere caput pla
num[illegible]atum:apud propinquitat[illegible]colli debet esse minu
ta ⁊ s[illegible]s valde cauda curta strepitum faciēs et soni-
tum in m[illegible]tu:velox motu ⁊ aspectus eius presumptuo
sus et au[illegible]t et flaua:⁊ de flauis femina. Cuius cogni-
tio est:q2 [illegible]uli habent vnum dentem in omni latere
⁊ femine po[illegible]s:et capi debent in loco sicco:humide em̄
su[illegible]ale[illegible]int velocis motus tenētes caput altum ac
le[illegible]t capiuntur illico incidatur pars capitis
et ca[illegible] quātitatem in trociscis dictam:q̄d si ab eis
currit sa[illegible]is plurimus:⁊ fuerit motus eius in illa di-
spositione p[illegible]rimus et mors ipsius tarda:tune scias q̄
est electa. E[illegible]ipera igitur suprascripta signa habentis
trocisci fieri [illegible]ent. Trocisci sint parui:imo minuti sub-
tiles exiccentur in vmbra et reponantur. Custodiantur
etiam a radiis solaribus:nec ante nec post exiccationē:
sol enim destruit et priuat eos a virtute appropriata car
nibus viperarum.

Trocisci Ramich Mesue: que est medicina composita et recipitur in aliis medicinis: et confortat stomachu cor et epar debilia. Et valet ad lubricitatem viscerum intestinorum et sedat acuitatem et sistit fluxus colericum et vomitum: et sedat animam: et acquiritur ex eo in hoc iuvamentum magnum: et confert ad fluxum sanguinis undecunque: et exsufflatur ex eo in nares propter fluxum sanguinis ex eis. ℞.
Succi acetose vel citoniorum. ℥. xvj.
Rosarum rubearum. ℥. j. Granorum mirti. ℥. ij.
Bulliat simul ebullitione una: postea coletur et colature misceantur.
Gallarum recentium et humidarum contritarum contritione ultima. ℥. ij.
Et iterum coquantur: deinde pulverizentur super eos.
Foliorum rosarum rubearum. ʒ. j.
Sandali mazachari. i. citrini. ʒ. x.
Gummi arabici. ℥. j. ß. Sumach.
Spodij de canna. ana. ℥. j. Succi agreste. ʒ. vij.
Succi granatorum mirtilorum tritorum ultima contritione. ℥. iiij.
Ligni aloes. Gariofilorum.
Nucis muscate ana. ʒ. iiij.
Misceantur oia simul in scutela lapidea: et illic permittantur donec exiccentur: postea pulverizentur subtilissime cum. ʒ. j. ß. caphore dissolute in aqua rosarum fiant trocisci ad pondus. ʒ. j. et reserva: et nota quod sunt aliqui qui aromatizant eos cum musci. ʒ. unius quarta.
¶ Hic multi hesitant propter falsitatem litere: una enim litera dicit succi granorum mirtilorum: et illa falsa est: sed dicere debet ut prescripsi. s. succi granatorum mirtilorum tritorum: et fiat sic bene: et fieri potest.

Tortelle de feni secundum Mattheum sil. et intrant in trociscos de vipera Avicen. quarum permixtio. ℞. Farine tritici bene purgate a tritico seu surfure lib. j. Impastetur cum aqua infusionis masticis ponendo pro omni. ℥. j. aque communis. ʒ. j. masticis electi: de dicta farina fiant fugacie parve que in furno decoquantur: et cocte pulverizentur: et cum predicta aqua iterum reformentur ad formam trociscorum: et d[illegible] quantur: postea reserventur.
¶ Appellatur compositio [illegible] e tortella de feni: nam tortella. i. panis azimus biscotus de feni. i. de terra hierusalem quoniam ibi arabes impastant eas cum aqua masticis. habes igitur ex his modum faciendi, et etymologiam vocabuli: tortellarum de feni.

Trocisci de violis Mes. in antidotario suo. et sunt in usu: et vocantur trocisci amech sedantes inflammationem: et lenientes ventrem: et mundificantes pectus. Cuius permixtio. ℞.
Foliorum alias florum violarum. ʒ. i. florum viridium habentium medietatem inter humiditatem et siccitatem. ʒ. xij.
Turbith albi: et et gummosi. ʒ. vj. Succi liquiritie. ʒ. iij.
Tereniabin: id est manna. ʒ. iiij.
Et fiant trocisci cum zuccaro aut cum pulpa cassie dosis est. ʒ. ij. Et quandocunque innuat necessitas [illegible] nitur in eis diagredij. ʒ. ij.

Trocisci alij de violis in cap. de asmate in pratica Mes. [illegible] valent autem ad contritio[illegible] anhelitus: et leniunt na[illegible] ram: et mundificant pectu[illegible] ℞.
Foliorum florum violarum mediocrium in exiccatio[illegible] dat hu midatione. ʒ. vj. Turbith boni arud[illegible] ʒ. iiij.
Succi liquiritie. Tereniabin. i. man[illegible]
Diagredij ana. ʒ. ij.
¶ Et fiant trocisci ut in alia descriptione.

Trocisci de lacca Mesue conferunt ad o[illegible] atio[illegible] epatis: et splenis et febres antic[illegible] as: et provocant urinam. ℞.
Lacce munde. Succi liquiritie[illegible]
Absinthij. Berberorum.
Succi eupatorij. Seminis anisi[illegible]
Rubee tinctorum. Reubarbari.
Aristologie longe. ana. ʒ. j. Costi.
Assari. Amigdalarum amararum.
Seminis apij. Squinanti. ana. ʒ. j.
Et fiant trocisci cum vino optimo.

Trocisci cochion Avicenne qui intrant in metridato Avicenne. ℞.
Passularum mundatarum et enucl[illegible] ʒ. iiij.
Glutinis albotin. i. est terbentina [illegible]
Squinanti. Mirrhe. a[illegible] xij.
Cinamomi. Bdelij.
Blate bisantie. Spice roma[illegible] spice celtice.
Cassie lignee. ana. ʒ. [illegible]
Mellilloti. Radi[illegible] n ciperi.
Baccarum lauri. ana. ʒ. iiij. Calami aromatici. ʒ. ix.
Croci. ʒ. j. Bitumen iudaicum. i. Aspaltum. ʒ. ij. ß.
Et fiant trocisci cum melle et vino bono.

Trocisci de ligno aloe Mesue conferentes ad debilitatem corporis stomachi et pulsum cordis et sincopium et debilitatem epatis et ydropisim et fetorem oris. ℞.
Ligni aloes. Rosarum rubearum. ana. ʒ. ij.
Masticis. Cinamomi.
Gariofilorum. Galie.
Spice. Macis ana. ʒ. j. ß.
Nucis muscate. Cubebe.
Cardamomi. Heil. i. cardamomi minus.
Corticum citri. Bautie. ana. ʒ. j. ß.
Musci. Ambre. ana. ℈. ß.
Fiant trocisci cum melle passularum. Et administrentur cum vino odorifero aromatico.

Trocisci de balaustijs Avicenne convenientes eis qui habent fluxum ventris: et egestionem emittunt sanguinem et saniem habent tenasmon. ℞.
Balaustiarum. Sumach.
Corticum granatorum.
Corticum glandium torrefactorum. ana. ʒ. viij.
Ordei torrefacti. Mirtilorum ana. ʒ. viij.
Gallarum torrefactarum et infusarum in aceto. et exiccatarum.
Cimini torrefacti. ana. ʒ. iiij.
Et fiant trocisci cum aqua rosata vel succo plantaginis vel succo malorum granatorum.

Trocisci de sandalis Mesue valent ad febrem inflamatiuam et malitiam complexionis calide in stomacho et epate. ℞.
Sandali albi. Sandali rubei.
Sandali citrini. ana. ʒ. viij. Spodij.
Seminis cucumeris. Seminis cucurbite.
Seminis citrulli. ana. ʒ. iiij. Seminis portulace. ʒ. iiij.
Rosarum rubearum. ʒ. vij. Camphore. ʒ. j.
Berberorum aut succi eius. ʒ. vj. Boli armeni. ʒ. iiij.
Conficce cum aqua portulace: et da cum lacte acetoso aut cum aqua agreste aut acetositate citri aut rob de ribes.

Trocisci Croci magnetis Nicolai: et intrant in rubea et sotira. ℞. Croci. ʒ. iiij.
Rosarum rubearum. Seminis ameos. ana. ʒ. j. ß.
Mirrhe. ʒ. j. ß. Xiloaloes. i. ligni aloes. ʒ. ij.
Misce et formentur trocisci cum aqua rosa.

Trocisci ydiocri Nicolai qui in rubea et sotira intrant. ℞. Amomi. ʒ. j.
Cinamomi. ʒ. ß. Croci.
Folij. Mirrhe.
Cassie lignee. ana. ʒ. [illegible] Spice. ℈. j.
Oppobalsami. Costi.
Squinanti. Calami aromatici. gr. xv.
Xilobalsam[illegible] Radicum assari.
Radicum [illegible] riane. i. fu. ana. grana. xv.
Maratr[illegible] semen feniculi. Masticis. ana. gra. x.
Amari[illegible] i. tamarisci gra. vj.
Vini a[illegible] aloni. i. vinum pauci coloris optimi quantum sufficit. et hec oia tere et vino illo trociscos informa: et cum fumo storacis calamite sicce et usui reserva.

Unguentum siue cerotum magistri Gaufredi quod dicitur gratia dei: valet enim ad sanandum oes plagas novas et veteres: et generat bonam carnem: et non permittit intrare aliquam corruptionem: nec permittit generare malam carnem: et valet omnibus nervis incisis vel conquassatis: et valet contra morsuras quaslibet bestie venenose: et ad scrofulas: et malum sancti Antonij: et multa alia prout per experientiam videt. ℞.

Galbani ℥.j. Armoniaci.℥.ij.ʒ.ij.
Viridis eris. Opoponaci.
Aristologie [illegible] ℥.j. Thuris.
Bdelij. Masticis.
Olibani. Colofonie.id est picis grece.
Lapidis cal[illegible]ite.ʒ.j. an̄.℥ j.
Cere noue.℥[illegible] Mirrhe.an̄.ʒ.j.
Lapidis ematitis [illegible]j. Olei oliuarum.
Litargirij subtilis.ana.lib.j.℥.vj.

¶ Et hec omnia debent esse bene puluerizata: excepta cera cum tribus que sunt iste in primis. et modus faciendi dictum vnguentum talis est. iste gumme.s. galbanum armoniacum ⁊ opoponacum distemperētur: ⁊ ponantur per diem ⁊ noctem in forti aceto primo diuise cum cultello in minutis particulis postea bulliāt in cazia vel in patella super ignē cū lento igne semper mouendo cum spatula donec totum acetum sit cōsumptū: postea colentur per pannū lineum fortiter cum duob⁹ baculis in alia patella et dimittatur sic stare: ⁊ postea recipiatur olei oliuarum: ⁊ ponatur intus ceram in dicto oleo incisam in minutis particulis ⁊ super ignem ponatur oleum et cera cum liquefacta fuerit ponatur intus litargirium optime puluerizatum semper mouendo cū spatula ne fundum capiat: ⁊ coquātur simul donec color mutetur et fiat nigrum: postea ponātur intus in dictum oleum gumme ⁊ fac paulatim bullire donec gumme sint bene dissolute: ⁊ dicte gūme paulatim quasi filādo semper mouendo cum spatula ⁊ sepe deponendo ab igne ne medicina saliat extra: quibus gūmis sic in oleo predicto distillatis et bullitis probetur si sunt cocte tali modo. ponatur vna gutta in aqua frigida: et si durescit cocte sunt: et si non durescit ponatur super ignem donec fiat dictum signum: ⁊ postea quando cocte sunt et durescunt ponatur intus viride eris bene puluerizati ⁊ semper mouendo cum spatula vt bene incorporentur: postea addatur mirrha aristologia longa mastix. vltimum vero ponatur intus thus olibanum bdelium lapis ematitis. lapis calamita et colofonia: ⁊ coquantur simul cum spatula ne fundum capiat, ⁊ mutetur vt veniat nigrum vel rubeum: et quando ista signa videbis tunc ponatur vna gutta in aqua frigida si nō adheret digitis oleo vnctis: et sit coloris medij nigri et rubei tunc est coctum, ⁊ tunc remoueatur ab igne semper mouendo cum spatula: postea ponatur in aqua frigida et dimittatur ibi frigescere: ita quod possit poni man⁹ intus fortiter donec sit ductile vngendo manus cū oleo: tunc inuoluatur ad vltimum superius terbentine.ʒ.vj. cere noue simul liquefacte.ʒ.ij. et fiat.

Vnguentum sanans vlcera antiqua difficilis consolidationis: ⁊ est medicamē expertum Mesue. ℞. aloes boni. Mirrhe munde an̄. partes equales [illegible] deinde tere vehemēter cum succo absinthij et succo plantaginis donec fiat sicut mel et administretur cum corio: aut panno subtili.

